

Dv 1304 1637

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF

V 2993

VALERII CORDI
Dispensatorium,

SIVE

PHARMACORUM
CONFICIENDORUM
RATIO;

Cum PETRI COUDENBERGII, &
MATTHIAE LOBELII Scholiis, emen-
dationibus, & Auctariis.

Accessit hac editione, præter Guilielmi
RONDELETI de Theriacatratatum, emen-
dationem; & FORMULAS SELECTIORUM
PHARMACORUM, quoru post Val. Cordum
usus passim receptus est, auctiores: alius F.R.
DISSALDE eiusdem argumenti Libellus; &
novissime alia nonnulla hactenus nondum edi-
ta calci libri adjecta sunt.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officina IOANNIS MAIRE.
c. I. o. I. o c. xxxvii.

L E C T O R I.

*Scias, benigne Lector, asteriscos sparsum in
hoc libello obuios, loca emendata, mutata, vel
restituta denotare: Notis item his [] inclusa,
illustrando contextui addita esse à P. Couden-
bergio, & aliis.*

*Virtutum omni genere
Clarissimo viro,*

D. GERARDO GRAMAIO,
Domino Vesaliae Comitis,
ac AErarii bellici Quæstori Statuum
dignissimo,

PETRVS COUDENBERGIUS S.P.

CVM VALERII CORDI de con-
ficiendis Pharmacis libellum Chri-
stophorus Plantinus prælo suo esset com-
missurus, rogavit me, ut, si quid haberem
quod editionem istam iuvare posset, cum
studiosis communicare. Fuit enim opti-
mo viro semper propositū, ut quos libros
imprimat, non nisi emendatissime ē sua
officina prodire sinat. Quamobrem, ut
de ipsius incredibili taceam diligentia &
sumptu; in omni disciplinarum genere
doctissimorū virorum opera utitur. Ego
vero, et si quæ iam olim in hunc Cordi li-
bellū (quem ego, quicquid dicat prafatio
anonyma, post obitū auctoris in lucē pro-
diisse, heredū vel amicorum cura, certis
de causis persuasum habeo) annotaverā,

4 EPISTOLA.

non essent apud me tanti momēti, ut vel
semel de illorū editione cogitaverim; ta-
mē nō potui nō homini mihi amicissimo,
& honesta petenti morem gerere. Quare
vespertinas aliquot hac hieme horas; qua
sola me quid scribere vel legere permitte-
bāt, libelli huius correctioni dedi; & ma-
ximo mendorum numero sublato, in suū
quaque ordinem restitui; multis interim
ipsius auctoris adiectis medicaminibus,
qua hactenus hic fuerunt desiderata; ita
ut operā me mēā non male posuisse cōfi-
dam: ubi à nonnullis haud immerito no-
tatur, explicate subiunctis id rationibus
doceo; & nonnumquā ineptas quorundā
reprehensiones refuto, que solo novitatis
studio sine ullis rationibus vidētur inve-
cta. Si quid autē à me erit omissū, copia-
se & diligēter excutietur in magno meo
huius farinae opere, quod fortasse aliquā-
do medicis & pharmacopœis nō minorē
voluptatē quam utilitatē adferet. Quod
vero illud nondū perficiā & publicē, ma-
ximas habeo & gravissimas consilii mei
causas; tñ quodecorū favore nō sublever,
quorum

quorū intererat curare ut tale quid diligenter præscriberetur; tū quod tēpora sint eiusmodi, ut plures fiant aliptæ, quā experti Medici & Pharmacopœi. Qua de re cum mecum cogito, nihil fero molestius, quam gentis nostræ inscitiam; quæ cum in aliis fere rebus omnibus nulli sit nationi secunda, nusquam aque peccat, quam quod nostri ordinis hominib. sit iniquior. Id vero pluribus verbis aperire non est necesse. Quis enim est vel mediocriter in pharmacopolii versatus, cui hoc non sit notissimum? Magna spes erat præterea, JOANNEM GOROPIUM BECANUM, non tantū rei Medicæ, sed universæ Philosophie & antiquitatis peritissimū virum, aliquid de Pharmacentice scripturum, quod utinam fecisset. Sed quia nunc omni doctrina refertū opus, quod vere venerandæ antiquitatis plaustrum quis appetet, præ manibus habet, nostris certe rebus vacare non potest: ideoque nec horum, ut constituerat, colere. Id quidē ego totis fere viginti annis feci sedulo: & quidē nunc maximis laboribus & impensis,

ad sexcenta exoticarum stirpium genera
in meo florere hortulo quotidie , et si rei
familiaris cū iactura ēr dispendio, ma-
xima tamen cum voluptate cerno. Et
nisi cultor pauperis horti esset paupe-
rior, darem operā, ne quid mihi deesset,
quod nostra saltem tellus , licet summa
cura, ferre posset. Interea id quod possum
ago, quando quod volo nō licet. Speran-
dum, inquit Euripides , & ferendum .
Ceterum, ut ad institutum redeam, que
in hoc opusculo præstiti, illa tibi, Gerar-
de Gramiae, singularis omnium bona-
rum artium patronē, dico dedicoque;
partim ut obſervantiam erga te meam
testificer, partim ut hac qualiacunq; no-
minis tui auctoritate munita, invidiam
& calumnias tanto facilius ferant. Sus-
cipies ergo hæc, qua tua est humanitas,
benigno vultu, quo Petrum Coudenber-
gium in tuam iam pride clientelam re-
cepisti, & receptum conſtanter tueri per-
gis. Vale, Macenas optime. Ex officina
nostra pharmaceutica, Antuerpiæ, Ka-
lend. Martiis cīc. Id. LXVIII.

P R A E-

FRÆFATIO
PRISCÆ EDITIONIS;
AD LECTOREM.

C Vm Valerius Cordus, Euritii illius
celeberrimi Medici filius, studiorum
gratia Italiam petiturus, obiter ad
urbem nostram Norimbergam pervenis-
set, atque cum doctis quibusdam ac bonis
viris, præcipue Medicis, mutuam noti-
tiam, amicitiam, familiaritatemque stu-
diose contraheret; inter cetera, quæ de bo-
nis litteris atque re Medica, ultro citro-
que inter eos familiariter, ut fieri solet,
agitata sunt; mentio incidit Dispensato-
rii, quod ipse ex omni genere bonorum
auctorum, cum veterum, tum recentium,
de Pharmacorum omnium, quatenus in
usu sunt, confiendorum ratione colle-
ctum, diligenter & emendatissime con-
scriperat. Cumque constaret, illud iam
antea in aliquot Saxoniarib[us], præci-
puis Medicis approbantibus, in usum pu-
blicum fuisse receptum, interimque ta-
men ab eo & locupletatū, & annotationi-
bus eruditis magis atque magis illustra-
tum; rogatus fuit à compluribus, ut il-
lad ipsum etiam nostris Pharmacopolis
imperiret. Cordus autem, et si ad iuvan-
dam rem Medicam iam tum mirifice esset

accensus, pro sua tamen modestia atque prudentia, non nihil subuerebatur, privatam suam auctoritatem ad Pharmacopolas permovendos, ponderis haudquaquam satis esse habituram. Itaque librum suum Senatui potius offert, tum demum in usum publicum assumendum, cum esset illius iudicio & auctoritate comprobatus. Senatus vero, pro sua in studiosos omnes propensione, ac reipublicæ omni ex parte iuvandæ diligentia ac sollicitudine, officium illud Cordi per quā gratum habuit; librumque collegio Medicorum, Cordo præsente, per legendum & examinandum tradidit: ut si quid mutandū, adiiciendūve arbitraturi essent, id auctore non modo sciente, verum etiam consentiente fieri posset. Quod cum sedulo ac magna diligentia factum esset, Senatusque ex Medicorum censura iam intellexisset, nihil haec tenus absolutius aut emendatius in hoc descriptionum genere typis evulgatum esse; librum non solum in publicum edendum, verum etiam Pharmacopolis, ut eum veluti lumen quoddam deinceps sequantur, offerendū esse decrevit. Cuius quidem editioni, hac quoque de causa studiosius invigilatum est, ut auctore interim in Italia, dum ad metam studiorum suorum quam acerrime contendit, immatura morte sublato, aliquid tamen illius exta-

P R A E F A T I O ,

9

extaret, quod ingeniuū eius & industriam posteritati testaretur, eumque ab oblivione vindicaret.

Hoc igitur Valerii Cordi, candidissimi & diligentissimi iuvenis monumentum qualecunque, certe non pœnitendum, studiose lector, obviis ulnis amplectere: & si quid ex eo iuvaberis (iuvabetis autem, nisi fallor, quam plurimum) amplissimo Norimbergensi Senatui, cuius liberalitate tibi cōmunicatur, gratias habe. Si autem aliquid in eo displicuerit, ne Auctore mortuum inhumaniter calumniis impete: sed absolutiore opere in publicum edendo, illum vincere, & nomen eius obscurare contendere. Bene vale.

I O A N N E S P O S T H I V S
D . M E D I C U S G E R M A N U S .

Pharmacæ que Cordus variis collegit in hortis,
Lat⁹ agens ævi tempora verna sui,
Post obitum in multos transcripta fuere libellos;
Verum his errores non tolerandi inerant:
Quos gelido veniens Petrus de Monte removit,
Miscendo fidæ pharmaca cuncta manu.
Dit tibi, Coudenberge, senis dent Nestoris annos,
Ut quod habes, ingens perficiatur opus.

A 5 INDEX

INDEX SECTIONVM.

Pharmacopœum qualem virum esse deceat.

Confectiones aromaticæ.

Confectiones Opiatæ.

Condita. Conservæ.

Syrupi. Rob. Lohoch.

Lenitiva & Solutiva.

Pilulæ. Trochisci.

Olea. Vnguenta.

Cerota. Emplastræ.

Præparationes quorundam Simplicium.

Ponderum ratio & notæ.

Accesserunt Valerii Cordi Depurgantium medicamentorum extractione, ac Oleorum artificiosa distillatione (præter nonnulla pharmaca locis suis inserta) libellus.

Epitaphium eiusdem Valerii Cordi.

APPENDICIS INDEX.

De Delectu, Collectione, Repositione, & Duratione Simplicium, ex Iacobo Silvio.

De Adulterationibus Simplicium medicamentorum cognoscendis, ex eodem Iacobo Silvio.

Simplici aliquo absolute scripto, quid accipendum, ex eodem Iac. Silvio.

Diarium Pharmacotū parandorum, & simplicium legendorum, à Matthia Lobelio collectum.

Nonnulla purgantia medicamenta composita. Matthiæ de Lobel.

Succedanea, Quid pro Quo, ut vocat, ex Iac. Silvio.

De Succedaneis, Lobelii, imitatione Rondeletii.

Guilielmi Rondeletii de Theriaca tractatus, emendatior & auctior.

Formulæ Selectiorum Pharmacorum, post Cor-dum usitatorum, auctiores.

Pharmaconetes sive Pharmacitis Biblos, Fr. Dissal-dei, Liber continens Pharmaca tam simplicia quam composita, quæ in Officinis parata habentur debent Pharmacopœi.

VA-

VALERII CORDI

SIMESUSII

PHARMACORUM CONFICIENDORUM RATIO.

*Qualem virum Pharmacopœum
esse deceat.*

MAGNUM præsidium humanæ
imbecillitati in Medicina situm
est, ut Homerus, omnium poë-
tarum præstantissimus, Medicum non
sine causa πολλὰν ἀντάγον ἄδων, pronun-
tiasse videatur. Verum huius laudis, ut
nunc quidem Medicina administratur,
non exiguum partem Pharmacopœus sibi
vindicat, cum sit Medici quasi dextra
manus; pericliteturque ipsius culpa sæpe,
non solum ægri valetudo, verum etiam
Medici, quantumvis præstantis, fama
& existimatio; cum ea quæ Medicus re-
cite præscribit, parum dextre exequitur,
aut materia uititur exoleta, aut adultera-
ta. Inde enim frequenter accidit, ut æger
vel non iuvetur omnino, vel, quod mul-
to peius est, etiam lædatur. Medicus au-
tem, præterquam quod pro imperito ha-
betur, etiam in errorem ducitur, dum se

aut de morbo non recte iudicasse, aut non debitam medicinam administrasse suspiciatur. Quare non temere quemlibet ad huius muneris functionem admittere deberent, qui ad gubernacula rerum publicarum sedent. Verum illi ut volent, suo fungantur officio, nos idoneum Pharmacopœum paucis delineabimus, ut ineptos & improbos à functione tam periculosa submoveamus, idoneos autē ad hoc munus capessendum alacriores reddamus.

Principio; Latinæ linguæ non vulgari-
zter tantum, sed ad munditium & propri-
tatem usque peritum esse oportet, ut ea
quæ eruditæ Medici, vel in genere, vel in
specie ipsi præscribunt, recte & exacte in-
telligere possit. Neque confidat se satis
instructum esse, si semel vulgarem quan-
dam viā functionis suæ, quasi artificium
manuarium perdidicerit. Nam quoniam mul-
ta quotidie nova conficiendarum medici-
narum ingenia inveniantur; multa etiam
veterum, oblivione sepulta, iterum in
lucem eruantur, nova illi itidem quotidie
discenda erunt; neque semper habere po-
terit aliquem, qui ea ipsi quasi permanens
tradat, & ad oculum demonstret; ex eru-
ditorum virorum descriptionibus ea ut
discat necesse est. Quare si Latinæ lin-
guæ probe petitus non fuerit, fructus
navorum ingeniorum, aut omnino,
aut

aut magna ex parte expers manebit.

Deinde opus est illi etiam cognitione rerum minime vulgari, aut prostrita, earum præsertim quæ proprie ad functionē eius pertinent: cuiusmodi sunt Simplicia omnia, quorū descriptiones ex præstantissimis auctoribus petitas, ad res ipsas cōferre debet, donec exactam illorum cognitionem hauriat, & prius imbibat. Cognita vero, visu, gustu, olfactu, tactu, & aliis debitibus modis sape ac diligenter examinet, non solum ut falsa à veris, & adulterata à sinceris; verum etiā ut præstantissima à mediocribus, & mediocria à degeneribus discernere consuecat.

Est & alia causa cur tā diligēti examine opus sit, quædā enim alioqui grata, & salubria, ob insignē tamē acrimoniā in vasculis æreis decocta, aut instrumētis ferreis diu tractata, tam terrū ac horribile virus inde cōtrahūt, ut gustu siāt abomināda, & quāvis valenti vētriculo intolerabilia. Quare hoc quoq; scire debet, quo genere vasculorū & instrumentorū, unaquæq; medicina sit coquenda, tractāda, & conservanda.

Hanc curam, alia quāsi huic connexa sequitur, scilicet, ut herbas, flores, fructus, semina, radices, debito tempore colligat, & rite reponat, ne vel parum efficacia sint, vel putrescant, aut nimis arefacta virtutem omnēm amittant.

Habeat etiam ædes salubri loco sitas, ac variis reponendis conservandisq; accommodas. nonnulla enim humido, pleraque calido, quædā sicco, quædam etiam frigido loco rectius conservantur: quam varietatē non quælibet domus præstare potest.

Facultates quoque saltem mediocres adsint oportet; in primis autē animus liberalis, ab avaritia sordibusque alienus. Dicitur enim hoc præstare poterunt, ut cōmode habitet, & Medicinas, quæ emendā sunt, suo tépore quam-optimas coëmat. Animus autē liberalis, minimeque avarus, cavebit, ne cōpendii, aut lucri sui causa, deteriores vili pretio libentius, quam præstantissimas, paulo largiore comparet.

Iam simplicibus medicinis omnibus diligenter collectis, coëmptis & repositis, succedit industria compositarū rite dispéndiarum; ubi eum in primis vigilantem & circumspetū esse oportet. Nec temere confidet ingenio suo in succedancis eligēdis, sed peritum Medicum consulēt: quē etiam omnino in conficiendis Opiatis, & similibus præstantibus, ac magni momēti medicinis, ut præceptorem & iudicem adhibebit: cui adiungeret, si cōmode fieri poterit, unum & alterum bonū atq; doctum virum, vel Senatorii ordinis, ut eos habeat veluti testes suæ diligentiae, industriæ ac fidei. Deinde quamque medicinam sic rite præpa-

præparatam, debito ac præscripto tempore fermentari sinat, antequam eam in usum publicum expendat.

Nec minor in eo fides requiritur in reiiciendis simplicibus atq; cōpositis, quā in iisdē reponendis & componendis. Debet enim singulis mensibus, aut s̄epius etiam, omnia lustrare, & diligenter cōsiderare, ut corrupta, putrida, mucosa, exoleta, & quovis modo inutilia, vel inefficacia reddita, reiiciat bona fide: nec in iis quārat suū lucrū, quibus ægrotō crearetur vitæ periculū: sed sit, ut diximus, animo liberali & magno; cogiteq; parvum illud damnū, fide sua iā perspecta, maioris sibi lucri causam fore.

Hæc omnia cum indefessam diligentiam & animum sibi semper præsentem requirant: hoc quoque observare convenit, ne sit aleæ aut similibus ludis deditus, ne compotationibus gaudeat, aut alioqui vinousus, vel ebriosus, neque fœdis amori- bus implicatus teneatur. Alea enim negligenter parit: ebrietas, errores, oblivionem & stupore īducit: turpis vero amor, etiam beneficia illi extorquere possit.

Quare omnino, si fieri potest, maritus sit, cui cum uxore recte conveniat; liberosq; habeat, quos honeste educare studeat; huiusmodi enim pignoribus obstrictus, vagas libidines detestabitur, neq; illis fomēta sciens subministrabit; & posteritati suæ con-

consulens, bona conscientia servare adnitetur; nec metu, nec gratia, nec prece, nec pretio, ad ullum beneficium impelletur.

Quod si accesserit vera pietas, hoc est, timor Dei, & fides in Christum, charitas erga proximum, & spes futurae vitae, omnia erunt tutiora, illustriora & felicia. Tum enim cogitabit: Si cum quid per negligentiam in vitam aut valetudinem proximi peccavero, iudicium Dei non effugiā: quanto minus effugiā, si sciens ac prudens venenum dedero, abortum procuravero, aut aliquod aliud ingēs atque insigne flagitiū designavero? Et si humanitas eorum qui infirmos & ægrotos tantum visitare solent, Christo adeo grata est, ut illud beneficium in seipsum collatum esse affirmet; quanto gratiō erit illi mea cura & solicitude, dum studeo illis Medicinas recte cōponere, rēpestive exhibere: & non propter lucrum tantum, verum etiā humanitatis respectu operam dare, ut melius habeant & convalescant?

Hæc & similia si cogitabit, ultero, ac sua sponte, erit humanus, placidus, affabilis, benignus, alacris, in primis autem mitis erga pauperes, & commodus erga imperitos; non enim in eorum ineptias, sed in necessitatem ægroti respiciet, ac Deum omnium inspectorem ac iudicem præ oculis habebit: qui recte agenti longe maiora & beatiora præmia largietur, quam ab ullo mortalium persolvi possint. CON-

CONFECTIONES
AROMATICÆ.

17

*

*Aromaticum Garyophyllatum, descri-
ptionis Mesue.*

rx. Garyophyllorum ʒ vii.
Macis Zedoariæ Galangæ
Sātali Machoziri Trochisorū Diarrhodō
Cinnamomi Ligni Aloës Spicæ Indicæ
Piperis longi Cardam. minoris ana ʒ j. *Rosarum ʒ iiiij. Glycyrrhizæ rafæ
Gallæ moschatae veræ ana ʒ ij.
Folii [Summatur eius loco Casia lignea vera, aut
duplexpondus Cinnamomi.]
Cubebarum ana Ʒ ij. Ambræ ʒ j. *
Noschi Ʒ β. Sacchari optimi.

VAL. CORDI ANNOTAT.

IN confectionibus aromaticis ad sacchari li- *
bram unam, pendenteem ʒ xvij. accipiatur ʒ j. spe-
cierum.

MYROBOLAE accipiant in confectionibus librā
continentem ʒ xvij. & secundum hanc dividantur *
uncia, dragma & scrupuli. Scrupulus vero pen-
dat grana electa xx. Nicolao præsertim.

GALANGÆ, id est, minoris Galange &
rufa, saporis aromatici: nam affertur hodie nova
qua-

quedam Galanga, magna, crassa, foris subrufa,
intus Zingiberis palliditate & filis, gustu acerrima,
sine aromatica aliqua gratia: hac in nullas con-
fectiones Galangae nomine iniicienda est. Quod se-
mel dixisse satis sit.

A SANTALUM Machozini, est species citrini
Santal: odoratissima, & valde aromatica, tam
gusto, quam odore: & affertur ad nos cum San-
talo albo, & citrino vulgari.

GLYCYRRHIZA est dulcis radix, quam
hodie usitato nomine Liquiritiam appellant.

B FOLIUM nondum allatum est ad nos in Ger-
maniam; quarecum eo careamus, necesse est eius
loco aliquo succedaneum accipere. Est autem eius
succedaneum, ut Galenus nobis reliquit, Spica In-
dica, aut Casia lignea vera. Cum autem hac con-
fessio alioquin capit Spicam Indicam, Folii vice
Casiam ligneam veram accipiendam esse censeo.

MOSCHI scribendum est: nam Musci ap-
pellatione, arborum villosa canities dicitur.

PETRI Coudenberghii Scholia.

A Santalum Machoz. est species, &c.] San-
tali citrini duas reperi species, cum Cordum dice-
re Franciscus Alexander in suo Apolline miretur,
nos easdem quoque insdem acervis à Lusitanis
Antuerpiam advectas interdum observavimus.
Vnam nempe (Santali albi corde ad rufedinem
accidente, ignaris quandoque imponitur) inter
vulgarem optimam, ex pallido rufescentem, odo-
ratam ac aromaticam: Alteram vero prorsus
luteam,

luteam, aut quasi croco tinctam, odoratissimam,
 & valde aromaticam tam gustu quam odore,
 ut & Cordus ait; atque insuper anguinosa,
 sed eam admodum raram. De hac itaque specie
 cum Cordum hic locutum esse existimem: non ea
 propter tamen idipsum quartum Santalum dici
 debere putamus, ut Franciscus sinistre colligit:
 haud secus atque nigri Piperis species plures cum
 sint, magnitudine, duritie, pondere atque acre-
 dine differentes, illorum aliqued quartum Piper
 esse dici non possit. Ceterum de Santalis plura, ea-
 que magis indubitate, quam à quoquam hactenus
 scripsitatum est, qui cupit, Garcia ab Horto de
 Aromaticis Indicis libellum, nuperrime ex Lusi-
 tanico in Latinam linguam a Carolo Clusio con-
 versum, consulat.

Folium.] Folium tribus nervis distinctum, B
 laurino simile, quod Folii Indi nomine in officinis
 passim prostat, Folii in medicamentis locum non
 incommodo obtinere posse, dum genuinum adfera-
 tur, haberique abunde queat. De hoc quoque pluri-
 bus Garcia libellus.

VENTRICULUM & cor confortat: nau-
 seam & vomitum sedat; & valer contra
 putrefactionem in partibus ventriculi.
 Membra vero nutritionis calefacit, ac
 ventositates dissoluit & carminat.

Aromaticum Rosatum Gabrielis,
descript. Mesua.

¶. Rosarum rubrarum 3 xv.

Gly-

20 CONFECTIONES

Glycyrrhizæ rasæ 3 vij.

Ligni Aloës Sátali Machoziri ana 3 iij.

Cinnamomi electi 3 v.

Macis Garyophyllorum ana 3 ij. β.

Gummi Arabici

Tragacanthæ ana 3 ij. Θ ij.

Nucis moschatæ Cardamomi

Galangæ ana 3 j.

Spicæ Indicæ Ambræ griseæ ana Θ ij.

Moschi Θ j. Sacchari.

CARDAMOMI, videlicet minoris: nam cum simpliciter Cardamomum scribunt auctores, minus Cardamominum, id est, usuale intelligunt.

MOSCHI, hoc est, ut vulgo dicitur corrupto vocabulo, Musci; pus illud aromaticum.

VENTRICULO imbecillo, aliisque nutritioni deservientibus instrumentis succurrit. Ventriculi humiditatem, omnemque in eo putredinem emendat: concoctionem iuvat; & ex morbo convalescentibus auxiliatur.

Dianisum D. Mesue.

R. Anisi electi 3 xx.

Glycyrrhizæ rasæ Mastiches ana 3 i.

Carei [i. Carvi] Macis Galangæ Foeniculi Zingiberis Cinnamomi ana 3 v.

Macropiperis Melanopiperis Leucopip.

Calaminthæ Pyrethri

Casiae ligaeæ veræ ana 3 ij.

* Cardamomi minoris Garyophyllorum
Cubebæ

Cubebarum Spicæ Indicæ

Croci ana 3 j. β. Sacchari.

M A S T I C H E S , hoc est, ut vulgo dicitur,

Masticis.

C A S I A lignea vera debet accipi, qua nuper
cœpit afferri; figura Cinnamomi, gusto aliquan-
tulum lubrica, & Cinnamomi emula: at non ille
parvus cortex saporis insipidi ac styptici, ut haec-
nus factum est.

C R A S S I S flatibus in ventriculo na-
tis, eiusdemque perfractioni succurrit. Pi-
tuitam in eo crudam absumit; tussique
diuturnæ prodest.

Diambra D. Mesua.

R. Cinnamomi Doronici.

Garyophyllorum Macis Nucis Moschatæ

Folii [aut succedanei eius] Galangæ ana 3 iij.

Spicæ Indicæ Cardamomi majoris

Cardamomi minoris ana 3 j.

Zingiberis 3 j. β.

Santali citrini Ligni Aloës

Piperis longi ana 3 ij. Ambræ 3 i.

Moschi 3 β. Sacchari albissimi.

C O N T R A o m n e m corporis imbecilli-
tatem efficax est; o m n e m q; corporis per-
fractionem discutit: nativum suscitat ca-
lorem, & redivivum recreat; resarcitque
eos qui frigido torquentur humore. Iuvat
articulos, & membris omnibus iniri-
fice

fice subvenit. Ventriculum fastidientem,
quique cibum continere non potest, ro-
borat: & inappetentiam cibi summe cor-
rigit. Cor ipsum roboret.

A Diathamaron D. Nicolai.

R. Anthophyllorum

Zingiberis ana 3 v. 3 j. 6 xvij.

Cinnamomi

Garyophyll. ana 3 iiiij. 3 j. 6 iiiij.

Carnium dactylorum 3 iiij. 3 viij.

* Galangæ Spicæ Indicæ Zedoarie

Costi Pyrethri Coralli rubri

B Rheupontici [accipiatur eius penuria Rha-

* barbarum sic vocatum]

Saliuncæ Tragacanthæ Anacardii

Ossium dactylorum Carlobalsami Anisi

* Baccarum Iuniperi ana 3 ij. 3 ij. 6 viij.

Leucopiperis

* Macropiperis ana 3 j. 3 j. 6 ij.

Limaturæ auri puri

Limaturæ argenti meri

* Ossium è corde cervi ana 3 ii. 3 vij.

Rasuræ Eboris Moschi ana 3 j. 6 vij.

Ambræ 3 j. Sacchari.

THAMAR Arabibus dactylum, palma ar-
boris fructum significat; unde confectioni nomen

* Diathamaron: corrupte Diameron.

ANTHOPHYLLI sunt grandes Garyo-
phylli, qui ad matritatem pervererunt, nucleo
intus

intus duro bisidoque; sapore non tam acres ut Garyophylli, præterquam in superficie.

COSTI; videlicet albi, servidum & aromaticum saporem habentis. Non vulgaris illius grandis, qui tetterimum & rancidum saporem habet, & adulterinus est, atque ex Helvetiorum alpibus & Italia ad nos affertur.

CARPOBALSAMI. Non habentur Opobalsamum, Carpobalsamum, & Xylobalsamum, secundum eorum veram descriptionem: verum cum experientia didicerimus, quod olea Cinnamomi & Garyophyllorum secundum nostram artem distillandi, veteribus ignotam, parata, in probis Balsami veri, & virtutibus similia sint (quare etiam pro Opobalsamo, oleum Garyophyllorum in Theriacam nostram accepimus:) non inconsultum esset, si quis pro Carpobalsamo acciperet Cabebas, aut Caryophylla, sive etiam Cardamomum, aut aliud semen, quod haberet mordacitatem in gusto, cum quadam redolentia, secundum Carpobalsami descriptionem, si horum nullum antea esset in descriptione.

SALIUNCA Germanicum est vocabulum, quo significatur Spica Celtica vera, quam in Pharmacopoliis Spicam Romanam appellant. Sed in Nicolao Alexandrino Graco, invenitur loco Saliunca Elelisphacum, idest, Salvia, praesertim in Awea Alexandrina.

LIMATURA auri & argenti. Cum aurum sit metallicum & valde ponderosum corpus, limatura eius vel scobs semper fundum petit, nec aqua-

*equaliter confectionibus commiscetur: quare hic, &
reliquis omnibus locis, sumantur folia auri.*

P. C. S C H O L.

- A Pondera apud Cordum hacce in compositione
depravatissimam restitui: sed non veluti L. Fuchs
sus ex suo Myrepsō vult, hocce in medicamento,
innumerisque aliis corruptissimo.
B Corallium album, quod à Cordo perperam ap-
positum erat, delevi.

E F F I C A C I T E R prodest difficulter
spirantibus, arteriacis, tussientibus, ta-
bidis & omni thoracis & stomachi offen-
ſæ: Aquæ subter cutem fusæ, renū
doloribus. Voluptatem parit, corporaque
faginat.

Diacalaminthon D. Mesne.

g. Calaminthæ montanæ
Calaminthæ campestris Seselios
Petroselini Macedonici ana 3 vj.
Zingiberis 3 ij.
Seminis Apii
Comatum Thymi ana 3 ij.
Ligustici 3 vj.
Piperis 3 xi. Sacchari albissimi.

CALAMINTHA montana nascitur co-
pissime in montibus circa Confluentiam urbem,
ad Rheni & Moselle confluentes.

C A.

C ALAMINTHA campestris , hoc est,
usualis Calamintha , que in arvis nascitur
(Mesue fluviatilem requirit:) haec enim effica-
tor est, quam in humidis locis nata. Germani-
ce Kornmyntz vocatur.

S ESELIO S, id est Siselios, quod etiam Si-
ler montanum vocatur.

C OMARUM Thymi, id est, summitatam
foliorum, & florum Thymi.

P ETROSELINUM Macedonicum non
est Olusatum, vel, ut corrupte prouantiant,
Olixatum, aut Alexandrum; semine oblongo,
magno, nigro, amaro , ac Myrrham amulante
sapore. Sed quia iam vero Macedonico Petro-
selino caremus , licet nobis eius loco Olusatri se-
men accipere (quod vulgo in Pharmacopoliis
Petroselinum Macedonicum , falso tamen , ap-
pellatur;) donec aliquando verum nobis con-
tingat.

P IPERIS, id est, Piperis nigri : nam cum
Piper simpliciter pronunciamus , semper nigrum
intelligimus.

A UXILIATUR iis quos cibi fastidiū
urget, appetentiam revocans: ægre quoq;
spirantibus , ventriculo refrigerationem
sentienti , & flatibus distento, confert.

*Diacalaminthon Galeni, Sanitatis
tuendæ lib. 4.*

E. Calaminthæ Pulegii Petroselini
Seselios ana 3 j.

Apii Cacuminum Thymi ana 3 ij.
Ligustici seminis 3 viij.
Piperis 3 xxiii. Sacchari.

GRASSA ac lenta attenuat & discutit: urinas movet, ac mulieribus menses.

Diacuminum D. Nicolai.

R. Cumini præparati [id est, pridie in aceto infusi, & iterum exiccati] 3 viij.
(id est, 3 j. 3 j.)

Cinnamomi

A Garyophyllorum ana 3 ij. β.

Melanopiperis

Zingiberis ana 3 ij. 6 v.

Galangæ

Thymbræ [eius loco sume Satureiam]

Calaminthæ ana 3 j. 3 ij.

Ammios

Ligustici ana 3 j. 6 xvij.

Macropiperis 3 j.

Spicæ Indicæ Cardamomi

Nucis Moschatæ ana 3 ij. β.

Sacchari.

THYMBRA est proprie Satureia silvestris, circa quam nascitur Cuscuta Epithymo similis, que Epithymbrum appellatur. Afferatur iam ad nos ex Orientalibus partibus; verum raro: ideoque in defectu eius sativam Thymbram, hoc est, Satureiam accipere nobis licet.

P. C.

P. C. SCHOL.

Ana 3 ij. β.] Cæcuit Fuchsus, 3 ij. Θ ij. A
ex Pseudomyrepso suolegendum existimans.

ARTERIACIS, difficultati spirandi,
tussiculosis, inflationibus efficacie est adiu-
mento. Noxā ventriculi corrigit, conco-
ctionem iuvat, adstrictionum vicia sanat.

Diacinnamomum Mesue.

R. Cinnamomi tenuis	3	xv.	A
Cinnamomi crassi boni			
Enulæ ana	3	iiij.	B
Galangæ	3	vij.	
Garyophyllorum	Piperis longi		
Cardamomi maioris	Cardamomi mi-		
Zingiberis	Macis	(noris	
Nucis moschatæ			
Ligni Aloës	ana 3	ij.	Croci 3 j.
Sacchari tabarzeth	3	v.	*
Sacchari albissimi.			

SACCHARI tabarzeth, id est, purissimi
atque optimi Sacchari, cuius 3 ut miscentur
speciebus: idque ideo hoc loco accipitur, ut species
eo melius conserventur ad usum. Ultimum Sac-
charum additur, cum vis rotulas facere ex specie-
bus.

P. C. SCHOL.

Cinnamomi tenuis, Cinnamomi crassi.] A
per Darseni, vel potius Darchini, lignum Chi-
nense, seu lignum odoratum, hoc est, Chna-
mum,

B 2 momum,

momum, tanquam China amomum, sive Cinnamomum intelligent Persæ atque scriptores Arabes; cortices quandoque lignæ appellantes, ut Xylocinamomum Græcæ. Quod interim crassi corticis est, Cinnamum vocant. Per Darseni Cinami igitur, Cinnamomum crassi corticis, tamquam ligneum significare volunt: est enim & in genere crassioris Cinamomi, quod & valde bonum est, hoc est, acre, odoratum ac aromaticum. Nec caret hac Mesua mens, ubi crassum Cinamomum requirit, suis rationibus quas perpendat Francisci Alexandri Apollo oportet. Itaque Cinnamomum tenuis corticis electum, per se, aque atque per Darseni Cinami, crassi corticis Cinamomum bonum, distinctum cum Credo hic interpretandum, intelligendum atque legendum existimo: utrumque tanquam in suo genere optimum. De Cinnamo autem & Casia, Garcia de Aromaticis librum quem dixi, consule: ubi doctissimorum etiam hactenus virorum de hisce rebus altercationes, aniles, prorsusque futilles esse animadvertes.

B Cyminum, à Credo huic medicamento temere impositum, hortante & id quoque Fuchsio, Monachis id prius monstrantibus, expunxi.

Est medicina salubris ad humorositatem ventriculi, & putrefactionem in eo. Phlegma digerit, & digestionem adiuvat.

Dian-

Dianthos D. Nicolai.

R. Florum Rorismarini ʒ j.
 Violarum Rosarum
 Glycyrrhizæ ana ʒ vi.
 Garyophyllorum Spicæ Indicæ
 Nucis moscharæ
 Galangæ Cinnamomi
 Zingiberis Zedoariæ
 Macis Ligni Aloës
 Cardamomi Anisi
 Anethi [videlicet seminis] ana ʒ iiiij.
 Sacchari.

PRODEST præter rationem tribulatis, cardiacis: animi lætitiam auget. Eos roborat qui à longo morbo debiles adhuc sese recolligunt. Ventriculum per pulchre emendat.

Diamargariton frigidum
D. Nicolai.

R. Nucleorum sem. Citrulli
 Cucurbitæ Melonis Cucumeris
 Seminis Portulacæ
 Papaveris albi
 Santali albi
 Santali moschatellini [id est, Citrini, boni odoris]
 Ligni Aloës Zingiberis
 B 3. Rosa-

30 CONFECTIONES.

Rosarum rubrarum

Florum Nymphææ albæ [id est, *Nenupharis*]

Florum Boraginis

Myrtillorum verorum ana 3 j.

Corallii albi

Corallii rubri ana 3 β.

Margaritatum 3 iiij.

Sacchari.

NUCLEUS seminum, est ipsa in medio seminum medulla. Sunt autem eximendi horum seminum nuclei, cum iam preparanda est confectio hac, aut alia, que durare debent: nam diu ante exempti rancidi fiunt.

OMNEM virium imbecillitatem firmitat: iis quos animus deficit, sive à corde sive à stomacho deliquium originem ducat, omnem noxæ causam vitalium partium discutit. Insuper asthmaticis, tussientibus, tabidis auxiliatur. Longo morbo deiectos, & imbecillitate languentes recreat, & ad pristinum robur conducit.

Diamargariton calidum

D. Auicenne.

R. Margaritarum non perforatarum

Pyrethri ana 3 j. Zingiberis

A Mastiches ana 3 iiij.

B Zedoariae Doronici

* Seminis Apii Casiæ

Carda-

AROMATICAE.

37

Cardamomi	Nucis moschatæ	C
Macis	Cinnami ana 3 ij.	*
Been albi	Been rubei	D
Piperis		★
Macropiperis	ana 3 iiij.	
Cinnamomi	3 v.	
Sacchari.		

P. C. SCHOL.

Zedoaria.] Avicenna exemplaria editio. Annis penultima, Zurumbet; postrema autem, à Valgrisio inquam exhibita, Zedoaria legunt, ut hinc vocum harum & rerum vicinitatem atque ambiguitatem (de quibus à plerisque concertatur) tibi expendendam nunc relinquam.

Doronici] L. Fuchsius Doronicum hic ex. B punxit, quod tamen omnia Avicenna exemplaria aptissime etiam recipiunt.

Casia.] Cum Cordus huius loco rad. C Tapisse pessime haberet, correctiora Avicenna exemplaria Scytaragi legunt, nonnulla Capsia, quod non nisi Casia est. Nam ineptiores Itali etiam Casiam addita p ante s Capsiam scribere solent. Scytaragi autem cum plura significata habeat, littera eius forsan aut carentia, aut mutatione (ut in plurimis dictionibus usu vent) quandoque Epidium designat, quandoque Casiam: quam hic intelligendam, commodissimeque intendandam dico. Quare Francisci Alexandri Apollinis stupidam pertinaciam,

B 4

Fuchsia

Fuchsio etiam mihi astipulante, demiror, Tapetiam hic (medicamento huic adeo iniquam) sumendam esse mordicus defendantis: Interim non tantum quomodo C in T mutata, sed Radicis vox accedere qui potuerit, forsan exclamabitur: verum Lacones habeo hic mihi impetrantes.

D Cinnami.] Hac voce Cordus carebat aequa atque Been albi. In Avicenna Cherfe legitur, quod Cinnatum interpretantur.

V A L E T mulieribus: rectificat enim dispositionem matricis, & ventriculorum earum.

Diamoschum dulce, D. Mesua.

R. Croci Doronici

Zedoariæ Ligni Aloës

Macis ana ʒ ij.

* Margaritatum albarum Serici crudi tosti Charabæ [id est, Succini]

* Corallii rubri ana ʒ ij. β.
Galliaæ moschatæ veræ

* Ocimi citrati ana ʒ j. β.
Been albi Been rubri

Folii [aut succedanei eius] Spicæ Indicæ
Garyophyllorum ana ʒ j.

Zingiberis Cubebarum

Piperis longi ana ʒ j. β.

Moschi ʒ ij.

Sacchari albi.

O c i-

O C I M U M citratum non est *Melissa*, sed species quedam *Ocimi* sive *Basilici*, odore *Melissa* aut *Citrei* malis: cuius defectu, *garyophyllum* *Oicum* sumipotes.

P R O D E S T contra cordis palpitationem: ei quoque cui tumultuosa insomnia obversantur, item iis qui incertis timoribus corripiuntur. Malis cerebri frigidis, vertigini, comitialibus, & difficulter spirantibus succurrit.

Diamoschum amarum, D. Mesue.

<i>R. Croci</i>	<i>Doronici</i>	
<i>Zedoariæ</i>	<i>Ligni Aloës</i>	
<i>Macis ana</i>	<i>3 ij.</i>	*
<i>Margaritarum albarum</i>		
<i>Sericis crudi tosti</i>	<i>Charabæ</i>	A
<i>Cotallii rubri ana</i>	<i>3 ij. β.</i>	*
<i>Galliae moschatæ veræ</i>		
<i>Ocimi citrati ana</i>	<i>3 j. β.</i>	
<i>Been albi</i>	<i>Been rubri</i>	
<i>Folii [aut succedanei eius]</i>		
<i>Spicæ Indicæ</i>		
<i>Garyophyllorum ana</i>	<i>3 j.</i>	
<i>Zingiberis Cubebarum</i>		
<i>Piperis longi ana</i>	<i>3 j. β.</i>	
<i>Moschi ♂</i>	<i>ij.</i>	
<i>Absinthii</i>		
<i>Rosarum ana</i>	<i>3 iiij.</i>	*
<i>Aloës lotæ</i>	<i>3 iiiij.</i>	*
	<i>B 5</i>	
		<i>Casto.</i>

34 C O N F E C T I O N E S

Castorei

Ligustici ana 3 j.

Cinnamomi 3 ij. β.

Sacchari,

* S E R I C U M crudum tostum significat Sericabombycis vellus, nullo colore tinctum; nullaque humoris aut succo quis tingendo sit, incotum; sed tale quale natura est, sicutique indutum, ac donec conteri possit tostum aut assatum: vulgo dicitur Sericum ustum; quamvis comburi non debeat, sed torrii aut assari tantum.

P. C. S C H O L.

A Setam pro Serico Cordus undiquaque barbare legebat.

Hæc confectio valentior est ad ea quæ supra dicta sunt: & proprie ad exiccadum humiditates ventriculi, & putrefactiones eius.

D i a g a l a n g a D. M e s u æ.

A R. Galangæ

Ligni Aloës ana 3 vj.

Garyophyllum Macis

Ligustici ana 3 ij.

Zingiberis Macropiperis

Leucopiperis Calami aromatici

Cinnamomi ana 3 j. β.

Calaminthæ siccae Menthae siccae

Carda-

Cardamomi maioris
Spicæ Indicæ Seminis Apii
Seminis Fœniculi Seminis Anisi
Seminis Carvi ana 3 j.
Sacchari albissimi.

P. C. SCHOL.

3 vj.] Legendum esse 3 vj. Fuchsius rectemona- A
net, non 3 vij, ut Cordus male habebat.

V. A L E T aduersus crassiores flatus, aci-
dos ructus, pravamque concoctionem:
item actiones ventriculi & iecoris à frigi-
ditate impeditas, robustiores reddit, eas-
demque emendat.

Diapenidion D. Nicolai.

R. Penidiarum 3 ij. *
Pinearum
Amygdalorum dulcium A
Papaveris albi ana 3 iii. 3 j.
Cinnamomi
Garyophyllorum
Zingiberis Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ Gummi Arabici
Amyli candidissimi
Seminis enucleati Cucurbitæ
Citrulli
Cucumeris
Melonis ana 3 j. 3 ij.
Camphoræ 3 β. B 6 Sacchari

A M Y L U M hodie corrupto vocabulo dicitur
Amydum.

P. C. SCHOL.

A Delevi Amygd. amaras, quas Cordus perpe-
ram addiderat.

V A L E T adversus omnem thoracis
noxam, tussim à frigore contractam, vocis
iacturam: tabidis denique & purulenta
exscreantibus succurrit.

Diairis simplex.

R. Ircos ʒ β. Sacchari candi
Specierum diatragacanthi frigidi ana ʒ ij.
Sacchari albissimi.

* **P O T E S T** fere eadem quod sequens, li-
cet imbecillius.

Diairis Salomonis, ex Nicolao.

R. Iridis ʒ j.

Pulegii Hyssopi
Glycyrrhizæ ana ʒ vj.

* Tragachanthæ
Amygdalorum Pinearum
Cinnamomi Zingiberis
Piperis ana ʒ iiij.
Caricarum Pastularum enucleatarum
Cas.

AROMATICA.

Carnium dactyolorum ana 3 iij. β .

Styracis calamitæ rubetæ [potius rufæ, legit
P. C.] 3 ij. 3 j.

Sacchari albissimi.

Tussiculosis, difficulter spirantibus au-
xiliatur: abscessæ vocis iacturam resarcit,
quæ refrigeratione contracta sit.

Diatragacanthum frigidum,

D. Nicolai.

Rz. Tragacanthæ albissimæ 3 ij.

Gummi Arabici 3 j. 3 ij.

Amyli 3 β .

Glycyrrhizæ

Nucleorum seminum Cucurbitæ

Cucumeris

Citrulli

Melonis ana 3 ij.

Camphoræ 3 β .

Penidiarum 3 iij.

Sacchari albissimi.

Medetur omnibus pulmonum & tho-
racis vitiis aridis, maxime tabidis, macie
confectis: Inflammatione lateris laboran-
tibus, omnibusque tussibus calidis & sic-
cis, exasperationi linguae & faucium.
Devoratum tamdiu ægrotans in ore con-
tineat, quoad liquefactum perfecte exu-
gatur.

*Diatragacanthum calidum
D. Nicolai.*

- * ℥. Gummi Tragacanthæ ʒ iiiij.
- * Hyssopi Pineorum nucleorum Amygdalorum amborum purgatorum Seminis Lini ana ʒ vj. Sem. Foeni græci Cinnamomi ana ʒ β.
- Glycyrrhizæ rasæ Succi Glycyrrhizæ Zingiberis ana ʒ ij.
- Sacchari albi.

Valet tuffientibus ex frigido phlegmate, & non valentibus eicere; asthmaticis, empyicis, anhelosis, suspiriosis, peripneumonicis, phthisicis, & ad omnem coartationem pectoris: stomachum confortat, digestionem procurat.

Manus Christi perlata.

- ℞. Sacchari clarefacti ℔ j.
Aqua Rosarum ℔ β.

Concoquuntur dum aqua rosacea igni evanescat, & saccharum iustum crassitum consequatur. In fine margaritarum minutissime tritarum ʒ β. addatur, atque super marmor aqua rosacea inspersum infundatur, & fiant rotulæ.

P. C. SCHOL.

*Quantis cachinnis Cordus, & tanquam
cati*

etci ceco duce Fuchs. Colonienses medici, ac
Francisci Alex. Apollo, vel pueris Pharmacopaeorum, hoc scripto se devidendos exhibuerint,
vix exprimi possit: ut hinc non tractari a fabris
fabrilia, lucide cerni queat. Eo pacto quod e hu-
iuscemodi: imaginaris, extraque arenam Medico-
rum quorundam scriptionibus, nullam debitam
miscendi conficiendique rationem, ut neque mon-
dum, & ex consequenti parum aut nihil artis sua
frugis, operisque manuarii commodi, haurire disce-
reve posint Pharmacopæi: ni margaritas, oleum
& operam omnem frequentissime perdere, ac vi-
tiatas materias porcis obiscere velint.

M E D E T U R deictis viribus, arden-
tibus febribus; & imaginationes falsas
abolet.

Diabysopum D. Nicolai.

R. Hyssopi Irees Thymi
Melanopiperis ana 3 xxx.
Pulegii
Thymbræ [eius loco sume Satureiam]
Rutæ Cumini ana 3 xx.
Carnium dactylorum
Tragacanthæ Glycyrrhizæ
Carycarum pinguium Passularum enu-
cleatarum
Fœniculi ana 3 x.
Zingiberis Sem. Anisi

Carvi

Carvi
Ligustici ana 3 v.
Sacchari.

Aecommodatum est ad capit is querelā ex frigido; uvam exiccat, arterias purgat, tussim compescit, omnes frigiditates pectoris & stomachi emendat; digestionem procurat; pleuriticis & empyicis mirabiliter opitulatur.

Diaconatum D. Mesua.

R. Costi candidi, aromatici, amari
Casiae ligneæ veræ Cinnamomi ana 3 v.
Seminis Apii Seminis Anisi.

Schœnanthi

Rhabarbari ana 3 iiij.

Asari 3 iiiij.

Croci Aristolochiæ

Myrrhae ana 3 i).

Sacchari.

S C H O E N A N T H I . Hodie corrupto nomine dicunt Squinanthum.

C O S T I A M A R I . Cœpit hisci annis afferri loco veri Costi adulterinus quidam: qui nequaquam accipiendus est, ut supra dictum est, sed candidus, amarus & aromaticus.

A S A R I , id est , radicum eius . sola enim radices ad medicinam accipi debent.

V A L E T ad dolorē viscerum & oppilationem in eis, & ad principium hydroperosis.

Dia-

Diarhodon Abbatis,
ex Nicolao.

R. Santali albi
 Santali rubri ana 3 ij. β.
 Tragacanthæ
 Gummi Arabici
 Spodii ana 3 ij.
 Asari Mastiches
 Spicæ Indicæ Cardamomi
 Succi Glycyrrhizæ Croci
 Xyloaloës [id est, Ligni Aloës]
 Garyophyllorum
 Galliæ moschatae Nicolai
 Anisi Fœniculi
 Cinnamomi Rharbarbari
 Seminis Ocimi
 Berberis [ide est, acinorum eius.] A
 Seminis Scariozæ Seminis Portulacæ B
 Nucleorum seminis Cucurbitæ
 Citrulli Cucumeris Melonis
 Seminis Papaveris albi ana 3 j.
 Margaritarum
 Ossis è corde cervi ana 3 β.
 Sacchari Candi [ut eo melius species conser-
 ventur]
 Rosarum ana 3 j. 3 iiij.
 Camphoræ 6 viij.
 Moschi 6 iiij. β.
 Sacchari albissimi.

S. C. A-

S C A R I O L A proprie est Endivia illa vulgaris, qua in dorso foliorum est spinosa. Quid autem vera sit Endivia, ubi locus postulaverit, dicemus.

P. C. S C H O L.

A Berberis.] acini sunt hic, fructus Berberis integræ.

B Scariola.] Cordum non novisse Scariolam, hoc nomine vulgarem admodum plantam, monente & id Francisco Alex. satis liquet; ex eo quod in Foliorum dorso eam spinosam faciat, ut Sonchum præ oculis habuisse videatur.

V A L E T adversus ventriculi calorem, iecinoris, lienis, pulmonumque : contra viscerum dolores, & omnem torius corporis noxam à calore proficiscentem.

Dialacca maior, D. Mefusa.

E. Laccæ præparatæ [cuius præparatio in fine habebitur]

Rhabarbari ana 3 iiij.

Spicæ Indicæ

Masticæ Apii

Coliculorum Schœnanthi Absinthii

Succi Eupatorii Mesuæ

Ammios Sabinæ

Amygdalorum amarorum

Costi Myrræ

Rubiæ tintororum Fœniculi

Anisi

- Anisi Afari
 Aristolochiae rotundæ veræ A
 Gentianæ Croci
 Cinnamomi Hyssopi
 Casie ligneæ veræ Sūmitatū Schœnanthi
 Bdellii ana 3 j. β.
 Piperis
 Zingiberis ana 3 j.
 Sacchari albissimi.

COLICULORUM Schœnanthi.] *Herba* hec aromaticæ à Gracis dicitur Σχοῖνος, id est, Schoenus, & significat Iuncum aromati-
 cum, qui hactenus improprie dictus est Squinan-
 thum. Nam Schœnanthum sive Σχοῖνος εὐθυγάρεια, significat Iunci huic aromatici florem, qui non
 affertur ad nos. In hanc autem compositionem in-
 greditur bis Schœnanthum; hoc quidem loco colli-
 culi aut stipites eius, inferius vero summites
 eiusdem.

SUMMITATUM Schœnanthi, id est,
 florum eius: nam flores in summate huic
 herba constituti sunt, & proprie Schœnan-
 thum appellantur: sed quia flores non ad nos
 feruntur, cogimur tenerrimas eius partes in
 cacumine decerptas, eorum vice medicamentis
 miscere.

SUCCUS Eupatorii.] *Hic succus non debet* B
fieri ex vulgari Eupatorio, neque ex Eupato-
rio Græcorum, id est, Agrimonia falso hodie
vocata, sed ex Eupatorio quod Mesue descri-
bit. Est autem Eupatorium Mesue ea herba,
que

44 CONFECTIONES

qua ab Italib dicuntur Gratia Dei , sine Gratiola;
cuius magnus est proventus Wittenbergæ in pratis
ad Albim fluvium sitis.

P. C. SCHOL.

A Aristolochiam longam , erronee in contextum
à Gordo intrusam , delevi.

B Succi Eupatorii .] Gratiola vocata , purga-
toria herba , foliis Hyssopi , Eupatorium Mesua
haud dubio , ut & L. Fuchsius , Matthiolus , ac
Franciscus Alex. recte monent , esse non po-
test . Satius igitur erit , Ageratum Dioscori-
dis , quod & hodie Eupatorii Mesuæ nomen ob-
tinuit , in eius locum substituere , donec melius do-
ceatur .

V A L E T aduersus frigus ventriculi : ob-
structiones , inflationes iecinoris , & re-
num duritas sanat . aquæ inter cuté cau-
fas omnes discutit . menses ciet : flatuosos
spiritus ab alto corpore abigit .

Diacurcumma , id est , Διακρόνη
maior , D. Mesuæ .

R. Croci	Asari
Petroselini Macedonici	
Dauci	Anisi
Apii ana	5 iiiij.
Rhabarbari	Meu
Spicæ Indicæ ana	3 vj.
Costi	Myrrhæ

Casiae

AROMATICA.

45

Casiae lignae veræ Schœnanthi
Carpobalsami [aut aliquod succedaneum, ut
superius significatum est]

Rubiæ tinctorum

Succi Absinthii

Succi Eupatorii Meluæ [i. Gratiola]

Opobalsami [aut aliquod succedaneum, sive
oleum Garyophyllorum, aut aliud crassum
odoriferum oleum] ana 3 ij.

Calami aromatici

Cinnamomi ana 3 j. β.

Scordii [videlicet veri]

Scolopendriæ [Ceterach intellige]

Succi Glycyrrhizæ ana 3 ij. β.

Tragacanthæ 3 j.

Sacchari albissimi.

Confert ad ægritudines antiquas, & ca-
chexiam; & ad hydropisim iuvamentum
est manifestum, & eradicat ægritudines
hepatis & lienis chronicas, quæ iam in-
duratae sunt: & confert ad corruptio-
nem stomachi, & humiditatem frigi-
dam, & ventositates grossas in eis, & ad
dolorem renum & vesicæ, & urinam pro-
vocat.

Diaprasium D. Nicolai.

R. Praessi 3 v. β.

Tragacanthæ Pinearum mundatarum

Amygdalorum dulcium

Pista-

Pistaciorum Carnium da^{ctylorum}

Carycarum pinguium

Passularum enucleatarum ana 3 iij. β.

Cinnamomi

Garyophyllorum

Nucis Moschatæ

Macis Ligni Aloës

Galangæ Spicæ Indicæ

Zingiberis Zedoariae

Glycyrrhizæ Rhapontici

Anacardii Styracis calamitæ

Galbani Terebinthinæ

Masticæ Myrrhæ

Ireos Aristolochiæ rotundæ

Corticum radicum Capparis

Gentianæ Melanopiperis

Anisi Fœniculi

Anethi Apii

Petroselini Macedonici

Saxifragiæ ana 3 ij.

Hermodactylorum

Origani Peucedani

Schœnanthi Cardamomi

Leucopiperis

Carvi Ligustici

* Vincetoxicæ ana 3 j. β. ē j. β.

Balsamitæ Pulegii

Dictamni Cretici

Cestri Pyrethri

Thymbræ Basiliconis

Pæoniaæ [videlicet radice eius aut seminis]

Macro-

- Macropiperis Amomi Sinoni
 Orobi veri ana 3 j. ē ij. β.
 Xylobalsami [aut succedaneum aliquod simile
 descriptioni Xylobalsami]
 Casiae fistulæ
 Corallii rubri Rasuræ Eboris
 Carpobalsami [aut aliquod succedaneum, ut
 supra]
 Dauci Cretici ana 3 β.
 Moschi Ambræ
 Ossis è corde cervi ana ē xiiij.
 Sacchari albissimi.

SAXIFRAGIA in Italia dicitur ea herba, quam in Germania Pimpinellam vocamus.
 Itali habent diversam Pimpinellam.

BALSAMITÆ.] Nicolaus Alexandri-
 nus Latine impressus, non Balsamitam ha-
 bet, sed Balsamum: significat tamen Balsami
 vox, non nunquam etiam Mentham; cuius spe-
 cies est Balsamita, hoc loco recipienda: nam si
 Balsami liquorem intellectisset Nicolaus, non
 simpliciter Balsamum, sed Opobalsamum po-
 sisset.

SINONIUM, secundum Matthaeum
 Sylvaticum, est Petroselinum agreste. Sed de
 eo infra in annotationibus Aurea Alexan-
 drina.

CASIAE fistula nomine hoc loco nequa-
 quam debet intelligi Casia fistula, cuius nigra
 medulla bitemper alvum purgat; sed Casia li-
 gnea aromatica, qua Cinnamomo similis est:
 nam

nam hac etiam apud probatos veteres autores
Casia fistula vocatur.

B DAUCUS Creticus hodie ignotus est,
ideo possumus eius loco Seseli Creticum accipe-
re, id est, Bervwurtz, aromaticam herbam, foliis
Foeniculi, sed multo minoribus.

P. C. SCHOL.

A Balsamitæ.] Cum Nicolai codex, ut &
Cordus fatetur, Balsami legat; eo non herba
Balsamia vocata, neque cum Fuchso Balsa-
mi veri folia, sed oleum seu succus veri Balsa-
mi, Opobalsamumve hic intelligendum esse ex-
istimo.

B Daucus Creticus.] Bervwurtz Germanis
vocata herba, seu Foeniculus porcinus Belgis,
non est Siseli Creticum, ut neque Daucus
Creticus, sed potius Meum Diosc. aut illi
proximum. Daucus autem Creticus verus,
Diosc. delineationi ad amissim conveniens,
semine acri, albo, hispido, oblongo, nu-
perrime cognosci coepit: viretque in hortu-
lo hodie, inter plurimas raras plantas, no-
stro.

Sanat capitis vertigines, oculorum ca-
figines abstergit, palatum & arterias pur-
gat, distillati onem uvæ astringit, dentium
dolorē mitigat. Asthmaticis & suspiriosis
peculiariter opitulatur; pectoris & pulmo-
nis causas facile amputat. Stomachi & he-
patis dolores & debilitates sedat, splene-
tico-

ticorum & pleuriticorum angustias paragorisa: omniū interaneorum vitiis predest: inflationes & torsiones ab eis aufert. Nephriticos, calculosos, stranguriosos & colicos purgat, & dolorem relevat. Sèpius autem sumptum, colorē pallidum emendat, menses deducit, & in ordinem debitum redigit. Typos quotidianarios & quartanarios reprimit. Qui autē hoc ele-
ctuario usus fuerit, à multis conservabi-
tur morbis.

Diatrion fasantalon D. Nicolai.

R. Santali albi	Santali rubri
Santali citrini	Rosarum
Sacchari ana	3 iij.
Rhabarbari	Spodii
Succi Glycyrrhizæ	
Seminis Portulacæ	ana 5 ij.
Amyli	Gummi Arabici
Tragacanthæ	
Nucleorum seminis Melonis.	
Cucumeris Cucurbitæ Citrulli	
Seminis Scariolæ	ana 3 j.
Camphoræ	3 j.
Sacchari albissimi.	

SCARIOLA est Endivia vulgaris, cuires
folia in dorso habent spinulas, ut dictum est supra
in Diarhodon Abbatis.

Pollet aduersus iecinoris & ventriculi

C calo-

50 CONFECTIONES
calorem mirum in modum: tabidis & re-
gio morbo correptis itidem prodest.

Diaxyloaloës D. Mesuæ.

R. Ligni Aloës crudi
Rosarum ana 3 j.
Garyophyllorum Spicæ Indicæ
Macis Nucis moschatæ
Gallæ moschatæ Mesuæ Cubebarum
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris
Masticæ
Cinnamomi
Cyperi Schoenanthi
Zedoariæ Been albi
Been rubri
Folii [aut Macis sive Spica Nardi]
Serici crudi Margaritarum
Corallii rubri Charabæ
Foliorum Citrei mali
Corticium Citrei mali
Ocymi garyophyllati
Sisymbrii Menthae siccæ
Sampsuchi [idest, Maiorana]
Piperis longi
Zingiberis ana 3 iiiij.
Moschi boni 3 j.
Ambræ 3 j. β.
Sacchari albissimi.

C Y P E R I , videlicet Cyperi rotundi : nam
rotunda

AROMATICÆ.

51

rotunda radices Cyperi proprie & simpliciter ab
auctoribus Cyperi vocantur. Longis vero radici-
bus Cyperus, vocatur ab iisdem Cyperis. Quonia
verò non semper rotundum habere licet, necesse est
in penuria eius, longo uti.

S I S Y M B R I U M est mentha aquatica, ni-
gricantibus, ut purpura, caulis.

P R O D E S T malis ventriculi, cordis &
iecinoris frigidis, animæ defectioni, con-
coctionique. Oris fætorem abigit, læ-
titiamque parit.

Diatrion piperon Mesuæ.

R. Macropiperis Melanopiperis

Leucopiperis ana 3 v.

Zingiberis Thymi

Anisi ana 3 ij.

Spicæ Indicæ Ammios

Amomi [quod non habetur, & loco eius capia-
tur Carpesium sive Cubeba, aut Calamus
aromaticus officinarum, qui pro vero Acoro
habetur.]

Cinnamomi ana 3 j.

Casiæ ligneæ Seminis Apii

Seselios

Asari

Enulæ siccaæ ana 3 s.

Sacchari albissimi.

Refrigerato ventriculo, & acido ructui,
quartanis, exolutis, iecinorosis, & infla-
tionibus auxiliatur. Item tussientibus.

C 2

Diatrion

Diazinger D. Nicolai.

R. Zingiberis Galangæ
 Garyophyllorum Cinnamomi
 Nucis moschatæ Granorum paradisi
 Piperis longi Macis
 Cardamomi Spicæ Indicæ
 Rhabarbari Rosarum rubraturum ana $\ddot{\text{G}}$ xv.
 Pinearum mundatarum 3 β .
 Phisticorum [id est, Pistaciorum] 3 ij.
 Anisi Fœniculi
 Glycyrrhizæ rasæ Croci ana 3 β .
 Sacchari albissimi.

* Ventriculum roborat & firmat.

Electuarium Ducis, D. Nicolai.

R. Anisi 3 ij. $\ddot{\text{G}}$ xv.
 Glycyrrhizæ
 Mastiches ana 3 ij. $\ddot{\text{G}}$ v.
 Cinnamomi
 Chamædryos Zingiberis
 Galangæ Fœniculi
 Carvi ana 3 j. $\ddot{\text{G}}$ xv.
 Xylocasæ Calaminthæ
 Dauci Pyrethri
 Piperis albi Piperis longi
 Cyperi [scilicet rotundi]
 Schœnanthi Ircos
 Amo-

- Amomi [aut succedaneum eius]
 Folii [aut succedaneum eius]
 Afari ana 3 j.
 Spicæ Indicæ Croci
 Gummi Arabici Tragacanthæ
 Seminis Anethi Calami aromatici
 Cubebarum Garyophyllorum
 Carpobalsami
 Ligustici Seminis Olusatri—
 Baccarum Juniperi Seseios
 Pentaphylli [videlicet radicum eius] p. 13
 Seminis Asparagi
 Seminis Citri
 Acori [aut loco eius Galanga]
 Ammios Rhabarbari
 Nucis myristicæ [id est, Nucis Moschata]
 Ligni Aloës
 Basilici garyophyllati
 Milii solis
 Seminis Saxifragiæ
 Nucleorum seminis Citrulli
 Cucumeris
 Melonis Cucurbitæ
 Seminis Scariolæ
 Petroselini
 Been albi Been rubri
 Styracis calamitæ
 Cardamomi ana 3 β. 3 v.
 Penidiarum 3 iiiij. 3 ij. β.
 Sacchari albissimi.
 CHAMAEDRYOS, videlicet vera, que
 C; folia

54 CONFECTIONES
folia habet similia quercus. nascitur in monte-
bus Iena, & inter Hersprung atque Amber-
gam.

O LUSATRI semen, est magnum semen,
quod in omnibus Pharmacopoliis dicitur Macedo-
nicum sive Petroselinum Macedonicum.

Valet ad indigestionem & ventositatem
stomachi & intestinorum, & ilei dolorem
& lapidis.

Electuarium de Gemmis D. Mesua.

M. Margaritarum albarum 3 iij.
Sapphiri Hyacinthi
Sardæ Granatorum
Smaragdi ana 3 j. f.
Zedoariæ Doronici
Corticum Citrei mali Macis
Seminis Ocymi garyophyllati ana 3 ij.
Corallii rubri Charabæ
Rasuræ Eboris ana 3 ij.
Been albi Been rubri
Garyophyllorum
Zingiberis Piperis longi
Spicæ Indicæ
Folii [aut succedanei eius]
Croci
* Cardamomi ana 3 j.
Trochisorum Diathodon
Ligni Aloës ana 3 v.
Cinnamomi Galangæ

Zurum.

Zurumbeth ana 3 j. β .

Foliorum Auri

Foliorum Argenti ana 3 ij.

Ambræ 3 ij. Moschi 3 β .

Sacchari albissimi.

S APPHIR U S & Smaragdus, qui passim in Myropolii habentur, nihil valent; cum flam-mam edant in igne, & ex argentifodinis colli-gantur: quare omittendi sunt; aut loco eorum, de Hyacintho & Granato maius pondus suman-tur.

S A R D A est gemma qua neotericis Carno-la vocatur, quod diligenter est notandum. Ha-ctenus enim qualis esset gemma Sarda, ignoravi-mus omnes.

ZURUMBETH est species Zedoaria, qua A radicem habet rotundam & globosam, & affer-tur cum Zedoaria longa.

P. C. SCHOL.

Zurumbeth est spec.] Inter tres Zedoaria A species qua Antuerpiam advehuntur radiculis ob-longis, quartum quid optimo Zedoario potissimum immixtum reperitur, rotundis globulis, & ea pro-pter Truncosa Zedoaria à Materialistis nostris vocitata: hac utentur Zurumbeth loco Pharma-copæi, & Garciam ab Horto De Aromaticibus In-dicis hisce de rebus consulant, plura noscere qui voluerint.

Malis cordis, ventriculi, cerebri, ie-
G 4 cinoris,

36 CONFECTIONES
cinoris, & uteri frigidis auxiliatur. Item
palpitationi cordis, defectioni animæ, ac
concoctioni : tristitiam deniq; citra cau-
sam ortam amovet.

Electuarium Iustinum D. Nicolai.

R. Cinnamomi
Folii [aut succedanei eius] Costi
Nardi [id est, Spica Indica]
Casæ ligneæ Aristolochiæ longæ
Aristolochiæ rotundæ Eulæ campanæ
Hyslopi Pulegii Artemisiæ
Pentaphylli [videlicet radicis eius]
Leucopiperis Orobiveri
Petroselini Ligustici
Olusatri [i. Petroselini Macedonici vocati]
Seminis Urticæ
Mili Solis
Saxifragiæ seminis [sumatur eius loco semen
Pimpinella nostra, Germanorum videlicet,
non Sanguisorba vocatae.
Baccarum Iuniperi Seminis Asparagi
Sileris montani
Seminis Apii Seminis Anethi
Seminis Rutæ Seminis Citrei mali
Seminis Fœniculi Seminis Anisi
Baccarum Lauri ana 3 j. β.
Sacchari albissimi.
Valet ad dolorē renū: calculos frangit,
& arenas expellit, ac stranguriā dissolvit.
Confe-

Confectio Liberans [scilicet à peste.]

- R. Radicum Tormentillæ
 Seminis Acetosæ
 Endiviæ
 Coriandri præparati
 Citri mali ana 3 j. f.
- Santalorum omnium
 Dictamni albi ana 3 j.
 Boli Armeni præparati
 Terræ sigillatæ [loco eius Bolus Levanticus, id
 est, Orientalis, sumatur] ana 3 iiij.
 Margaritarum Corallii albi
 Corallii rubri Charabæ
 Rasuræ Eboris
 Spodii [id est, Eboris usci, de quo in fine]
 Ossis è corde cervi
 Been albi Been rubri
 Doronici Cardamomi
 Cinnamomi Macis
 Ligni Aloës
 Casiaæ ligneæ [aut succedanei eius]
 Croci Zedoariæ ana 3 f.
 Smaragdi [loco eius Hyacinthi aut Granati]
 Hyacinthi Granati
 Serici crudi incisi & torrefacti ana 3 j.
 Penidii
 Sacchari Candi ana 3 ij.
 Florum Nenupharis [id est, Nymphæa]
 Buglossæ

C 5

Rosa-

Rosatum ana 3 j.

Camphor 6 vij.

Moschi

Ambrae ana 6 iiij.

Sacchari albissimi.

Contra pestem plurimum valet: tutatur
corpus ne lēdatur à pestifero aëre, & pre-
servat humores à corruptione.

Confctio Cordialis, Alex. Benedicti.

R. Margaritarum

Spodii [id est, Eboris usq;]

Granatorum verorum

Cinnamomi Tormentillæ

Boli Armeni ana 3 iiij.

Santalorum omnium Rasuræ Eboris

Unicornu ana 3 ij. Hyacinthorum

Sapphiri [loco eius maius pondus Hyacinthi]

Corallii albi Corallii rubri

Charabæ albae [ad. Succini]

Valerianæ veræ

Dictamni Zedoariæ

Ligni Aloës ana 3 ij.

Terræ Sgillatae [aut Boli Levantici, hoc est,

Orientalis] 3 i. 3 ii.

Sericis crudi modicum torrefacti 3 ij.

Ossium è corde cervi 3 j. f.

Been albi

Been rubri ana 3 ij.

Foliorum auri opt. numero v.

Moschi

Moschi

Ambræ ana 6 x.

Sacchari albissimi.

PRAESERVAT cor à peste.

Eleetuarium Letitiae, Galeni;
ex Nicolao.

Rz. Florum Ocymi garyophyllati

Croci Zedoariæ

Xylobalsami [pro quo Lignum Aloës, cum in
ista descriptione non habeatur]

Gattyophyllorum Corticum Citrei mali

Galangæ Macis

Nucis moschatae

Styracis calamitæ ana 3 ij. β.

Anisi Rasuræ Eboris

Thymi Epithymi ana 3 j.

Camphoræ Moschi Ambrae

Margaritarum perforatarum

Ossium de corde cervi ana 3 β.

Auti foliati meri [id est, purissimi]

Argenti foliati meri ana 3 β. *

Sacchari albissimi

Fiat confectio solida.

Si vero volueris facere in forma liquida
 sive opiatæ, tunc adde

Succi Cydoniorum

Pomorum odoratorum dulcium

Boraginis

C 6

Vini

Vini veteris optimi, ana partes æquales: in tanta mensura, quanta despumādo & decoquendo saccharo satis fuerit: nulla enim aqua saccharū dissolvi aut decoqui ad spissitudinem debet in hac cōfectione.

L A E T I T I A M colorisque bonitatem efficit; concoctionem iuvat, & canitiem retardat.

Electuarium Latificans Rhafis.

R. Melissæ Corticum Citreī mali Garyophyllorū Galliæ moschatae Mesuæ Mastiches Croci

Cinnamomi Nucis moschatae

* Cardamomi

Neremisch [pro quo potest semen Paeonia accipi]

Been albi Been rubri

* Zedoariae Doronici

* Seminis Ocimi

* Seminis Ocimi garyophyllati ana 3 β.
Moschi 6 xxiiij.

Sacchari albissimi. Fiat confectio in tabulis.

Si vero volueris facere in liquida forma, ut decet, tunc prædictas species sequenti Syrupo misce, & fac in modum opiatæ:

* R. Myrobalanorum Chebularum nu. xx.

* Emblicarum numero xxx.

* Aquæ Pij. aut quantū sufficit. Coquantur tritæ myrobalani in prædicta aqua, donec

AROMATICA.

68

donec remaneat tertia pars; deinde cola.
 Colaturæ adde mellis despumati l. j. loco
 prædicti sacchari: bulliat postea usque ad
 iustum spissitudinem; & insperge species *
 prædictas, postquam fervor Syrupi re-
 missior factus fuerit.

NEREMISCH apud Rhasin est Rosa a-
 sinina. Averrou autem interpres dicit Paeoniam
 esse Rosam asinorum. Ergo, secundum hunc Ne-
 remisch idem esset quod Paonia: nisi Rhasis de
 utraque, id est, de Nerenisch & de Paonia, duo
 propria faceret capitula, tanquam de rebus di-
 versis. Certo igitur statuere non possumus, quid sit
 Nerenisch.

Confortat omnia membra principalia,
 ex quibus virtutes manant naturales &
 animales: iuvat calorem naturalem, &
 spiritum vivificat: compescit malas cogi-
 tationes: & bonos mores, lætitiamque
 & gaudium gignit.

*Electuarium Plirisarcoticum, seu potius
 Pleres archonticum, D. Nicolai.*

R. Cinnamomi Garyophyllorum
 Ligni Aloës Galangæ
 Spicae Indicæ Nucis moschatæ
 Zingiberis Spodiæ
 Schœnanthi
 Cyperi Rosarum
 Violarum ana 3 j. ē xvij
 C 7 Foliis

62 CONFECTIONES

Folii [loco ipsius, Macis sumatur]

Glycyrrhizæ Mastiches

Styracis calamitæ

Sampsuchi [id est, Maiorana]

Balsamitæ Ocymi

Cardamomi Macropiperis

Leucopiperis

Myrtillorum

* Corticis Citrei mali ana 3 ij. ē v.

Margaritarum splendidarum

Been albi Been rubri

Corallii rubri

Serici tosti ana 3 j. ē ij. f.

Moschi ē vij. β.

Camphoræ ē v.

Sacchari albissimi.

Tristibus, melancholicis, imbecillo
ventriculo, deliquio animi à corde profi-
ciscienti succurrit. Memoriam amissam
recuperat, sensus acuit, comitalibus &
asthmaticis prodest, omnemque cerebri
debilitatem aufert.

Lithontribon D. Nicolai.

¶. Spicæ Indicæ Zingiberis

Xylobalsami [aut Ligni Aloës, ut supra]

Acori [sive Calami aromatici hodie vocati]

Cinnamomi

Peucedani [videlicet radicis eius]

A Meu [loco eius accipe Seseli Cretici radicem,
id est, Berwyrtz, Germanis vocatam]

Mela-

- Melanopiperis Macropiperis
Leucopiperis Saxifragiae ana 3 ij. β .
Opobalsami [loco eius sumatur oleum ex granis Juniperi]
Garyophyllorum
Costi Rhapontici
Glycyrrhizae Cyperi
Tragacanthae Chamaedryos
Seminis Olusatri [est semen quod Macedonicum vulgo perperam vocant]
Seminis Apii Ammios
Asparagi Ocymi Vrticæ
Citri malii ana 3 j. G xv.
Folii [aut succedanei eius]
Croci Schœnanti
Ligneæ Casiae [aut succedanei eius]
Bdellii Mastiches
Ireos Amomi
Ligustici Milii solis
Petroselini Macedonici Seselios
Sinoni [de quo supra]
Cardamomi
Anethi Euphorbii
Lapidis Lyncis Olei Nardini
Olei Moschelini ana 3 β . G viij. β . *Sacchari albissimi.
Si volueris facere in forma Opiatæ,
tunc speciebus adde triplum mellis desputati, loco sacchari: diutius enim durant species niente exceptæ, quam saccharo, potest tamen utroque modo fieri.
Olei

P. C. S C H O L.

A Meu] Seseli Creticum Cordo vocatum, quod Berovurtz Germani, Faniculum porcinum Belge appellant, esse èpsissimum Meu seu Meum Diosc. omnino persuasum habeo. Nec radicem eius tan-tam, tamve crassam esse, (natalibus praesertim locis natam,) neque tam graviter olere, veluti Matthiolus metuit, ut neque tenuitatis nec odoris à Dioscor. descriptos limites ita transire putem, quin genuinum Meum esse queat: Crassitudo cum crassitudine comparanda cum sit; simul atq; suauiter olere, & simpliciter odoratum esse, aliquantulum cum etiam differant. Eomodo, ut que de Meo Asturie ac Sistra Monachi observarunt & scribunt; ego, utpote mihi quoque comperta, approbem, illisque manus dem. Pronde si quispiam ad-huc nihilominus refragari voluerit, pro Meo vero tamen eo tantisper utentur Pharmacopœi, deserto illo quo hactenus usi sunt nostrates; dum ipse Diosc. Genius nobis altud proferat. Ceterum im-prudenter admodum Matthiolum carpit Fuchsius, quod ille una cum Monachis, hanc herbam Apo-lis Imperatoriam nominari inquit, quam Angelicam esse (sic à Germanis appellatam) male interpretatur Fuchsius: cum Imperatoria nomine ab isthoc Meo admodum diuersa à Germanis de-monstrentur plantæ.

Præ-

Præclarum ad indigestionem stomachi
ex frigiditate. Iliorum lumborumque
doles compescit, lapides in renibus &
vesica potenter confringit, & inde mira-
biliter expellit. Stranguriam & dysuriam
è vestigio solvit.

Rosata Novella D. Nicolai.

R. Rosarum Sacchari	ana 3 j. 3 j. 3 ii. β.
Glycyrrhizæ ana 3 i. 3 i. 3 ij. β.	
Cinnamomi 3 i. 3 ij. 3 ij. minus 3 ij.	*
Garyophyllorum	
Nardi [id est, Spica Indicæ]	
Zingiberis Galangæ	
Nucis moschatae Zedoariæ	
Styracis calamite Cardamomi	
Seminis Apii ana 3 j. 3 vj.	*
Sacchari albissimi.	

CONFERT apprime caloti & siccitatæ
stomachi, cordis, hepatis & pulmonis.
Sitim compescit & vomitum, abscindit
debilitatem stomachi, adstringit laxa.
Cardiacis subvenit, sudorem diaphoretici-
cum reprimit, ex chronica infirmitate de-
biles recreat.

Electuarium Diapæonias.

R. Radicis Pæoniæ	3 j.
Macis Spicæ Indicæ	
Croci Coralliorum rubrorum	
	Mar-

66 CONFECTIONES

Margaritarum non perforatarum
 Mastiches ana 3 β.
 Myrtillorum verorum 3 j. β.
 Cinnamomi
 Nucis moschatæ
 Garyophyllorum
 Folii [loco eius *Casae lignea vera*]
 Zingiberis Piperis longi
 Cardamomi
 Granorum paradisi ana 3 ij.
 Glycyrrhizæ 3 v.
 Anacardi 3 j. β.
 Moschi Ambræ ana 6 vj.
 Sacchari albissimi.

Fiat confectio in tabulis in æstate.
 In hieme vero adde speciebus triplū mel-
 lis despumati, & conficiatur electuarium.

CONFERT epilepsia, & vertigini.

Electuarium Resumptivum

D. Nicolai.

* Rosarum Glycyrrhizæ
 Sacchari ana 3 ij. ℥ v.
 Gummi Arabici
 * Tragacanthæ ana 3 ij. ℥ ij.
 Santali albi
 Santali rubri ana 3 j. β. Papaveris albi
 Succi Glycyrrhizæ Amyli
 Seminis Portulacæ
 Lactucæ Scariolæ ana 3 iii.
 Garyo.

Garyophyllorum

Spodii [pro eo, Eboris usci]

Cinnamomi ana 3 j.

*

Zingiberis

Styracis calamitæ ana 3 ij.

Croci G v.

Penidiarum 3 β.

Nucleorum seminis Cucurbitæ

Citrulli Cucumeris Melonis ana 3 ij.

Seminis Cydoniorum 3 ij.

Amygdalarū dulcium Pineorū nucleorū

Berberis Seminis Malvæ

*

Seminis Coti sive Bombacis

Seminis Violarum Nymphææ

Sebesten ana 3 ij.

Cum Syrupi Violati quantitate sufficien-
ti fiat Electuarium.

R E S T A V R A T humiditatem radica-
lem: lenit, humectat, nutrit, & confor-
tat. Aperit poros, obfistit cholerae: sedat
febrem, tussim & fitim. Restituit integras
vires, & pristinam sanitatem, extenuatis,
consumptis & hecticis.

Diacorum D. Mesiae, in sua praxi,
cap. 1. de affectibus nervorum. *

¶. Radicum Secacul Acori

Pinearum ana 1 j. β.

Radices Secacul mundatae & incisæ co-
quantur in aqua clara, donec aqua consu-
matur:

matur: postea optime pistentur, & in minutissimas partes conterantur, donec pulchri similes fiant. Dein adfundere eis mellis odorati & optime despumati l' x. coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbiberunt, in vaporem resoluta sit; diligenter agitando, ne ad vasis fundū adurantur radices. Cum autem iustæ spissitudinis consistentiā acquisiverit, ab igne deponito, & addere radices Acori tenuissime tritas, & Pineas minutissime incisas, cum subsequenti pulvere optime mistas:

A. Piperis ʒ j. Piperis longi

Garyophyllorum Zingiberis

A Macis ana ʒ iiiij.

Nucis moschatæ Galangæ

Cardamomi ana ʒ iiij.

Omnia ista simul cum melle & radicibus Secacul misceto & unito; diligenter agitando, ne grumi aliqui relinquantur.

B SECACUL verum est Sifer, quod Germani vocant Gritzelmoren, & Klingelmoren, Galli Eschervis & Serviles, Bavari Nudle, Suevi Geyrle.

A C O R U S, id est, vulgo vocatus Calamus aromaticus. Mesue iubet etiam Acori radices elixari. Sed quia nos recentes & virides non habemus, ut ii qui in calidis regionibus habitant, ideo melius est eas tritas melli admiscere.

P. C. S C H O L.

A Rosas è contextu, à Cordo perperam impositus,

tas, Fuchsio quoque & id volente, sustuli.

Secacul verum.] Secacul non est Siser, ut B
Cordus existimat: sed, veluti Francisco Alexandro
quoque placet, esse posset ea planta quam Crith-
mum spinosum, seu Pastinacam marinam vo-
cant Monspessulanis: unde mihi in horto meo, à
Mathia Lobelio doctore Medico semine trans-
missa, nunc viret. Genuinum interim si id non
fuerit, in eius locum tamen commode substitui
posset, respondentibus facultatibus: dum Arabs
quispiam ipsissimum nobis monstraverit.

Confert mirum in modum ægritudini-
bus nervorum: acuit omnes sensus & in-
genium, sedat dolores capitum; est pecu-
liare remedium frigidarum ægritudinum
senum, & maxime catarrhi.

Pulvis ad Epithemata cordis.

℞.	Santali rubri	ʒ	j.
Corticu	Citrei mali	Santali albi	
Rosarum	Corallii albi		
Corallii rubri	Charabæ		
Spodii [accipe Eboris usq;]	ana	ʒ	β.
Ollis cordis cervini			
Croci	ana	ʒ	j.
Specierum Lætitiae Galeni			
Specierum eleuctuarii de Gemmis			
Specierum Diamargariton	ana	ʒ	iiiij.
Camphoræ	ʒ	j.	

In pulverem redactæ species commi-
scantur.

Pulvis

Pulvis ad Epithemata hepatis.

R. Rosarum Santali albi Santali rubri
 Absinthii Schoenanthi
 Spodii [pro eo, Eboris usq;]
 Spicæ Indicæ ana ʒ β.
 Contrita in pulverem misce, & repone.

CONFECTIONES
OPIATÆ.*Diaolibanum D.Nicolai.*

R. Castorei Opii
 Hyoscyami albi ana ʒ iij.
 * Casiaæ ligneæ ʒ ij. Ə ij.
 Folii [aut succedanei eorum]
 Croci
 Turis masculi ana ʒ ij.
 Rhapontici
 Amomi [pro quo Carpesium] ana ʒ j. Ə ij.
 Myrræ ʒ j. β.
 Pæoniaæ Styracis calamitæ
 Mactropiperis ana ʒ j.
 Spicæ Indicæ
 Pyrethri Euphorbii
 Leucopiperis ana Ə ij. β.
 Mellis despumati triplex pondus.

Est vero observandum in omnibus opiatis, ut singulis uncis specierum, miscentur tres.

uncia mellis despumati. Si minus fuerit, exsiccatur confectio facile: si vero plus addatur, vires eius disperguntur.

Tus Masculum, est Tus album aut flavum purissimum, in globulos rotundos singulos, aut testiculorum figura geminos concretum; ideoque Masculi cognomen accepit.

UTILE est ad diversas passiones capitis: hemicranicum dolorem placat, & supercilii: lachrymas potenter stringit: fauces rheumatizatas & arterias lenit. Hæmoptoicis & tussientibus medetur. Vomitum compescit: dolorem stomachi & nauseā aufert. Peripneumonicis, pleuriticis, empyēticis subvenit. Gonorrhœam & satyriasm emendat, & menstrualem sanguinem sistit.

*Musa Enea, sive Zazenea, vel Egetea A
D. Mefiae.*

R. Castorei

Myrræ Opii

Melanopiperis Macropiperis

Galbani Costi

Cinnamomi Phu

Meu [aut loco eius Seseli Creticum, id est, Beruvuriz]

Dauci Asari

Croci ana 3 iiiij.

Mellis despumati optimi triplex pondus.

P. C.

P. C. SCHOL.

A Musa.] Erronee à Cordo Musa hac confectio inscribitur, veluti & Franciscus Alexand. rite observarvi; cum Sagzenea à Mesue vocetur. Musa enim Enea apud Nicolaum confectio est, ab hac plurimum differens.

VALET ad omnes passiones frigidas, & ventositates crassas, & dolorem dentium & corrosionem eorum, & ad frigus stomachi, tarditatem digestionis, colicam, difficultatem urinæ, & ad frigus & phlegma, & ad muccositatem urinæ.

*Philonium Maius, sive Romanum
D. Nicolai.*

R. Leucopiperis

* Hyoscyami albi [i. seminis eius] ana 3 v.
Opii 3 i. β.

Casiæ ligneæ [aut succedanei eius] 3 j. β.
A Seminis Apii 3 j.

Petroselini Macedonici Fœniculi

B Dauci Cretici ana 3 i. β.

* Croci 3 j. Spicae Indicæ

* Zedoariae

Pyrethri ana 3 β. 6 v.

Cinnamomi 3 j. β.

Euphorbii Costi ana 3 j.

Mellis

Mellis despumati optimi triplex pondus.

Pro Dauno Cretico accepere licet Seseli Creticum, id est Beruvwirtz.

P. G. SCHOL.

Sem Apii 3 j. & paulo post. Sem. Dauci Anna 3. fl. Pro 3 j. Cordus male 3 j. fuscis & pro 3 fl. erronee 3 j. legebat: ut Francisco Alexandro quoque placet.

Emendat tussim cum vino multo oblatum, peripneumoniam cum hydro-melite, sanguinis sputum cum polygoniae succo. Indigestionem stomachi & vomitum cum posca, dolorem hepatis cum ceno-melite curat: spleneticis, & auriginofis cum oxymelite subvenit: celiacis, cum apozemate tutæ. Pleuriticis, iliosis, nephriticis & vesicæ symptomatis cholericis medetur.

Philonium D. Mesue.

R. Piperis albi

Seminis Hyoscyami albi ana 3 xx.

Opii 3 x Croci 3 v.

Spicæ Nardi Indicæ Pyrethri

Castorei ana 3 j.

Mellis despumati optimi triplū pondus.

MIRUM in modum mitigat dolores, præcipue stomachi, matricis, laterum, totius ventris, & colicam cum decoctione

D chamæ-

74 CONFECTIONES

chamæmeli vel rutæ, & statim provocat somnū cum aqua lactucæ vel syrupo pa-paveris. Tollit dolorem capitis cum de-coctione stœchadis, prohibet catarrhum cum decoctione olibani vel spicæ. Con-tra spasmum, & paralysim bibitur cum de-coctione nucis moschatæ. Facilitat anhe-litum cum decoctione baccarum lauri vel hyssopi, & sedat tussim cum aqua mellis. Provocat utinam, facilitat mictum, & frangit lapidis vesicæ, cū decoctione Sa-xifragiæ vel aqua apii. Compescit vomi-tum & fluxū sanguinis ex ore, cum succo plantaginis vel decoctione mastiches; & sedat singultus, & præfocationes, & vitia matricis, & potenter somnum inducit.

Philonium ex Galeno & P. Aegineta.

R. Croci	3	v.
Pyrethri		Euphorbiæ
Spicæ Indicæ	ana	3 j.
Piperis albi	3	xx.
A Hyoscyami	3	vij.
Lachrymæ Papaveris	3	x.
Mellis despumati optimi triplum.		

P. C. SCHOL.

Hyoscyami 3. viij.] Cum non Galeni,
sed P. Aegineta tantum corrupta exemplaria
perperam legant Hyoscyami 3 viij, atque ex Cor-
narii

narii dolabella 3 xx pro 3 viij. restituenda sint,
cum Mesues descriptione hoc pæsto conveniet: ut-
pote quis ex hisce eandem desumserit; Castorium
in Euphorbi locum substitutum si exceperis.

Philonium Persicum D. Mesue.

R. Piperis albi

Hyoscyami albi ana 3 xx.

Apii

Terræ sigillatæ [pro qua Boli Armeni, ut su-
pra] ana 3 x.

Lapidis Hæmatitis Croci ana 3 v.

Castorei Spicæ Indicæ

Euphorbii Pyrethri

Margaritarum Charabæ [idest, Succini]

Zedoariæ Doronici

Trochiscorum Ramich. [de quibus infra]
ana 3 j.

Camphoræ 3 j.

Mellis rosati optimi triplum.

P. C. S C H O L.

Piperis albi.] Insulse admodum Papaver in
huins locum surrogaverat Cordus; quod & subo-
luit facile Fuchsio: sequentibus nihilominus Cor-
dum Coloniensibus medicis, in ab ipsis evulgato
non ita diu Dispensariolo.

I N V E N T U M est ad retinendum san-
guinem menstruorum, hæmorrhoidum,
fluxum ventris, vomitum, & sputu sangui-

D 2 neum;

CONFECTIONES
neum, præsertim si cum succo plantaginis
dissolutum bibatur, & ad fluxū menstruo-
rum mittatur in vulvam, & ad fluxum san-
guinis excoriativum clysterizetur. Con-
solidat ferme ulcera & venas: & nihil est
quod magis & tutius præservet ab abortu
prægnantem gravidam.

Requies Nicolai.

R. Rosarum

Violarum ana 3 iij.

Opii Hyoscyami

Papaveris [videlicet albi]

Mandragoræ [videlicet cort. radicis eius.]

Scariolæ [videlicet seminis]

Lactucæ [videlicet seminis]

Seminis Portulacæ

Psyllii

Nucis moschatæ Cinnamomi

Sacchari ana 3 j. f.

Santali albi Santali citrini

Santali rubri Spodii

Tragacanthæ ana 3 ij. ē v.

Mellis despumati optimi triplum.

REQUIES dicitur, quia requiem ac-
cipientibus præstat: maxime typice febri-
citantibus, quotidianariis, tertianariis,
quartanariis, acutis & peraeutis.

Try-

Tryphera magni D. Nicolai.

R. Opii 3 ij.

Cinnamomi

Garyophyllorum Galangæ

Spicæ Indicæ Zedoariæ

Zingiberis Costi

Styracis calamitæ

Calami aromatici

Cyperi

Iridis Illyricæ

Peucedani

Acori [aut Calami aromatici hodie vocati]

Mandragoræ Nardi Celticæ

Rosatum Piperis

Sem. Anisi

Apii Petroselini Macedoniei

Fœniculi Dauci

Hyoscyami Cumini

Ocymi ana 3 j.

Mellis despumati optimi triplum.

Iris Illyrica, est eadem qua in Pharmacopolis dicitur Ireos.

NARDUS Celticæ sive Spica Celticæ, & Salinæ, est eadem herba qua in Pharmacopolis dicitur Spicæ Romana.

AUXILIATUR dolori stomachi ex frigiditate; & cum accepta fuerit, statim patientem ad sudorem provocat. Phreneticis, & mulieribus quæ ex melancholia

D 3 de

de matrice insomnes sunt, rheumaticis,
peripneumonicis, & iis, qui excernunt
excrementa cum sanguine, utilissima est.

Tryphera minor Fœnonis, ex Mesue.

R. Myrobalan. Chebularum
Bellericarum Indarum Emblicarum

Nucis moschatæ ana 3 v.

* Nasturtii assati Asari

Origani Persici Piperis

Olibani Amnios

Zingiberis Fructus Tamarisci sativæ

Nardi Indicæ Schœnanthi

Cyperi ana 3 iiiij.

Scoriæ ferri, quinque diebus in aceto ma-
ceratæ, & deinde tostæ 3 xx.

Myrobalani cum butyro recenti non sa-
lito assentur modicū, reliqua oleo amyg-
dalino dulci involvantur: deinde addatur
Moschi 3 j.

Mellis despumati triplex pondus.

Oportet autem diligenter attendere,
ne Myrobalani comburantur, cum in bu-
tyro assantur.

ORIGANUM Persicum, idem est quod
Origanum Orientale: nascitur etiam in Creta
insula, & Gracia: habet autem surculos, capi-
tula, folia, & ramulos maiorana similia; sapo-
rem vero inter Satureiam & Dictamnum Cre-
ticum medium: estque valde odoratum & aro-
maticum.

maticum. assertur ex Oriente in Italianam. loco autē eius accipere licet Dictannum Creticum verū.

T A M A R I S C U S sativa, arbor est proce-
ra: sed ea nos caremus, ideoque cogimur loco eius
nostratis Tamarisci foliis uti.

S C O R I A ferri, proprie significat ferri re-
crementum, id est, Eysenschlacken Germanis vor-
catum: verum id non debet hoc loeo accipi, sed
Squama aut Batitura Ferri optimi aut Chalybis,
quam Graci Stomoma appellant.

V A L E T ad corruptionem & exuberan-
tiā menstruorum, & hæmorrhoidum: &
ad corruptionem formæ: & debilitatem
stomachi, & destruit humorem crudum,
& clarificat colorem. Confortat vescicam,
& abscondit fluxum ventris.

Tryphera Sarracenica D. Mefia.

Rx.	Myrobal.	Chebularum
	Indorum	Bellericorum Emblicorum
	Citrinorum ana 3 v.	
	Cinnamomi Leucopiperis	
	Macropiperis Melanopiperis	
	Secacul [id est, Siseris, ut supra]	
	Folii [aut succedanei eius]	
	Spicæ	
	Cardamomi maioris	Cardamomi minoris
	Casiae ligneæ [aut succedanei eius]	
	Scitatagi Indi	Cyperi
	Apii	Linguæ avis

80 CONFECTIONES

Garyophyllorum

Been albi Been rubi

* Zingiberis ana 3 ij.

Nucis moschatae Macis

Sesami excorticati ana 3 iiij.

Amygdalorum dulcium

Amygdalorum amarorum ana 3 v.

Ligni Aloës Rhabarbari

Rutæ Seminis Fœniculi

Masticæ ana 3 iiij.

Ocymi garyophyllati Menthæ siccæ

Origani Persici [eius loco Diatannum Creticum accipe] ana 3 j. β.

Fricentur Myrobalani triti cum butyro
vaccino recenti & non salito ; aliæ vero
species cum oleo amygdalino dulci : &
confice cum mellis despumati opt. triplo.

SECA CUL, non est Iringus sive Eryngium,
neque Iringus, qui habet folia Cretamimarinæ; ne-
que Sigillum Salomonis. Sed verum Secacul est
veterum Siser, hoc est radix illa quæ Germanice
dicitur Klingelmorn, Gritzelmorn, Nudlen, &
Geyrlen: Gallice Eschervis & Servilles.

LINGUA avis, est semen Fraxini.

SEITARAGI Indum, est herba Nasturtii
odore & sapore, foliis longis, radice simili ciuius her-
be quæ Merretich vocant Germani, & Pfeffer-
wurtz, Raphanum magnum.

CONCOCTIONEM ventriculi & he-
patis suo calore iuvat, ob id flatus dissipat;
humores in ventriculo & aliis visceribus
putres

OPIATAE.

8

putres absumit; oris & corporis odorem
& colorem commendat; lassitudinem tol-
lit. Sanitatem præsentem ructur, & mor-
borum generationem prohibet. Venetem
auget: hæmorrhoides sanat.

Tryphera Persica D. Mesue.

R. Succorum Solatri sive Solani.

Endiviæ veræ & sativæ

Apii ana l' ij.

*

Lupulorum depuratorum l' j.

Proiificantur desuper

Violarum siccaram aut viridium

Rosarum ana 3 iiij [aliis 5 iiij.] *

Folliculorum Senæ 3 ij.

Agarici 3 j.

Prunorum Damascenorū pinguiū nuc. *

Cuscotæ 3 β.

Spicæ Indicæ 3 ii.

Bulliant molliusculo igne, donec super-
sint l' ij.

Et iniciantur Epithymi 3 xi.

Myobalanorum Cittinorum

Chebulorum

Indorum frictorum in oleo amygda-

lorum dulcium ana 3 ij.

Bulliant leviter, deinde ab igne depo-
nuntur & percolentur, atque dissolvantur
in una parte istins percolati

Tamarindorum recentium 3 iiij.

Maonias eleætae 3 j. β.

D 5 Pulpas

S^E CONFECTIONES

Pulpæ Cassiæ 3 iiij.

Sacchari violati P j.

Percolentur & mundentur à granis &
sordibus ; atque in aliam aquæ partem
proiificantur

Sacchari albissimi P iiij.

Aceti vini P i.

Coquantur leviusculo igne : deinde
proiificantur super illud quod dissolutum
est in succis, & aggregentur simul in u-
num, atque coquantur donec mellis cras-
ficiem obtineant : postremo in pulverem
redactæ sequentes species inspergantur:
Rhabarbari optimi 3 ij.

Myrobalan. Citrinorum 3 j. β.

Chebulorum

Indorum ana 3 j.

Bellericorum

Emblicorum ana 3 iiiij.

Seminis Fumiterraæ

Trochischorum Diarhodon

Macis Mastiches

Cubebarum

Spodii [loco eius Ebōris usq;]

* Santali citrini ana 3 ij.

Nucleorum seminis Cucurbitæ

Citrulli

Cucumeris

Melonis ana 3 ij. β.

Anisi 3 iiij.

Spicæ Indicæ 5 ij.

Invol.

Involvantur hæ species in oleo violato, & confectio reponatur in vase vitro.

C O N F E R T febribus acutis, & inflammationi stomachi & hepatis, ictericis calidis: de oppilatione in columitatem acquirit. Visum à fumis cholericis deperditum reparat. Sitim mitigat: morbos adunctionis fieri prohibet.

Confœctio Anacardina D. Mesue.

R. Piperis nigri

Piperis longi

Myrobal. Chebulorum

Embllicorum Bellericorum Indorum

Castorei ana 3 ij.

Costi Anacardii

Sacchari tabarzeth

Burungi

Baccarum Lauri ana 3 vj.

Cyperi 3 iiiij.

Anacardii per se terantur, & aliis tritis admiscantur: deinde omnia cum butyri recentis non saliti &

Mellis despumati ana 3 v. ff.

simil coctis bullitione unica confiantur.

P. C. S C H O L.

Burungi.] *Cordus huius loco semen Eru-* A
ea posuerat, hanc dictionem ita interpreta-
tus; cum Melissam esse existiment plerique,

ut & monet Fuchsius, Matthiolo alter sentiente.
Si vero dictionem hanc Eruca semen esse Mesue
mens fuerit, per id Sinapis semen à colore album
vulgo hic nuncupatum, atque ab officinis nostris
perperam Eruca semen vocatum, intelligendum
erit; ab huic confectionis virium scopo non alienum.

Es t confectione sapientum, & eorum qui
desiderant scire: acuit enim intellectum,
subtilitat sensum, memoriam recuperat;
& confert dolori stomachi & ventris à
frigiditate facto; & clarificat sanguinem,
colorem bonum facit.

Aurea Alexandrina D. Nicolai.

R. Asari

Carpobalsami [aut alicuius succedanei, ut su-
Sem. Hyoscyami albi ana 3 ij. β.
Garyophyllorum

Opii Thebaici Myrrhae

Cyperi rotundi ana 3 ij.

ABalsami [loco eius olei Garyophyllorum]

Cinnamomi

Folii [aut succedanei eius]

Zedoariae Zingiberis

Costi veri Corallii

Casiae lignae verae Euphorbii

Tragacanthae

Thuris masculi

Meu [vel potius Mei]

Styra-

Styracis calamitæ

Saliuncæ [id est, Spica Celtice, qua nunc Ro-
mana dicitur. Sed in Graeco Alexandrino habetur
Elelsphacon, id est, Salvia]

Cardamomi minoris Seselios

Seminis Napi Seminis Saxifragiæ B
Anethi

Anisi ana 3 j.

Ligni Aloës

Rhapontici

Aliptæ moschatae Castorei

Spicæ Nardi Indicæ Galangæ

Opopanax Anacardii

Masticæ Sulphuris vivi

Radicis Pæoniæ

Eryngii [videlicet radicis eius]

Rosarum Thymi

Acori veri [sive Calami aromatici]

Pulegii Aristolochiæ longæ

Gentianæ

Corticium rad. Mandragoræ

Chamædryos Phu *

Baccarum Lauti

Ammi [id est, Ammios]

Dauci Cretici [eius loco licet accipere Seseli
Creticum, id est, Berwartz]

Macropiperis Leucopiperis

Xylobalsami [aut alicuius succedanei]

Sem. Carvi

Amomi Petroselinii
Ligustici Rutæ

D 7 Sinomii

Sinoni ana 5 β.

Auri cocti [i. omninoigne depurati & sinceri]

Argenti meri [vel Fol. Argenti]

* Margaritarum albarum

Blattæ Byzantiae

* Ossis è corde cervi ana 6 xv.

Limaturæ Eboris

* Calami aromatici

Pyrethri ana 6 vij.

Mellis despumati triplum.

IN Graco Alexandrino Nicolao etiam alia
quedam pretiosa habentur in fine, ni fallor. Sic ut
videbitur, si in lucem venerit.

MYRRHÆ. Attinarius, auctor quem
Ruellius interpretatus est, pro Myrrha habet
Myrti baccarum, id est, Myrtillorum, facili ex
altera in alterutram vocem lapsu. nam Myrra
in plurali numero Graci sunt fructus Myrti; qua
vox magnam habet similitudinem cum Myrrha.

MEU vero nos caremus, eius loco accipere
licet Sisonis semen, quod iam dicitur Amo-
num, aut Seseli Creticum, hoc est Beruvurtz:
sed hoc inferius est accipendum pro Dauno Gre-
cico.

NAPUS, est parva, densa, ac solidarapa,
quam appellamus Germanice Merseburgisch,
Borsfeldisch, & Bairisch rublein.

PHU verum, quod ad medicinam requi-
runt Auctores, non est Valeriana vulgaris,
tempe agrestis: sed aliaherba que, Germanice
dicitur

dicitur Gartenfelsunk, Teriacskraut & Spikvurtzel. Caulem & flores habet Valeriana, radicem maiorem & odoratiorum, folia longa & mollia. Colitur à nobis in horcis.

A M O M U M verum] est Rosa Hierichuntis odorata : sed eo Pharmacopole hactenus carneunt. eius succedaneum est verus Acorus aut Carpessum.

S I N O N U M sive Sison, sive Sinnus, sive Sinus, est semen nigrum aromaticum, quod hodie Amomum in Pharmacopolis vocitatur falso.

A M B A R U M Margaritarum] hoc est, perforatarum & non perforatarum. alii legunt albarum Margaritarum. Actuarius habet simpliciter Margaritarum. Non male ergo quis ager, si tam perforatarum quam non perforatarum, ana ð β. & v. & ss. acceperis. ita ex utrisque unum siet pondus, videlicet ut Nicolaus habet, ð i. & xij.

P. C. SCHOL.

Balsami] Opobalsami, legebat Cordus, auctor potius mentem interpretans & ponens, quam vocem eam quam repererat servans. Per Balsamum vero absolute scriptum, herbam ipsam ipsius Balsami fruticis intelligi vult Fuchs. Myrepsum Xylobalsamo, Carpobalsamo, Opobalsamo, & Balsamo, quatuor distinctis vocibus utiprhibens. Sed eundem Myrepsum quatuor illa simus in eodem usurpare medica-

medicamento, nec dicit nec demonstrat. Quare per Balsamum, Nicolaum succum seu Opobalsamum intellexisse, una cum Franciſ. Alexan. A polline censeo.

B Sem. Napi.] Seminis Sinapis legit Fuchsias huius loco ex Myrepſo, cui & aliquot vetuſta mea exemplaria conſentunt.

C Rhapontici.] Rhabarbari perperam legebat Cordus, indicante & id quoque Fuchsio; quod à Rhapontico diversum eſt. Idipſum autem adamum Diſcoridis deſcriptioni conueniens, hiſce ruperrimis annis primum adferri denuo atque à peritioribus non nullis cognosci caepit. Non ita diu enim ciuſuncias paucas (rariuſculum enim adhuc eſt) ex urbe Veneta, in qua tum agebat, ad me dono misit, non minus doctus, quam haec in noſtra arte ſi quis aliud verſatiſſimus atque di- ligentiaſſimus Valerandus Donreus, Lagdu- ni pharmaca nunc faciens. Verum in huius Rhap. penuria Rhabarbaro non incommode u- teris.

D Amomum verum.] Rosa Hierichuntis vo- cata vulgo, Amomum hercle eſe non potest, ut Matthiol. Fuchsias, & Franciſ. Alex. recte ſen- tient. Quare eius utendum ſuccedaneo.

E Sinonum.] Cordimentem, ut neque An- guillara, non intelligit Franciſci Alex. Apollo. Dicere enim voluit, Sinonum ſeu Sifonon ve- rum, eſe ſemen quoddam nigrum, acre, aro- maticum, exiguum, Apii ſemini ſimile, eius herba, inquam, cuius imago ab Hieronymo Tra-

go;

go, & Cordo, Sisonis nomine depicta est; ac cuius semen Belgii atque Germanie officina Amomum falso vocitant, proque eo sinistre utuntur. Idipsum interim si Sinonum non fuerit, facultate cum illi sit satis vicinum, pro eodem usui esse poterit.

Ambarum Margar.] Cum ita legeret Cor- F
dus, una cum multis aliis, longe aliter seseres ha-
bet; nempe ut in contextu restitui.

C O N T R A defluxiones capitis frigore
conceptas efficax est: oculorū lachrymas
exiccat, dentium dolores lenit: adversus
capitis cruciatum summopere prodest.
Illum fronti comitiales, insanos, verti-
ginosos, & in universum omnem capitum
noxam mulcet. Tabidis, tussiculosis, hu-
morem à thorace reiicientibus, cardiacis,
sanguinem exscreantibus praesenti est au-
xilio, ischiadicis, coli & renum cruciati-
bus. Adversus iliorum noxam, difficulta-
tem urinæ, & eiusdem stillicidium valet:
calculos comminuit: omni ventris malo
liberat. Quotidianis & tertianis febribus
circa accessionis initium, suffrige factio
Stœchadis iuscule, medetur.

Diacodion simplex D. Mesiae.

R. Capitum Papaveris mediocrium *

flaccidorum numero x.

Macerata horis xxiiij. in Aquæ celestis *

sextario

90 C O N F E C T I O N E S.

sextario uno, coquantur ad tertias, id est, tamdiu usque quo tertia pars aquæ superfit.

Colaturæ expressæ adde

Sapæ optimæ ad tertias coctæ ʒ iij.

Mellis optimi ʒ j.

Coquantur ad perfectionem.

Diacodiū cōpositū vero ut fiat, addantur

Acaciz, non ita aridæ, sed liquidæ

* Robiæ tinctoriæ Hypocistidis

Croci Myrræ

Balaustiorum [hoc est, florum malogranat. silvestrium] ana ʒ j.

Ramich ʒ iiij.

F L A C C I D O R U M , id est, non omnino recentium, neque aridorum, sed medio habitu, qualia sunt pridiē decerpta. Si vero sicciora fuerint capita, biduo maceranda erant.

S E X T A R I U S mensuræ genus est, quod si melle repleatur, pendet ʒ xxx; si oleo, pendet ʒ xvij, si vero aqua repleatur, pendet aqua ʒ xx. Hoc autem loco accipiendus est sextarius aqua calestis: ergo aqua oportet esse uncias xx ponderales. Variant tamen Auctores in sextarii definitione, ut inferius in unguentis dicetur.

H Y P O C I S T I S , id est, ut hodie corrupto nomine vocant, Hypocistidos.

R A M I C H , compositio est peculiaris, qua penetratur in Trochiscis.

M E L L I S quantitas admodum parva uidetur

detur esse in hac confectione. Actuarius aliud
habet Diacodion; quod huic subiiciemus sta-
tim.

DIACODION simplex confert eis
quibus ex capite ad pectus & ad pulmonē
subtiles catarrhi defluunt, & sunt causa
tussis.

Compositum autem, naturae impetum
sistit, & sanguinis reiectionem à visceri-
bus thoracis.

Diacodion D. Actuarii.

R. Capita Papaveris, neque per quam vi-
ridia, neque etiam ariditate exsucca,
numero xiiij.

Rosatum ♂ j. ♀ j. β.

Croci Acaciæ

Dulcis radicis [id est, Glycyrrhizæ] ana 3 j.

Armenæ glebæ [id est, Boli Armenæ] 3 β. *

Cinnamomi Hali

Hypocistidis

Florū silvestris Punicae [id est, Balaustiorū]

ana 3 i.

Myrti Dauci ana 3 j.

Corallii candidi [id est, albi]

Corallii rutili [id est, rubri]

Rhois culinarii [id est, obsoniorum]

Sanguinis Draconis

Florum Althææ ana 3 i. [seu 3 q.]

Seminis Portulacæ ♀ j. β.
Capi-

Capita papaveris in cælesti imbre suffi-
cienti duos dies macerato, postridie ad
tertias coquito, & decoctum expressum ad
iustum consistentiam bulliat cum mellis
optimi ℥ ij. Postremo deposito ab igne
vase, species subtilissime tritas adiicito, &
bene unito.

O hoc signum significat pondus, quod dicitur
Sicicum: pendet autem tantum quantum 3 ij. &
est quarta pars unciae unius.

H A L U S aut Halum sive Alum, est Consolida saxatilis, id est, Symphytum petraum, quod
hodie non habent Pharmacopole, ideoque necesse
est Symphyti, sive Consolidae maioris radices acci-
pere. nam Galenus dicit, utile esse magnum Sym-
phytum, id est, Consolidam, ad omnia ad que Pe-
traum, id est, Alum.

R H U S Culinarium, id est, quod nunc vocant
Arabico nomine Sumach: oportet autem enuclea-
tum, & pulpam eius accipere.

AUXILIO est, celiacis, dysentericis,
lævitati intestinorū, alvi profluvio, cum
aqua cælesti, in qua spodium ferbuerit
aut succinum torrefactum, vel cum stilla-
ticio rosarum liquore.

A Diacastorium D. Nicolai.

R. Castorii

* Myrobalanorum citrinorum ana 3 iiij.
minus ℥ j. β.

Affx

- Affæ fœtidæ Myrrhæ
 Euphorbii ana 3 j. & xvij.
 Aloës 3 j. & minus & jo *
 Folii [aut succedanei eius]
 Antimonii [id est, Pyrethræ]
 Glycyrrhizæ Tragacanthæ
 Calami aromatici
 Nitri Galbani
 Schœnanthi Opopanacis
 Spicæ Nardi Indicæ
 Sagapeni Nucis moschatæ
 Casæ ligneæ Leucopiperis
 Macropiperis Melanopiperis
 Xylobalsami [aut succedanei eius]
 Carpobalsami [aut succedanei eius]
 Colocynthidis Rhapontici *
 Styracis Galamitæ Zingiberis
 Cinnamomi ana 3 j. & ij.
 Staphysagriæ
 Dauci Fœniculi
 Petroselini Apii
 Sileris montani Baccarum Lauri
 Petrolei Seminis Sinoni
 Styracis calamitæ rubræ [id est, rufa pu- *
 rissima]
 Sanguinis draconis Cardamomi maioris
 & minoris
 Thuris Agarici
 Mastiches
 Salis Hammoniaci Zedoariæ *
 Anisi ana 3 j. & ix.

Thym-

Thymbræ Hyssopi

Chamædryos Pulegii

Origanii Balsamitæ

Ocymi Brançæ uisinæ

Dictamni [videlicet Cretensis]

Seminis Rutæ Aristolochiaæ longæ

Aristolochiaæ rotundæ Ari

Mabathematicum Asari

Salviaæ [videlicet minoris]

★ Rosarum

Bdellii ana ē xvij.

Epithymi Polypodii quercini

Opobalsami [loco eius olei Garyophyllorum]
ana ē xiiiij.

Alypiados

★ Capparis [id est, radix eius] ana ē xij.

Anacardii Sabinæ Gentianæ

★ Corticum rad. Mandragoræ ana ē x.

★ Peucedani

Absinthii ana ē viij. Ireos ē iiij. β.

Mellis despumati triplum.

PETROLEUM hoc loco accipiendum est
clarum, flavum atque liquidissime tenuitatis: &
non nigrum & crassum.STYRACIS rubæ, id est, calamite rubæ,
hoc enim loco non est accipiendus cortex ille fusca
& aridus, quem vocant Thymiana, atque male
Storacem rubeam: sed Styracis calamite purissima
guttae, quibus rufus est color.SALIS Hammoniaci, hodie dicunt Ar-
moniaci, est autem hic duplex. Facilius, quo

101172

utuntur Chymista, Aurifabri & Ærarii: atque
Nativus, qui ad medicinam recipitur. Cum au-
tem careamus Nativu, necesse est eius loco Salem
Gemmum accipere. Nam hoc loco non requiritur
Sal Hammoniacus factius, ut puto; potest tamen
tantilla eius portio tuto misceri tam numerosis
simplicibus huius compositionis.

BRANCA Vrsina, hoc loco non signifi-
cat eam herbam quam Germani Bernklauv vo-
cant, foliis asperis, umbella & semine Ane-
thi, odore & sapore cimicum, radice acri &
fervida: sed eam Brancam, qua in Italia Vrsina
vocatur, radicibus longis, Tragacanthæ modo
mucoſis.

MABATHEMATICUM, aiunt esse
Cauliculi silvestris succum. est autem Cauli-
culus seu Caulis agrestis id olus quod Cato &
alii rei rusticae scriptores apud Latinos Braffi-
cam silvestrem vocant, cuius multæ sunt spe-
cies.

ALYPIAS, sive Alypum, quid sit, nondum constat; quidam interpretantur Mezereon, id est, Chameleam; sed falso, utrumque enim seorsum peculiari capite ab auctoribus depingitur: vires ha-
bet acres, & atram bilem per aluum purgandi:
possimus autem eius loco accipere Epithymum,
Thymbram, aut Thymum.

P. C. SCHOL.

Huius confectionis descriptionem cum non A
esse

esse legitimam , sed corruptissimam , Fuchsius &
Franciscus Alexander merito conquerantur , eam
nos hic sua integritati restituimus ; quamquam
non ex Fuchsii Myrepso depravatisimo , ut neque
ex Francisci Apolline .

B Alypias sive Alypum .] Eius , que hoc no-
mine hodie cognoscitur , herbam affabre tibi Mat-
thiolus in suis illis heroicis Commentariis depictam
exhibit .

CONFERT cephalalgicis , epilepti-
cis , vertiginosis , hemicranicis , paralyti-
omnium membrorum , & omnibus frigi-
dis ægritudinibus , tempore frigido no-
centibus .

Michleta D. Nicolai.

R. Myrobalan. citrinorum
Chebulorum

Indoru, omnium tostorum ana 3 ij. β.
Myrobal. Bellericorum

Embllicorum tostorum ana 3 ij.
Nastrutii tosti [id est , seminis eius] 3 ij. β.
Cumini Anisi

Fœniculi Ammios
Carvi ana 3 j. β.

Omnia cruda terantur , & macerentur in
acero vini modico xxiiij. horis , exiccen-
tur cum insperso acero ; postea torrean-
tur supra prunas : tostis addantur sub-
sequentia :

Spo-

Spodii [id est, Eboris usci]

Balaustiorum.

Pulpæ Sumachii Mastiches

Gummi Arabici ana 3 j. & xv.

Omnia cum oleo rosato fricentur, &
comiscantur eum Syrupi myrtini triplo.

Proprie valet ad haemorrhoides, & ad
ventris torsionem & rugitum lienterie, &
dysenteriae: & optima est omni solutioni
ventris.

Electuarium de Baccis Lauri

D. Rhasis.

R. Fol. Rutæ siccorum 3 x.

Ammios Cumini Nigellæ

Ligustici [id est, seminis eius]

Origani Carvi

Petroselini

Amygdalorum amatorum

Piperis nigri Piperis longi

Menthastræ Dauci Acori

Baccarum Lauri

Castorei ana 3 ij.

Sagapeni 3 β.

Opopanacis 3 iiiij.

Mellis despumati triplū [i.l.j. 3 iiiij. 3 vij.]

SAGAPENUM corrupto nomine vocatur

Serapinum in Pharmacopoliis.

VALET ad colicam & iliacam passionem; & doloribus intestinorum ex causa
frigida vel ventosa confert.

E

Diasa-

Diasatyrion D. Nicolai.

R. Testicularum Satyri recentium dentorum

Radicum Pastinacæ sativæ recentium

Radicum Secacul [id est, Gritzelmorn]

Nucis Indicæ Pinacarum

* Pistachiorum ana 3 xij. ℥.

Garyophyllorum

Zingiberis Anisi

Erucæ seminis

* Lingue avis [i. seminis Fraxini] ana 3 v.
ē xv.

Cinnamomi Caudarum Scincorum

Seminis Bulbi ana 3 ij. ℥.

* Moschi ē viij. ℥.

Mellis despumati optimi l' iij.

SATYRION habet duas radices, unam solidam, alteram flaccidam; ex his tantum sumendasunt densæ & solidae.

SEMINIS Bulbi. Bulbus vulgo non est cognitus. quare eius loco Vrtica semen accipere licet.

SCINCORUM. Notandum est in primis, non esse accipienda reptilia illa quadrupedia ex fossis, quæ nos vocamus Wassermolchen, sive Wasser Eydexen, ut hactenus factitatum est. Veri autem Scinci iam denuo in copia afferuntur ex Alexandria Ægypti, quos à Materialistis expellant Pharmacopœia in posterum.

POLLET contra vesicæ & renū imbecilli-

cillitatem: iis etiam auxilio est, qui urinā
reddere nequeant: venerem stimulat,
eamque certa de caussa cessantem haud
segniter restituit.

Diasatyrion aliud D. Mesuæ.

R. Secacul albi & mundi, & elixati in de-
cocto C. cerum, quorū prima aqua in
qua decoquebantur, sit effusa, P. j.

Testiculorum vulpis [heribæ] ʒ viii:

Radicis Raphani ʒ iiij.

Radicis Lupi plani ʒ iiij.

Terantur hæ tres radices posteriores, &
infundatur super eas lactis bubuli aut
ovilli tantum, ut lac duos digitos emi-
neat, adiiciendo Olei sesamini j.

Butyri recentis non saliti ana ʒ iiiij.

Coquuntur cum facilitate usque ad con-
sumptionem lactis, & donec omnino re-
mollitæ sint radices, & habeant iustā spic-
titudinem instar pultis crassioris: nam si
aqueum quod in lacte & radicibus est, nō
consumatur, situm contrahit hoc medica-
mentum.

Postea affunde omnibus hisce prædictis
radicibus

Mellis despumati optimi I vj.

Succi Ceparum recentium P. j.

Coque omnia simul ad perfecṭā deco-
ctionē, deinde ab igne depone, & insper-

E 2 ge

100 CONFECTIONES
ge subsequentium specierum minutissi-
mum pulverem:

Caudarū Scinci, cū renibus & sumine, 3 j.
Seminis Erucæ Zingiberis

Been albi Been rubi

Linguae avis [id est, seminis Fraxini arboris]

Seminis Nasturtii Cinnamomi

Piperis longi Seminis Bauciæ

Seminis Napi

Pulpæ seminis Asparagi maxime recentis
ana 3 iiiij.

Confice cum eis : ultimo vero adiiciantur
subsequentia:

* Pinearum mundatarum 1 j.

Fisticorum [i. Pistachiorum mundatorum] 3 x.

* Cerebellorum passerum 3 ij.

Confice & misce omnia optime, & aromatiza cum

Moschi boni 3 j.

R A D I C I S Raphani , videlicet sativi,
quam vocamus Rettich.

L U P H planum.] Duplex est Leph (id est, Serpentaria,) crispum scilicet & planum: Crispum folia habet divisa & crista; Planum vero lata & plana veluti Aron, unde utriusque nomen inditum est. Vulgo autem apud nos carēmus Leph, id est, vera Serpentaria : ideo eius loco accipienda sunt radices herbae quam Aron vocant.

A T E S T I C U L I vulpis] hoc loco non sunt
acciendi testes animalis, dicti vulpes ; sed ra-
dices

dices Satyri sive Orchios, quae habent similitudinem testiculorum vulpium. Vnde etiam nomen herba accepit, qua in re quoq[ue]am turpiter errasse scio.

N A P U S est parvum, oblongum, densumque rapum, cuius sunt species plures, Bayerisch roblein, Stechroblein, Merseburgisch & Bortfeldisch rublein.

B A U C I A est Pastinaca sativa sive Carota: Ghelbe morem Germani vocant.

F I S T I C U M sive Phisticum, idem est quod Pistachium sive Pistacium.

P. C. S C H O L.

Testiculi vulpis hoc loco.] *Cordus hic Orchis cum Satyrione confundit, ut rite inquit Franciscus Alexand. Quare Orchios dictio denda est.*

Valer ad erectione virgæ: multiplicat sperma, & desiderium coëundi.

Theriaca D. Andromachi ex Aëtio.

R. Trochisorum scillicitorum 3 xlviij.
Trochisorum de vipera, seu Pastillorum
Theriacorum

Trochisorum Hedychroi Piperis nigri
Opii Thebaici recēris anaz xxvij. [al. 24]
Rosarum siccatorum Scordij Cretici
Seminis Buniadis agrestis Iridis Illyricæ
Agarici albi Pontici [id est, in Ponto nati]

E 3 Cinna-

102 CONFECTIONES
Cinnamomi Succi Glycyrrizæ siccæ
Opobalsami [loco eius olei Garyophyllorum]
ana 3 xii.

Myrræ Troglodyticæ

Croci Cilicæ Zingiberis

Rheupontici [id est, Rhabarbari]

Radicum Quinquefolii

Calaminthæ montanæ Marrubii comarū

Stœchadis cacuminum & foliorum

Petroselini Macedon.

Costi recentis [videlicet veri, non adulterini]

Pipetis albi Piperis longi

Dictamni Cretici Thuris masculi

Schœnanthi [id est, Iunci odorati floris]

Terebinthinae Chiæ [i. in Chio insula nata]

Casiæ fistulæ [videlicet Casia lignea vera]

Spicæ Nardi ana 3 vi.

* Gentianæ radicis Polii comarum
Styracis calamitæ Seselios Massiliensis

A Abrotoni Seminis Thlaspios

Ammi Chamædryos comarum

Chamædryos comarum

Hypocistidis succi Malabathri foliorum

Spicæ Celticæ [id est, Spica Romana]

Anisi Helladici [hoc est cognomen Anisi, à regione, ubi optimum est]

Mei Athamantici [vulgo Meu]

Fœniculi seminis

* Sigilli Lemnii [aut eius penuria Boli Armeni]

Chalcitidis semiaffatae

Amomi racemi Acoti radicis

Phu

Phu Pōtici [accipe verū, quod in hortis colitur]
 Carlobalsami Hyperici cacuminum
 Acaciae liquidioris Gummi vermiculati *
 Cardamomi ana 3 iiiij.
 Dauci Cretici Galbani pūti
 Opopanaxis Segapeni Persici
 Bituminis Iudaici [id est, Asphalti]
 Centaurii minoris comarum Castorii
 Aristolochiae tenuis ana 3 ij.
 Vini veteris odorati quantum liquoribus
 & gummis dissolvendis satis fuerit.
 Mellis despumati optimi triplum, hoc est
 P xiiiij. 3. vi. ut sequetur paulo post.

Confice sic: Cinnamomum Crocumq;
 (ut Aëtius vult) unumquodque per se te-
 rito, & si voles etiā Rhabarbarū & Hedy-
 chroos Trochiscos : misce deinde invicē
 optime: postea reliquas herbas ac radices,
 & omnia arida similiter tūdito, semper si-
 milia cum suis similibus, aromata per se,
 ac reliqua etiam per se seorsum. Postea (si
 Aëtium imitari est animus) Crocum, Ca-
 siam, Cinnamomum, & Lemniam terram
 in pila cū vino optimo tere atq; unito, ac
 reliqua omnia secundum attem addito, &
 melle despumato universa excipo.

Ego vero ita præparare consuevi, simili
 fere ratione:

R. Piper nigrum	Piper album
Piper longum	Itidem Illyricanæ
Zingiber	Costum

E 4

Amo-

Amomum [aut eius succedaneum]

Acorum Cardamomum Carlobalsamum.
 Incidenda minutim cōcidito, & in minutissimum pulv̄erem conterito, & per angustissimum cribrum excernito: postea in scatula diligēter, ne expiret, obstruta reponito, donec reliquis admisceas. Postea
 Radices Quinquefolii Gentianam Meon [aut eius succedaneum] Phu Dauci Cretici radicē [aut eius succedaneum] Aristolochiæ tenuis radicem Rosas

Trochiscos scilliticos

Trochiscos de vipera

Scordium Calaminthen montanam

Mattubii comas Stoechadis comas

Dictamnum Creticum Schœnanthum

Folii montani [minoris] comas

Abrotонum Chamædryos comas

Chamæpityos comas

Nardum Celticam Hyperici comas

Centaurii minoris comas, atque

Castorium, & semina omnia;

Concidito omnia minutim, teritoq; in tenuissimum pulv̄erem, & per angustissimum cribrum excutito. Excussum pulv̄erem prædicto quem reposuisti adiicito, diuque donec perfecte commixsti sint, in mortatio teritoq; adhibita diligēti cura, ne quid inter rūndendū excernendumq; perreat, aut temere ponderi decedat: mox ē mortatio exemptum pulv̄erem iterum ne expi-

expiret reponito, usq; quo omnia conficiantur. Interea & Agarici optimi albissimi, atque in longa rectaq; capillamenta fistulis, frusta electa: ab his scobē deradito ad 3 i. sed quia non facile per se tunditur, neq; etiā cū aliis, propterea quod in pulverem volatilem resolutus evanescit, ita ut multum ponderii eius decedat, ideo ad scobem Agarici prædictam infunde optimū vidum, & fac Trochiscos minutos in tepida umbra exiccандos: exiccatos minutissime contundito, atque per cibrum excernito angustissimum: exceri deinde Agarici cape pondus, quod requirit compositio, videlicet 3 xij. & prædicto pulvelli summa diligentia cōmiserco: quo factō,

& Opium

Succum Glycyrrhizæ

Myrrham Acaciam

Gummi Hypocistida.

Concidito omnia in minutās partes & mixtis superinfundito vini optimi quantū dissolvendis atque eliquidis succis satis fore conieceris: exprimito postea per rārum colum liquefactam & modice calefactam pulticulā colato, ita ut nihil præter sordes in colo remaneat. Quod si succi & liquores isti sordidi & surculis foliisq; pleni fuerint, ponderi eorum aliquid addendum esse facile estimare quis potest, quod in sequentibus densatis liquoribus

E 5

eriam

106 CONFECTIONES
etiam observandum est. Deinde

¶. Galbanum

Opopanax & Sagapenum. hæc affuso
optimo vino, modeste supra prunas dissol-
vantur, & per rarum linteum fortiter ex-
primantur: his dissolutis,

¶. Thus masculum

Bitumē Iudaicum. terantur quam minu-
tissime poterunt, addendo Terebinthinā,
& sincerissimam, aut ex scobe ac sordibus
expressam Styram: dissolvantur lento
admodum igne, cū mellis despumati suf-
ficieni copia; & ita calidā puliculā po-
stea cū reliquis calentibus misceto, & di-
ligēter radicula agitato, ne rufus in gru-
mos concrescant Thus & Bitumē, ubi re-
frixerint: quapropter aliquid de contuso-
rum pulvere est admiscendum.

Quod si hoc modo dissolvere, & miscete
diffidas, Bitumen & Thus una cū reliquis
aridis tundito, & tantum Styram atque
Terebinthinam dissolvito, atque melli
despumato calenti admisceto. his factis,

¶. Cinnamomum

Malabathrum [aut cinnabarinum]

Casiam fistulam veram

Trochiscos Hedychroi

Spicam Nardi Indicam; & simul tundito
in tenuissimum pulverem:

Postea

¶. Crocum

Rheon

Rheon sive Rhaponticum, (id est, quod
hodie Rhabarbarum vocatur;) & uniuersa-
quodq; seorsum tūdito, deinde iis misce-
to Trochiscorū Hedychroi Cianamomi
Casiae Spicæ Nardi
Croci & Rhei Pontici, pulveres, diligen-
tissime.

Postea

Iy. Mel optimū & aromaticum, quale è
Lithuania Dantiscum affertur; despume-
tur sedulo: despumati postremo mellis su-
me l. xiiiij. z vj. ex eo modicū infunde in
amplum ahenum ex aurichalco factum, &
insperge paulatim commistos paulo ante
Trochiscorum Hedychroi, Cianamomi,
Casiae, Spicæ, Croci & Rhei Pontici pul-
veres; alteinis vicibus mel despumatum
tepidum, atque pulveres iniiciendo: quæ
diligētissime iaterim pistillo ligneo agi-
tanda sunt. Cum haec optime fuerint cō-
mista, & floridum puniceumque colorem
contrarerint, iniicito Lemniam terram
antea subtilissime per se, deinde cū vino
tritam, & una etiam Chalcitida assatam;
quam hoc modo assabis: Accipe purissimæ
Chalcitidis circiter z iiij. eā in fictile non
ita profundū iniectam, supra prunas po-
nitio, donec liquefiat & bulliat: deinde
ab igne auferro, & abiicito id quod in su-
perficie durū est atq; rufescit, & ex medio
eius sume z iiiij. & cum vino tritam atque

E 6

dissolva-

dissolutam medicamento admisce. Postea paulatim etiam infundito tepefactos li- quores & succos quos antea in vino dis- solvisti; alternis vicibus succos, mel & reliquos pulveres, quos primo cōtrivisti, iniiciens; simul etiā admisce Styracem, Terebinthinamque & Opopobalsamū; ita ut omnia exactissime admisceantur: atq; sigillatim mel & pulveres commisce, do- nec universa unita & in unam substantiā redacta sint; assidue agitando, ne grumi aliqui relinquantur, aut nodi.

Postquam vero optime totā confectio- nē miscueris, indito in vas ex densa ma- teria factum, videlicet ex plumbo albo, quod hodie stannum appellant: oportet vero ut tertia aut quarta pars vasis relin- quatur vacua, ut effervescent medicamen- tum attollere se queat, nec effluat. Repo- nendum autem est hoc medicamentum, donec fervescat, in tepido & sicco loco: postquā vero subsederit, in frigido & sic- co loco conservandum erit. Porro ego hac ratione præparavi Thetiacen: aliī vero paulo aliter cōficiunt. Sed omniū pessime faciunt, qui succos & liquores & reliqua omnia simul tundūt, & postea tusum pul- verem impuro mellī incoquunt. Animad- vertendum etiam est, ne vini plus quam opus sit liquoribus & succis dissolvendis adfundatur. Nā si ultra mōdum vinū suc- cis

eis addatur, situm cōtrahet Theriaca: propter ea etiam non cōsuevi Casiam, & Crocum, & Cinnamomum vino peimiscere, sed mel. nam aquosius est vinum nostras. quod intelligentes quidam ex recentioribus, qui de Compositis medicamentis scripserunt, iubent pro vino accipere coctū mustum, hoc ēst, sapam, passum aut defutum. quibus tamē non assentior. Nam hēc vina sunt spissiora, quam ut in eis cōcreti atq; densati succi, & liquores dissolvi queant. Nam eius tantum rei gratia vim Antidoto huic permiscere soliti sunt veteres, quos & nos imitebimur.

Hac descriptio ēst sumpta ex Aētio: paulo post ponetur ea quam transluli ex Greco carmine Andromachī senioris.

VIPERAE serpentes sunt in Italia: inde etiam facti ex eis Trochisci pretenduntur.

TROCHISCI Hedychori, inferius in Trochiscis describentur.

PIPERIS nigri. Andromachus senior, qui inventor est huius compositionis, hoc loco habet PIPER longum, in Carmine Elegiaco Greco.

SCORDII Cetici. Optimum Scordium nascitur in Creta insula: nos interīm nostrate utamur, satis efficaci. Porro verum Scordium herba ēst Chamadryi similis, odore aliquo Allii; & nullo modo Allium silvestre, ut haētenus magno errore crediderunt: nascitur in Saxonie, quemadmodum & circa Nurembergam.

110 CONFECTIO NES

BUNIAS, id est, *Napus*; quid vero sit *Napus*, dictum est in *Diasatyrion Messe*, & antea etiam.

M Y R R H A E *Troglodyticae*. *Troglodyte* & *populi* sunt *Arabibus* vicini, apud quos opima nascitur *Myrrha*.

O P O B A L S A M O vero *carenus*: ideoque eius loco accipiendum est succedaneum aliquid, velut *istoleum Garyophyllorum*.

C R O C I *Cilicii*, id est, in *Cilicia Asia* regio nenati, & idem est quod *Crocus Orientalis*.

R H A P O N T I C U M hoc loco significat *Rhabarbarum*. nam magna illa radix quam hodie *Rhaponticum* vocant, falso hoc nomen habet.

C O M A sunt *folia* & *flores plantarum*.

P I P E R I S *longi*. *Andromachus senior* hoc loco habet **P I P E R** *nigrum*: *Iunior* vero *Andromachus*, id est, *Senioris filius*, ordinem *nigri* & *longi* *Piperis* invertit, quem in hac compositione sequimur, paulo post etiam *Senioris Theriacen* adscripturi.

D I C T A M N U S *Creticus* *folia* habet *alba*, *lanugine obducta*, *gusto acria* ut *Thymus*: afferatur *rursum* ex *Creta insula* ad nos.

C A S I A fistula hoc loco significat *Casiam ligneam veram*, que iam iterum assertur, estque *Cinnamomo similis*.

P O L I U M *montanum* *duplex* est: *minus* *pluribus* *furculis fruticosum*, ac *humi sparsum*: *alterum* *candidius*, & *rectius* se attollens. *Maius* nascitur apud nos; *minus* assertur ex Monte

Monte Pessulan: & ha sunt veri polii species,
 & totam hiemem vivent, ut Lauendula aut Thymus.
 Virgo non habuerunt verum Polium Pharamacopola usque ad hoc tempus.

S I X R A X, id est, Storax calamita. Accipienda autem est hoc loco purissima eius resina in micas concreta.

S E S E L I O S, id est, Sileris montani. Dicitur autem Massiliense, à provincia Massiliensi, in qua prou: nit optimum.

T H L A S P I est species agrestis Nasturtii,
 quæ passim nascitur siccus vias, semine rufo, sapore acri & gluinoso: quodut habeant diligenter current Pharmacopola. Vocatur Germanice Wegercressen.

C H A M A P I T Y S vera est Iua. herba est tenuibus foliis, floribus parvis & luteis: nascitur copiose ad Rhenum in Franconia, in vineis & agris quiescentibus, præsertim Spire, Wormacia, & Wirtzburgi, & alius locis.

M A L A B A T H R U M est Folium Indum, cuius succedaneum est Spica, tam Indica, quam Celtica.

M E U, seu potius Meum non habemus: loco eius sumimus Sefeli Creticum, id est, Berwurtz, aut potius Sifor hoc loco: inferius enim sequitur Dausus Creticus.

S I G I L L U M Lemnium, id est, terra Sigillata, que signatur in Lemno insula, in qua effunditur haec terra: in cuius defectu sumatur bolus Armenus Levantis, [seu Orientalis.]

G H A L-

CHALCITIS hodie non à quocvis cognoscitur: est autem Vitriolinatus species. Hac qui carent, accipere possunt Vitriolum viride optimum, quale est Goslarianum in Saxonia. Porro Andromachus mihi videtur Calcitida Theriaca miscuisse, nigri coloris gratia: qui color ab omnibus in Theriaca requiriatur sine aliqua ratione. Mibi itaque videtur non necessario eam addi. Nam horribili & aruginoso sapore totam compositionem inficit. At cum ego aliquando in Theriaca compositionem non adiecisem Chalcitida, saporem gratioriem acquisivit hoc medicamentum. Consulantur igitur hac de re Doctores Medicis.

AMOMO vero caremus: cuius loco accipimus Carpesium, aut Acorum verum, id est, nostrum Calatum aromaticum.

ACORUS verus, est illa radix quam hodie falso vocant Calatum aromaticum.

ACACIA, succus est fructus ex arbore, è quadifillat gummi Arabicum. Loco eius accipimus silvestrium Prunellorum succum inspissatum.

GUMMI vermiculati, id est, Arabicum gummi, quod concretum est in grumos vermium figura.

DAUCI Cretici vice accipere licet Seseli Creticum, id est, Berrvurtz; videlicet radicem eius.

SAGAPENUM hodie vocant Serapinum; quod in Perside optimum provenit. Senior Andromachus.

dromachiu Sagapenihabet 5 iiiij.

Junior vero tantum 3 ij.

A R I S T O L O C H I A tenuis, id est, Ari-
stolochia nostra longa vulgaris.

P. C. S C H O I.

Abrotoni] hanc dictionem, in Aetio à Crna. A
rio verso, non reperit.

Rhaponticum.] Idipsum à Rhabarbaro B
differre, alibi diximus. Radix autem illa magna
qua Rhapontici nomine in officinis passim prostat,
Centaurium magnum Dioscoridis est.

Chalcitis.] Chalcitida commode ac necessa- C
rio semper Theriace immiscendam esse, una cum
L. Fuchso, & Frant. Apolline censemus: Simul-
que somnium esse, aruginosum & horridum eius
saporem in Theriaca praecateris persentiri, ut ima-
ginantur nonnulli, scimus & dicimus. Rationibus
autem hac aliaque qua scholii profero, confir-
mare, compendis egestas cum non permittat, in
nostrum opus, si faverint Saperi, ea omnia asser-
vantur.

Theriaca in omnibus antidotis ob multi-
plicē usum potiores partes obtinet. Est
enim famosa & salubris contra genera æ-
gritudinū plurima. Valer enim ad gravissi-
mas passiones totius corporis humani:
Epilepticis, catalepticis, apoplepticis, ce-
phalalgicis, stomachicis, hemicranicis
prodest. Ad raucedinem vocis, & constri-
ctionem pectoris optima est: arteriacis,
asthma-

asthmaticis, hæmoptoicis, ictericis, hydropticis, peripneumonicis, iliosis, & vulnera in intestinis habentibus: Nephriticis, calculosis & colicis subvenit. Mestrua educit, & fœtum mortuum expellit. Lepras, & variolas, & frigus periodicum, & cæteras passiones inverteratas emendat. Præcipue contra omnia venena & serpentium morsus & reptilium valet. Sed diversa est eius dosis pro quantitate & qualitate uniuscuiusque passionis. Omnem defectionem sensuum relevat. Cor, cerebrum, hepar, stomachum conforrat. Totū corpus incorruptum dicit & custodit.

Theriaca Andromachi Senioris è carmine eiusdem elegiaco translata.

R. Trochiscorum Scilliticorum ʒ xlviij.
Trochiscorū Theriacorum Piperis longi
Liquoris Papaverini [id est, Opis]
Magmatis Hedychroi ana ʒ xxiiij.
Foliorum Rosarum siccuarum
Iridis Illyricæ [id est, Ircos]
Cyaneæ Glycyrrhizæ
Seminis Buniadis [id est, Napi, vulgo Bejerische rublein]
Scordii
Liquoris Balsami [loco cuius olei Garyophyl-
lorum]
Cinnamomi Agarici ana ʒ xii.
Myrræ

- Myrrhæ Costi Croci Corici
Casæ [id est, Casalignea vera, aut succedaneæ
eius]
- Nardi Indicæ
- Iunci Arabici [id est, Schœnanthi]
- Thuris [videlicet masculi & electi]
- Piperis candidi Piperis nigri
- Comarum Dictamni [id est, foliorum & flo-
rum Dictamni Cretici veri]
- Marrubii
- Rhei [i. quod hodie vocatur Rhabarbarum]
- Stœchadis
- Petroselini [id est, seminis eius]
- Calaminthæ [i. Calaminthi montani tenui-
Lachrymæ Terebinthi Libystiadis (folii)]
- Zingiberis
- Quinquefolii [i. radicum eius] ana 3 vi.
- Polii [videlicet montani & albi, quod è Lugdu-
no affertur]
- Chamæphytus
- Styracis [i. Storacis calamite, sincera & clesta]
- Mei [quod vulgo Meu vocatur]
- Amomi racemosi [aut succedanei eius, ut su-
Nardi Galatica [id est, Celice] (pra)
- Rubrica Lemnia [id est, terra sigillata vera,
aut Boli Armeni, ut supra]
- Phu Pontici
- Chamædryadis Cretice [i. Chamedrys vera]
- Foliorū Malabathri [eris loco ponatur Matis]
- Chalcitidis rostæ
- Radicis Gentiadis [id est, Gentiane]

Anisi

Anisi Succi Hypocistidis

Fructus Balsami [ide est, Carpobalsami; pro quo etiam succedaneum sumatur, sicut supra facta est mentio]

Gummi splendidi Seminis Fœniculi

Cardamomi Indici [id est, minoris]

Seselios tenuis Lachrymæ Nigræ spinæ

Thlaspios Hyperici Ammios

Sagapeni ana 3 iiiij.

Castorei Aristolochiæ tenuis

Seminis Dauci Bituminis

Liquoris Panacis [id est, Opopanaxis]

Centaurii [videlicet minoris]

Chalbanidis pinguis [id est, Galbani recentis & puri] ana 3 ii.

Confice cum vino & melle. Hactenus Andromachus.

Vini autem tantum accipias, quantum liquoribus & succis dissolvendis satis fore conieceris, ut proxime dictum est. Mellis vero optimi accipe l' xiiii. 3 iiij. ita detrahebis Mellis 3 iii. de priori Theriacæ, quia huic desunt Abrotoni & Acoti ana 3 iiiij.

Confice autem & hanc Theriacam ut proximam.

Andromachus, Neronis medicus, primum condidit medicamentum hoc, eique declarationem heroicis carminibus descriptam, nuncupavit. sed Galenus mutata forma, compositionem redditum meliorem.

TROCHISEI Theriaci, sunt Trochisci de

de vipera sive de Thiro, ut hodie vocant.

M A G M A hedychroum, i. Trochisci hedychroi, quos Avicenna vocat Alindaracaron: quorum compositionem in tractatu de Trochiscis inquire.

C Y A N E A, id est, Carulea vel nigra Glycyrrhiza, seu, ut hodie vocant, Liquiritia, qua nigrum colorem habet. Intelligit autem Andromachus succum Glycyrhizae.

C R O C U S Coricius, id est, in Corico Sicilia monte nati, hoc est, Croci Orientalis.

L A C H R Y M A Terebinthi Libystiadis, id est, Resina Terebinthina Libya, in Libya Aphrica regione nata. Eius loco nos accipere possumus Laricus resinam, qua ubique in Germania Terebinthina improprie vocatur.

M E I loco, quo caremus, possumus accipere Seli Creticum, id est, Bervvurtz; aut semen nigrum & odoratum, quod hodie vocant improprie Amomum, veteres autem Sison.

P H U Ponticum, non est Valeriana vulgaris, sed ea herba que in Hessa vocatur Theriacskraut, vel Gartenfeliunck.

M A L A B A T H R U M non habemus: eius loco accipe Spica Romana radiculas, vel Spica Romana & Macis ana partes aequales, ut Arabes precipiunt; vel Casiam ligneam veram.

R A D I C I S Gentiadis, id est, Gentiane, à Gentio Illyrici rege sic appellata, qui eam primum invenisse creditur.

G U M M I splendidi, i. mundi, sinceri & translucidi,

*lucidi, videlicet Gumm*i* Arabic*i* cognominati.*

N I G R A vel cerulea spina, est arbor que alias dicitur Spina Egyptia, ex qua manat gummi Arabicum. Per lachrymam vero eius Andromachus intelligit succum eius, qui Acacia vocatur, & sit ex fructu sibi quaceo huius spina: eius loco accipimus succum Prunellorum agrestium.

S E S E L I tenue, est Seseli Creticum, quod ex omnibus speciebus Seselios minimum & tenuissimum est. Germanice vocatur Berwurtz. Potest samen etiam vulgare intelligi.

D A U C U S, id est, Daucus Creticus. Hoc loco eius vice accipe semen Pimpinella nostrata, aut radices Seselios Cretici. nihil enim refert, quibus accipientur in hanc compositionem. Est autem Seseli Creticum, quod Germ. vocatur Berwurtz.

A R I S T O L O C H I A tenuis, est illa que apud nos nascitur, longa cognomento, cuius radices gracilitate sua & longitudine imitantur sarmenta vitium.

Theriaca Diatessaron D. Mesuæ.

℞. Gentianæ Baccarum lauri Myrræ Aristolochiæ rotundæ ana ʒ ij. Mellis despumati optimilij, id est, ʒxxiiij.

D I A T E S S A R O N, hoc est, ex quatuor simplicibus composita.

A R I S T O L O C H I A rotunda, non est illa radix

radix quam nos Holvvurtz vocamus: sed alia
multo maior & tuberosa, intus solida, colore buxi
flavæ, odore & sapore similis Aristolochia longæ
nostrati. Affertur ex Italia & Helvetia.

THE RIAC A antidotus Diateſſaron
ad affectus frigidos, tum cerebri, ut epilepsia,
paralyſim, ſpaſmum cynicum: tum
ventriculi, ut inflationem, & ab ea dolorē,
tardam concoctionem: tum denique
hepatis, ut hydropem, cachexiam, obſtru-
ctionem. Præterea morbi Scorpionis, &
potioni veneni confert.

*Mithridatium ex Damocratis Græco
carmine in Latinam lingua
translatum.*

¶. Myrrhæ Arabicæ Troglodytidis
Croci Agarici Zingiberis
Cinnamomi Spicæ Nardi
Thuris [videlicet eleati]
Thlaspios ana 3 x.
Seselios
Opobalsami [aut olei Garyophyllorum]
Schœni [ideſt, Squinanthe, ut hodie vocant]
Stœchadis Terebinthinæ Chalbanæ
Costi [videlicet veri & aromatici]
Piperis longi Castorei Pontici
Succi Hypocistidis Styracis bonæ
Opopanacis

Folii

Folii Malabathri recentis [aut succedanei eius] ana 3 viij.
 Casia nigra [lignea aut succedanei eius]
 Polii Piperis albi Scordii
 Seminis Dauci Cretici
 Fructus Balsami [aut succedanei eius]
 Cypheos Bdellii ana 3 viij.
 Nardi Celticæ purgatæ Gummi
 Petroselini [id est, seminis eius]
 Opii papaveracei
 Cardamomi Seminis Fœniculi
 Gentianæ Foliorum Rosarum
 Dictamni Cretici ana 3 v. boni ponderis.
 Anisi Arii
 Acori [sive Calami aromatici]
 Phu Sagapeni ana 3 iiij.
 Mei Athamanici Acaciam
 Ventris Scinci [videlicet veri]
 Fructus Hyperici [id est, summitatuna eius]
 ana 3 iij. β.
 Vini quantum sufficit.
 Mellis mensuram convenientem.

VINI quantum sufficit, id est, quantum satis est succis & liquoribus dissolvendis.

MELLIS mensuram convenientem.] In Graeco est σύμπτερον, quod idem significat. Sint autem mellis optimi odorati & despumati P ix. 3 viij. 3 ij.

CIPHI sunt Trochisci qui ad odorem sufficiuntur. eius compositio habetur in tractatu de Trochiscis.

NAR-

NARDUS Celica, est Spica Romana. Purata, id est, à paleo, terra & sordibus mundata. Radice eius tantum debent accipi.

A R I I, in Graeco est A' eis, id est, Arius, quod nomen apud nullum alium auctorem in Mithridatico scriptum invenitur. Intelligit autem Democrates per Arion, sive Arium. Aron, id est, Arum, quantum ego ratiocinari possum. nam Aron egregiam facit contra venenata medici-
nam.

A C A C I A vera cäremus: accipe ergo loco eius succum Prunellorum diligenter spissatum; aut alium quandam, quem Doctores substituent. Nos inferius ponemus Acaciam succeda-
nam.

P. C. SCHOL.

Arii] Asari potius legendum esse, ex Gracis nonnullis exemplaribus, existimio.

M I T H R I D A T I C U M proximum est in qualitate & virtute Theriacæ, & parum differunt, nisi forte quod Theriaca est parum calidior, & potentior contra vene-
na serpentum. Curat omnes passiones ca-
piens virorum vel mulierum, si fuerint ex
frigiditate: & maxime melancholicis &
timidis, epilepticis & hemicranicis con-
fert, & dolorem supercilii patientibus
& lachrymantibus oculis: & ad omnia
capitis vitia vel autium subvenit. Den-
tium doloribus & palato, & omnibus vi-

112 CONFECTIONES

tiis oris & maxillatum medetur; si super locum dolentem ponatur, & itidem ad modum emplastrum ponatur in temporibus, unde sit discursio. Synanchen solvit. Apoplecticis, tussientibus, asthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis, & omnibus doloribus qui intra corpus humanum sunt, succurrit: Iliacis, dysentericis, & lientericis confert, si detur cum decoctione balaustiorum: Extensionem humerorum: retanos sive spasmos patientes, & paralyticos sine mora sanat: Diaphragmati & hypochondriis subvenit. Rhenibus & vesicæ opitulatur. Calculos

* strangit. Menstrua provocat, omniaque vitia matricis excludit: Atthiticam atque Ischiasim patientibus, & podagricis singulare præsidium est. Præcipue datur contra venena omnia. Venenatos mortus, sive rabidi canis, seu cuiuscunque reptilis, impositum sive bibitum, cum magna admiratione emendat. Quotidianariis & quartanariis etiam ante horam accessionis cum vino tepido datum, mirifice prodest.

*Mithridatum aliud, ut ex Cleopatro
& Antipatro Galenus & Aëtius
excripsérunt.*

R. Myrræ ʒ vij. β. ϖ iiiij.
Nardi tantundem

Croci

- Croci ʒ viij. s iiij.
 Opii ʒ iiiij. s ij. β.
 Styracis ʒ v.
 Cinnamomi ʒ vij. s iiiij.
 Castorei ʒ vj. s i.
 Polii ʒ vj. s iiij.
 Scordii ʒ viij. s iiiij.
 Zingiberis tantundem.
 Coſti ʒ vj. s iiij.
 Piperis albi ʒ v. s ij.
 Piperis longi ʒ vj. s iiiij.
 Seſelios ʒ v. s ij. *
 Abrotoni tantundem
 Petroſelini [videlicet ſeminis] ʒ iiiij.
 Dauci ſeminis ʒ vi. s iiiij.
 Caſiæ ʒ v. s iiij.
 Thuris ʒ vj. s ij.
 Succi Hypoſiſtidiſ ʒ vj. s j. β.
 Nardi Gallicæ ʒ iiiij.
 Fœniculi ſeminis ʒ iiiij.
 Nardi Indicæ ʒ iiiij. A
 Acori [aut Calami aromatici]
 PhuPontici Sagapeni
 Fructus Balsami [aut ſuccedanei eius]
 Hyperici
 Iridis Illyricæ [id eſt, Ireos] ana ʒ ij.
 Rubrica Lemniæ [loco eius Boli Levantici]
 ʒ vj.
 Lumborum Scinci [videlicet veri]
 Cypheos ana tantundem, id eſt, ʒ vj.
 Acaciæ Gummi Cardamomi

Pelecini ana 3 ij.

Thlaspios 3 vj. 5 iiiij.

Gentianæ 3 iiij. Anisi 3 iiij.

Rosarum siccaturum 3 iiiij.

Mei Athamanici tantundem

Schœni [id est, Squinanthis.] 3 vj. 6 iiij.

Opopanaxis 3 vj.

Galbani 3 vj. 6 iii.

Opobalsami tantundem [cuius loco, in suo
pra, olei Garyophyllorum]

Aristolochiæ [videlicet rotunda vere] 3 j.

Hyssopi 3 iiij.

Marrubii 3 j.

Chamaephytos 3 iiij.

Libanotidis 3 v.

Terebinthinæ 3 vj. 6 iiij.

Mellis Attici quod sufficit.

Vinum ne addas. Haec tenus Cleopantus
& Antipater.

Mellis autē despumati optimi & odo-
rati sume ad totam confectionem 1 vij. 3
vj. 3 vi. Vinum ne addatur præcepit Cleo-
phantus: ideo in aceto sunt dissolvendi
liquores concreti, ut Sagapenum, Opopa-
nax & Galbanum. Confice secundum ar-
tem.

MELLIS Attici nobis copia non fit, ideo-
que aliud, quod optimum fuerit, recipiendum
erit.

Compositio hac est valde mendosa in pon-
deribus apud Actium: apud Galenum vere
est

est emendatior. Rursum simplicium numero aliqua desunt apud Galenum, que ex Aëlio confectioni huic restitui. Aëtius hunc Autorem vocat Cleopatrum, Galenus vero Cleopatum.

Hic character significat obolum: est autem obulus pondus ♂. scropuli videlicet dimidium: itaque vj. oboli faciunt 3 j.

N A R D U S Indica hoc loco non significat Spicam Nardi Indicam, sed Malabathrum, id est, Folium Indum, quod Nardi est species, & in India dignitur. Aëtius propterea hoc loco pro Nar-do Indica habet Phyllon, id est, Folium Indum, cuius loco accipe Casiam ligneam veram, que Cinnamomo est similis; aut Macis & radicum Spica Romana. ana 3 ij.

A C O R I, id est, radicis qua nunc improprie * vocatur *Calamus aromaticus*.

P E L E C I N T, i. seminis eius. In eius penuria accipe semen Nigelle agrestis & cornuta. Est autem omnino similis vera Nigellæ. nascitur in agris.

L I B A N O T I S hic non significat Rosmarinum, sed Angelicam silvestrem minorem. Nam plures sunt Libanotidis species. Semen autem eius accipidebet, quo Cachrys vocatur.

P. C. S C H O L.

Nardi Indicæ.] Galenus & Aëtius hic non A Nardi Indica, sed Fol. Malabathri legunt.

F 3 Mithri-

Mithridatum D. Andromachi..

12. Glycyrrhizæ ʒ vij. ₣ 5 iiiij.
 Opii ʒ iiiij. ₣ ij.
 Castorei ʒ vj.
 Pelii ʒ v. ₣ ij.
 Costi ʒ v. ₣ ij.
 Nardi Spicæ ʒ vj. ₣ ij.
 Casia [videlicet vera] ʒ v. ₣ ij.
 Thutis ʒ vj.
 Seselios ʒ v. ₣ ij.
 Succi Hypocistidis ʒ vj.
 Acori [id est, Calami aromatici] ʒ ij.
 Scordii [videlicet veri] ʒ vj. ₣ ij.
 Folii [loco eius sumatur Matis] ʒ iiiij.
 Gallii ʒ v. ₣ iiij.
 Cypheos ʒ vj. ₣ ij.
 Myrræ ʒ vj.
 Croci ʒ vij. ₣ ij.
 Cinnamomi ʒ vij. ₣ ij.
 * Stryracis [videlicet optima] ʒ v. ₣ iiiij.
 Dauci seminis ʒ vj. ₣ iiij.
 Zingiberis ʒ vij. ₣ ii.
 Phu Pontici ʒ ii.
 Petroselinii [videlicet seminis] ʒ iiiij.
 & iiij.
 Nardi Gallicæ ʒ iiiij.
 Fœniculi seminis ʒ iiiij.
 Nardi Indicæ ʒ iiiij.
 Hyperici ʒ ij.

Ata-

Acaciæ	3	ij.
Gentianæ	3	iiij.
Anisi	3	iiij.
Thlaspios	3	vj. 5 iiij.
Mei Athamantici	3	iiij.
Rosarum siccarum	3	iiij.
Gummi [videlicet Arabici]	3	ij.
Cardamomi	3	iiij.
Schœni [ideſt, Squinanthi]	3	vj. 5 ij.
Opopanacis	3	vj. 5 ij.
Opobalsami, [ſive olei Garyophyllorum] 3 vj. 5 iiij.		
Galbani	3	vij.
Scinci [videlicet veri]	3	ij. 5 ij.
Terebinthinæ	3	vj. 5 ij.
Vini Chii quod sufficit.		
Mellis Attici cocti quod sufficit, hoc eſt, P vj. 3 iiij. 3 ij.		

FOLIUM duas res significat, Folium Nardi videlicet; aut Malabathrum, quod hic recipiendum est.

GALLION herba eſt multis minimisque floribus luteis & odoratis. Eſt autem species Asperula: Germanice vocatur Ranitzen.

NARDUS Indica hoc loco non significat Malabathrum, id eſt, Folium; sed radicem Indicæ Nardi. nam Nardi partes tres olim in uſu fuerunt; videlicet Radix, Folium & Spica. Antea vero praecepit in hanc compositionem sumendam eſſe Spicam Nardi, & Folium,

id est, Malabathrum: ideo necessario hoc loco per Indiam Nardum intelligit radicem Indica Nardi.

Esdre antidotus ex Aetio.

R. Amomi	℥ xij.
Florum Iunci odorati [id est, florum Schænanthi: eorum loco sume summitates Schænanthi]	℥ ix.
Pyrethri	℥ vj.
Croci	℥ xxxvj.
Cinnamomi	℥ vij.
Myrrhæ Troglodyticæ	℥ xij.
Styracis calamitæ	℥ xvij.
Petroselini	℥ iii.
Seminis Dauci	℥ iii.
Tragacanthæ	℥ vij.
Succi Hypocistidis	℥ ix.
Iridis Illyricæ [id est, Ireos.]	℥ xv.
Seminis Fæniculi	℥ vij.
Bdellii	℥ ix.
Thuris	5'.
Sulphuris vivi	℥ vij.
Seminis Hyoscyami albi	℥ xxvij.
Casæ ligneæ [ant succedancieius]	℥ ix.
Seminis Papaveris	℥ xxx.
Spicæ Nardi	℥ xij.
Seminis Rutæ	℥ iii.
Seminis Ocymi	℥ iii.
Rhois Culinarii	℥ xv.
	Semi-

Seminis Anethi	3 vj.
Acali [id est, radicum eius]	3 j.
Seminis Cardamomi	3 vij.
Opii	3 xxvij.
Euphorbii	3 vj.
Piperis nigri	3 xxx.
Rosarum siccaram	3 ix.
Phylli [idest, Folii]	3 xij.
Opobalsami [sive olei Garyophyllorum]	3 xxij.
Ventris Mergi	3 vj.
Iaceæ	3 xij.
Lycii Indici	3 xiij.
Garyophylli	3 xiij.
Stercoris reperti in alvo Mergi	3 vj.
Rheu Pontici [i. Rhabarbari]	3 xij.
Mei Athamantici	3 vij.
Floris Nerii	3 iiiij. β.
Terræ Cimoliae	3 xij.
Succi Artemisiae	3 xx.
Foliorum Seridis [i. Cicloree.]	3 ix.
Spicæ Celticæ	3 xij.
Castorei	3 iiij.
Costi	3 xij.
Gentianæ	3 xij.
Confectionis Hedychroë	3 ix.
Anisi	3 vj.
Sisonis	3 xvij.
Thymiamatis Ammoniaci	3 xij.
Foliorum Citri	3 xij.
Vini veteris odorati quantum satis	
F 5	fuerit

fuerit succis & liquoribus resolvendis. Mellis despumati optimi, ut Aëtius scribit, interprete Coinario, libras v. aut vj. Sed nos singulis specierum unciis ternas uncias mellis adiiciemus. Itaque sum melis despumati odorati quam optimi l. vj. 3 vij. 2 ij β.

Arida omnia minutissime contundito. Opium vero & Myrrham, Hypocistidem, Bdellium, Lycium, Ammoniacum in vi-
no dissolvito. Tragacanthā deinde seco-
sum per se affuso vino dissolvito. Deinde
omnia simul misceto, addendo etiam de-
spumatum Artemisiæ succum. In univer-
sum hanc confectionem eodem modo
conficies, quo Theriacam: & eodem mo-
do dimittenda est ut effervescat, non om-
nino replete vase.

NICOLAUS Alexandrinus duas habet
Esdræ compositiones; alteram magne, alteram
vero Hispaniensis cognomento: sed quia confusa
& indigesta tantum sunt moles, & numerosis, &
nulla harmonia coeuntibus simplicibus constant,
ideo nolumus casas hic ascribere, his duabus eius re-
cepitis paulo exactius compositis contenti.

RHOIS Ciolinari, id est, Sumach; videlicet
pulpa eius, sine officiis seminibus.

PHYLLI, id est, Folii. Cuius loco pone
Spice Romana, Macis ana 3 vj.

TERRA Cimolia. Eius loco accipe Bolum
verum preparatum.

S I S O N est semen illud nigrum quod Apio simile est, & vocatur improprie Amomi se- men.

T H Y M I A M A Hammoniacum, i. Gum- mi Hammoniacum, quod vocant Ammonia- cum.

V E N T R I S Mergi, idest, Stomachi avis Mergi. Germanice vocatur ein Taucher.

N E R I O N, i. arbor Oleander: pro cuius floribus accipe radices Vincetoxicum. Legituretiam in Aetio rosarum Rhododaphnes; sed idem est quod flos Nerii: ideo alterum tantum eorum po- suimus.

Mirifice contra lethalia venena prodest: aliosque usus multos habet, quos apud Aetium libro 13. cap. 101. Paulum libro 7. cap. 11. Actuati. in libro De comp. medic. reperies.

Esdræ Antidotus ex Actuario.

R: Mameræ	ʒ	j.
Amomi [eius loco sume nostrum Calamum aro- maticum]	ʒ	ij.
Iunci odorati [idest, Squinanthe]	ʒ	β.
Pyrethri	ʒ	viiij.
Croci	ʒ	j.
Myrrhæ	ʒ	iiij.
Styracis	ʒ	β.
Petroselini	ʒ	ij.
Tragacanthæ	ʒ	j.
	F	6
		Succi

Succi Hypocistidis ʒ iiiij.

Ireos ʒ β. Ʒ iij.

Seminis Fœniculi ʒ j.

Folii [aut succedanei eius] ʒ iiij.

Radicis Ponticæ [id est, Rhabarbari]

Rosarum siccaram Glycyrrhizæ

Florum silvestris Punicæ

Cinnamomi ana ʒ iiij.

Nardi Celticæ ʒ j.

Mellis despumati ℥ vij. ʒ ix. ʒ viij.

Myrtham & Hypocistidem in vino dis-
solve modico: Tragacantham vero per se
etiam dissolve; & confice secundum artē.
Actuatorius ponit absurdum conficiendi
modum, quem non sequimur.

Mameræ loco sume Doronicum Romanum.
Florum silvestris Punicæ, i. florum Balaustio-
rum.

C O N D I T A.

Caro Citri Cortices Citri Flores Citri
Arantia integra Cortices Arantiorum
Flores Arantiorum Limones.

Limones conditi frequenter pro Chebulis condā-
ti venduntur. Sed facile deprehenditur dolus. Nam
Chebuli unum tantum magnum & lignosum ha-
bent nucleus; Limones vero multa semina, &c.
Chebuli Myrobalani Bellerici Myro-
balani

Emblici Myrobalani Citrini Myrobalani

Indi

Indi Myrobalani.

*Omnis quinque Myrobalanorum species iam
afferuntur ex India condite.*

Nuces moschatae integræ, ut ex India af-
feruntur.

Iuglandes Cironia Mespila

Pyra moschatella Cerasa

Pruna silvestria Caryophylli

Piper in racemis, ut ex India afferuntur.

Calamus aromaticus [id est, verus Acorus]

Galanga Zingiber Enula campana

Secacul [id est, Siser: Germanice Gritzelmorn,
Clingelmorn]

Eryngium

Pimpinella [nostra]

Crethami [agrestis radix.]

C R E T H A M U S agrestis herba est, Eryngii
propemodum foliis: Germanice vocatur Sichel-
moren, & Sichelkraut: nascitur in agri pingui-
bus.

*Omnia diligenter Saccharo clarificato con-
diantur secundum artem.*

CONSERVÆ.

Anthos [id est, flos Rosmarini]

Boraginiis Buglossi

Cichorii Fumi terræ Lavendulæ

Maioranæ Melissæ Menthæ

Nymphææ seu Nenupharis

*Ptimulæ veris. Primula veris, idem est quæ
herba Paralytis.*

Rosarum Pæoniæ

Violarum Cardui benedicti

Liliorum convallium

Florum Tiliæ Euphragiaæ

Sambuci Hyssopi Acetosæ

Betonicæ Scabiosæ Salviæ.

Flores minutissime incidentur; & singulis libris florum addantur Sacchari albissimi librae duæ; videlicet qui humidi & mucilaginosi fuerint, ut Boraginis, Buglossi, &c. Siccoribus vero, quales sunt Anthos, Lavendulæ, Maioranæ, Melissæ, Salviæ, Menthae, & similibus, addantur Sacchari albissimi librae duæ & sensis.

Diacitonium simplex.

R. Carnium Citoniorum vapore aquæ dulcis resolatorum, & ad spissitudinem coctorum,

Sacchari albissimi despumati, & ad spissitudinem iustum cocti ana P viij.

Coquantur ad solidam consistentiam; & extendatur in tabulam fervens massa: refrigerata in partes incidentur. Quidam octo l carnium Citoniorum addunt sex l Sacchari clarificati.

Poteris etiam ita facere.

M.Ci.

R. Citoniorum exorcitorum & ab inferioribus mundatorum ℥ viij. Sacchari clarificati ℥ iiiij. Coque Citonia super vaporem aquæ dulcis, deinde una cum Saccharo ad iustum spissitudinem coque.

Peculiare remedium est fluxus, vel vomitus: quoniā stipticat [seu adstringit] & corroborat membra collapsa, debilia. Confortat stomachum, virtutem retentivam & digestivam: & summopere excitat gustum. Sed ad fluxum datur ante cibum; & ad vomitum compescendum, post cibum.

Diacitonium compositum

D. Nicolai.

R. Carnium Citoniorum comminutarum & coctura inspissatarum ℥ iiij.

Mellis despumati ℥ iiiij.

Coquuntur simul ad iustum consistentiam; & postquam ab igne deposueris, antequam refrigerentur, insperge subsequentes species in tenuissimum pulverem contritas.

Cinnamomi ʒ j. β.

Zingiberis ʒ j.

Piperis

Galangæ ana ʒ β.

Garyophyllorum

Nucis moschatae ana ʒ iiij.

Spicæ Nardi Ligni Aloës Macis

Car-

Cardamomi ana 3 ij.

Zedoariæ 3 i.

Extendatur tota massa in tabula marmorea, prius rosacea aqua inuncta, in qua aliquid Moschi dissolutum fuerit.

Et quando ut alvum solvat conficere volueris, antequam in tabula marmorea extendatur, in uoam quamque lib. adde Scammoneæ 3 β. quæ bene trita subigatur composito.

M E L habet Niccolaus: ego potius consularem ut Saccharum loco mellis adderetur.

Quadam exemplaria habent Mellis lib. iiij. Sed Nicolai exemplar, quod ad meas manus pervenit, habet lib. iiiij. Nam neceſſe est etiam, ut species suum conservativum habeant.

Hoc est calidius, & melius ad ea quæ diximus. Resolvit ventositates, removet fœtorem corporis, restituit pristinum colorem, & magis restaurat.

Diacitonium è succo Citoniorum.

Rx. Succi Citoniorum despumati I xij.
Mellis optimi despumati

Sacchari albissimi clarificati ana I ij.

Coquantur simul ad iustum spissitudinem: deinde ab igne remotis & adhuc tepentibus insperge subsequentium specierum pulvères minutissime tritos, & per cibrum excusso;

Rx. Cin-

℞. Cinnamomi

Nucis moschatæ ana ʒ iiiij.

Garryophyllorum Zingiberis

Galangæ ana ʒ ij.

Radicularum Nardi Celticæ

Piperis nigri Ligni Aloës

Macis Zedoariæ Cubebarum

Cardamomi ana ʒ j.

Confice secundum artem.

SYRUPPI.

Syrupus de Duabus radicibus.

℞. Radicum Petroselini

Radicum Fœniculi ana ʒ iiiij.

Aquæ quantum sufficit

Sacchari clarificati ℥ ij.

Coquantur secundum artem.

VIS CERA obstruktione laborantia *

referat.

Syrupus de Quinque radicibus.

℞. Radicum Apii Radicum Fœniculi

Radicum Petroselini Radicum Rusci

Radicum Asparagi ana ʒ iii. A

Aquæ quantum sufficit.

Sacchari ℥ iiiij.

Coquantur secundum artem.

CON-

C O N F E R T febribus pituitosis & biliosis, & iis incipientibus.

P. G. SCHOI.

A Ana 3 iiiij.] Sacchari , quod in hunc Syrupum recipitur, per pensa quantitate, nimiam non esse hic radicum cuiusque unciarum quatuor assumptionem, industrie Cordus existimavit; Falsatio quamquam secus videatur.

Syrupus Acetosus simplex ex descriptione Mesiae.

R. Aceti vini P. iiiij.

Sacchari clarificati in aqua P. v.

Coquantur secundum artem,

E st communis ad omnem materiam. Digerit choleram, phlegma & melanochiam : ratione que aceti attenuat crassos humores, incidit viscosos, duros mollit, ineptos evellit: ubique penetrat, oppilations aperit, provocat urinam, putredini resistit, & corrigit malitiam humorum, idcirco in febribus pestiferis iuvat: Sed ratione remissæ frigiditatis, tenues & subtiles humorum partes inspissat, adæquat calorem, refrigerat, viscera lenit, & fumim sedat.

Syrupus Acetosus compositus

D. Mesiae.

R. Radicum Foeniculi Radicum Apii

Radicum Endiviarum ana 3. iiiij.

Semi-

Seminis Anisi Seminis Foeniculi
 Seminis Apii ana 3 j. *
 Seminis Endiviae 3 iii. *
 Aquæ quantum sufficit.
 Sacchari optimi ℥ iij.
 Aceti acerissimi ℥ iiij.
 Coquantur secundum artem.

B I L E M crassam & avulsu difficultem, ac
 pituitam incidit, terget: obstructa hepatis,
 lienis, renum aperit.

Syrpus acetositatis Citri.

R. Acetositatis mali Citrei per paunum A
 destillatae ℥ vij.

Sacchari albissimi ℥ iij.

Coquantur secundum artem.

R A R O habent Pharmacopœia Syrups acetositatis Citri verum. nam plerumque venditur pro eo Syrpus Citreorum conditorum. Porro cum quis bene confidere voluerit, oportet ut per filtrum aut paunum destilletur acetositas Citreorum, sine villa vi aut expressione: alioqui coagulatur, cum refixerit, Syrpus.

P. C. S H O L.

R. Acetos. mali Citrei Pvj. &c.] Pvij. A
 Fuchsius, & Sacch. lib. v. legi vult. Verum
 cum Cordus iphic Syrupi descriptione Mcfuum
 non sequatur, ut conferenti liquebit, sed suo
 Marte eandem descripsit, frustra conqueri-

tur

zur Fuchsii. Mesues autem nomen inscriptione eius additum fuisse, ut & Syrum de Agresta, scriptoris vitio id factum fuisse hinc liquet. Quare utrobique id ipsum à me deletum est.

Æstrum ac fervorem bilis flavæ, februmque ardentium & pestilentialium mitigat: siim quoque vehementem restringuit.

Syrupus acetositatis Limonum.

R. Acetositatis Limonum maturorum per filtrum destillatæ ℥ vi.
Sacchari albissimi ℥ iij.

Coquantur secundum artem.

V E H E M E N T I U S infrigidat & penetrat, quam Syrum acetositatis Citri: & valet contra putrefactionem, contra vermes, vehementiam caloris febrilis, & alios crudos humores.

*Syrupus Aranciorum
acetosorum.*

R. Succi Aranciorum acetosorum per panum aut filtrum destillati ℥ vi.
Sacchari albissimi ℥ iij.

Coquantur secundum artem.

Ad hunc modum potest etiam fieri ex succo Aranciorum dulcium.

Syru-

Syrupus de Agresta.

R. Agrestæ I v.

Sacchari clarificati P iiij.

Coquantur secundum artem.

A G R E S T A est succus uarum immatura-
rum, qui Grace vocatur Omphacium, & inspissa-
tus servatur. Hoc autem loco recipienda est **A-**
gresta nondum ad spissitudinem decocta.

Agresta exprimi debet ex generosissimis uvis,
apud nos paulo ante maturitatem.

I N magnis æstibus ad situm restringue-
dam mitifice confert: Vomitum & alvi
profluvium biliosum sistit: Febribus bi-
liosis succurrit: Gravidatum vomitum
etiam reprimit, ac ventriculum earundē
firmitat: Venenisque adversatur.

Syrupus de Pomis, D. Meſua.

R. Succi pomorum dulcium

Succi pomorum acerosorum ana P v.

Coquantur, despumentur & colentur:
deinde adde

Sacchari I iiij.

Coquantur secundum artem.

Succus exprimendus est ex optimis pomis si-
ve malis, qualia sunt que W ynlingen, sive
Weynskulen vocantur, in acetosorum genere. Ex
dulcibus etiam sapidissima sunt eligenda.

C O R

Cor imbecillum roboret, ob id syn-
copen & cordis tremorem sanat.

Syrupus Granatorum dulcium,
D. Mesue.

R. Succi Granatorum dulcium ℥ v.
Sacchari albissimi ℥ iiij.

Coquantur secundum artem.

M A L E hodie faciunt Syrupum Granatorum,
indifferenter cum dulcibus acetosa Granata mi-
scentes. Oportet enim utrumque Syrupum, tam
acetosorum, quam dulcium Granatorum, seorsim
confidere, nam diversis morbis, morborumque ac-
cidentibus medentur.

S I T M, tussim, & pleuritidem iuvat.

Syrupus Granatorum acetosorum,
D. Mesue.

R. Succi Granatorum acetosorum ℥ v.
Sacchari albissimi ℥ iiij.

Coquantur secundum artem.

F E B R E S biliosas, & quæ ex pituitosis
flammam multam invehunt, iuvat.

Syrupus Dinarii, sive Byzantinus
simplex D. Mesue.

R. Succi Endiviae Succi Apii ana ℥ iiij.
Succi

Succi Lupuli

Succi Buglossæ domesticæ aut silvestris
ana ℥ j.

Succi depurentur, & despumentur, dum
maneant ℥ iiiij.

Sacchari optimi ℥ ij. β.

Coquantur cum facilitate, donec fiat
Syrupus.

Quidam differentiam faciunt inter Sy-
rupum Dinarii & Byzantium seu de Byzantiis,
alterum simplicem, alterum compositum vocan-
tes. Sed nos simplicis & compositi nomine distin-
guimus, utrumque Dinarii sive Byzantium ap-
pellantes.

HUMORES crassos & lentes incidit
atq; extenuat: obstruktiones aufert, mor-
boque regio succurrit.

Syrupus Byzantinus compositus

D. Mesua.

℞. Succi Endiviæ veræ

Succi Apii ana ℥ ij.

Succi Lupuli

Succi Buglossæ domesticæ aut silvestris
ana ℥ j.

In succis decoquantur

Florum Rosarum ʒ ij.

Glycyrrhizæ ʒ iiiij.

Seminis Anisi Seminis Fœniculi

Seminis Apii anan ʒ ij.

Spicæ

Spica Nardi Indicæ ʒ ij.

Coláturnæ adde Aceti l ij.

Sacchari albissimi ℥ ij, β.

Coquantur secundum artem diligenter.

S Y R U P U S Byzantinus compositus est efficacior simplici.

Syrupus de Artemisia D. Ioan.

Matthæi de Gradi.

R. Artemisiæ M ij.

Pulegii Calaminthæ

Origani Melissæ

Dictamni Cretici Persicariæ

Sabinæ [id est, Savina]

Amaraci [hic accipe Majoranam]

Chamædiyos

Perforatæ [id est, Hypericæ]

Chamæpityos [id est, Iva ærthritis]

Comari Matricariæ Centauræ minoris

Rutæ Betonicæ

Buglossæ Radicum Fœniculi

Radicum Apii Radicum Petroselini

Radicum Asparagi Radicum Brusci

Radicum Saxifragiæ [eius loco accipientur
radices Pimpinellæ]

Radicū Enulæ Campanæ Radicū Cyperi

Radicū Rubiæ tinctorum Radicū Ircos

Radicum Pæoniæ ana M ij.

Baccarum Juniperi Seminis Ligustici

Seminis Petroselini Seminis Apii

Semi-

Seminis Anisi Seminis Nigellæ
 Carlobalsami [aut succedanei eius]
 Costi Radicum Afari
 Radicū Pyrethri Caliæ ligneæ aromaticæ
 Cordumeni Calami aromatici *
 Phu [id est, radicis eius] ana ʒ β.
 Aquæ quantum sufficit Sacchari P iiiij.
 Coquantur omnia magna diligentia,
 secundum artem, ne plus quam necesse sit
 aromata bulliant.

Pro vulgari & falso Dictamno hic debet ponи
 Dictamus Creticus; qui singulariter facit ad ea
 ad quæ Syrupus hic est compositus.

SAXIFRAGIAM Itali vocant eam herbam
 quam nos Pimpinellam appellanuſ, & huins ra-
 dix hic debet accipi.

M E D E T U R passionibus matricis, &
 retinet eam in proprio loco. Resolvit fri-
 gitudines, ventositates, & dolores. Cor-
 roborat nervos, aperit poros, sangu-
 nem corrigit, menstruis imperat, & pro-
 vocat.

Syrupus de Absinthio maior

D. Mesua.

R. Absinthii Romani P. s.
 Rosarum rubearum ʒ ij.
 Spicæ Indicæ ʒ iiij.
 Vini clari veteris & optimi
 Succi Cydoniorum ana l' ij. β.
 G Mace.

Macerentur in vase marmoreo aut
stili denso per noctem unam; deinde de-
coquantur.

Colatur & adde Sacchari l*vij.*

Confice secundum artem.

A B S I N T H I U M Romanum, id est, Ab-
sinthium Ponticum, gustu adstringens, & aroma-
ticum: vulgare autem dicitur Rusticum Absin-
thium.

V E N T R I C U L U M roboret & iecur,
aliaque instrumenta nutritionis, appeten-
tiamq; excitat. Contra regium morbum
prodest. fatus discutit, humoresque per
urinam pellit.

Syrupus Infusionis Rosarum.

R. Infusionis Rosarum P*v.*

Sacchari clarificati P*iiij.*

Coquantur cum facilitate.

E s t conveniens ad extinguentam si-
tim in febribus acutis, & ad remittendum
excessum caliditatis in eis, confortans sto-
machum relaxatum, & hepat supercalefa-
ctum, & cor, resistens putredini, conve-
niens tempore pestilentiae, & resistens
venenositati.

Syrupus Infusionis Violarum.

R. Infusionis Violarum P*v.*

Sacchari clarificati P*iiij.*

Co.

Coquantur cum facilitate.

FEBRIBUS acutis, iecimoris & cordis caloribus, asperitati gutturis, morbo laterali, tussique aridæ succurrat: siim restinguat, alvumque emollit.

Infusio Rosarum Mefue.

R. Foliorum Rosarum ℥ j. ponantur in urceo angustiori, & infunde illis aquæ calidæ lib. iiij. aut quantum sufficit, ut mandeant. Macerentur per horas vii. aut xij. obstructo facilis orificio: deinde exprime leviter, & excola infusionem, abiectis Rosis, & iterum inde recentes rosas, & infusionem excolatam calefac; & infundetosis: ac obstructo orificio urcei in calido loco dimitte per horas viij. vel xij. Postea rutilum excola, & colaturam infunde aliis recentibus Rosis; & tertio dimitte. Et si efficaciorem facere volueris, etiam quarto recentes Rosas in eodem diluto recalefacto macera. Ac postremo, ad dito saccharo, Syrupum facito.

Porro quidam tundunt Rosas, quidam vero integras ponunt. Et tusa quidem celerius vim suam & colorem in aquam deponunt, ac minorem locum occupant. At Viola cum tunduntur, aliquam herbaceam & tadiosam acrimoniam acquirunt, hoc est, sy kriigen einen grusenden gesmack in mund. Quare consuluntur

hac de re Doctores medici.

Hec infusio dicitur alio nomine Mucharus, &
Mucharum, sive ex Violis sive Rosis fiat.

Mesue tantum bis iubet Rosas infundi: melius
vero est ut sapienter recentes abiectis substituan-
tur.

Infusio Violarum.

Infusio Violarum eodem modo fit quo
Rosarum Infusio.

Syrupus de Succo Fumi terræ maior D. Mesue.

℞. Myrobalanorum Citrinorum
Myrobal. Chebulorum ana ʒ xx.

Florum Boraginis Florum Buglossæ
Florum Violarum Absinthii

Cuscutæ ana ʒ j.
Glycyrrhizæ Rosarum ana ʒ iiiij.

Epithymi Polypodii ana ʒ viij.
* Prunorum enucleatorum

Passularum enucleatarum ana 1 β.
Tamarindorum

Pulpæ Casiæ fistulæ ana ʒ ij.
Aquæ ℥ x.

Coquantur secundum artem ad tertias:
deinde cola: & colatura: adde
Succi Fumi terræ depurati
Sacchari albissimi ana 1 iiij.
Coguan-

Coquantur lento igne ad iustum confi-
stentiam, & repone.

*M*eum exemplar manu scriptum habet Pru-
norum P. quemadmodum passile.

Syrupus Fumariæ maior ventriculum
& hepar roborat, obstrukciones aperit:
cutis morbos, præcipue ab humore fallo-
vel usto natos, ut psoram, lepram, impe-
tiginem, serpiginem curat.

Syrupus de Mentha maior

D. Mefua.

N. Succi Cytoniorum muzorum

Succi Cytoniorum dulcium

Succi Granatorum acetosorum

Succi Granatorum dulcium

Succi Granatorum muzorum ana 1*j. f.*

In succis macerentur per horas xxiiij.

Menthæ siccæ *P j. f.*

Rosarum rubearum *Z ij.*

Coquantur deinde cum facilitate usque
ad medietatis consumptiōnēm: colentur
& colaturæ adde

Mellis vel Sacchari *P ij.*

Coquantur ad perfectionem: & cum re-
ponis, aromatiza cum Galia moschata ve-
ra trita, & in sindone ligata, atque ex ori-
ficio vasis suspensa.

Muzorum, id est, in vini saporem

G 3 aceſcen-

acescentiam. nam muzus sapor de dulcedine & acetositate aliquid habet.

Notandum est, si quis cum melle velit hunc Syrupum confidere, ut accipiat mel odoratum aromatricum, quale Dantisco advehitur: vel tale aliud, ut est quod vocant virginem mel, & Saxones Krubonich, quasi aromaticum mel, & non illud vulgare statu sum.

Ventriculum frigidum roborat, ob id nauseam, vomitum, singultum, fluorem alvi sedat.

Syrupus de Mentha minor.

D. Mesue.

R. Succi Menthae depurati ℥ j.

Succi Granatorum dulcium

Succi Granatorum aceto sorum, ad medicamentem coctorum

Sacchari vel Mellis ana ℥ j.

Coquantur sensim secundum artem.

In hoc quoque Syrupo notandum est, quod in proximo Syrupo de Mentha maiore, diximus de melle.

Eandem fere cum superiori facultatem habet.

Syrupus de Calamintha D. Mesue.

R. Calamintha domesticæ

Calamintha silvestris ana ʒ iij.
Ligu-

Ligustici [seminis scilicet].

Dauci [videlicet seminis eius].

Schoenanthi ana 3 v.

Pastularum enucleatarum ℥ β.

Mellis ℥ ij.

Aqua quantum sufficit.

Coquantur secundum artem.

MEL cum additur huic Syrupo, tunc oportet esse optimum & aromaticum mel, ut ante etiam dixi. Idque in omnibus Syrupis & Oxymellibus obseruandum est.

POTES T etiam cum Saccharo fieri hic Syrupus, quia pauci optimum & aromaticum mel emere & expetere consueverunt.

DOMESTICA Calamintha, est quae in agris & culis locis nascitur, & vulgo vocatur Kornmintze.

SILVESTRIS autem Calamintha, est quae in incultis locis & montibus provenit, & appellatur Calamintha montana.

LIENOSIS platinum confert, quibus durus est lien & pene irresolubilis; & his qui frigida viscera habent, & asthmate laborant; præsertim in senibus, & in habitibus antiquas tusses. Si quis enim vel peccus, vel ventriculum, vel intestinacraffa, tenaci & irresolubili materia plena habeat, hoc Syrupo sanatur.

Syrupus de Succo Endiviae simplex.

℞. Succi Endiviae depurati ℥ viij.

G 4

Sac-

Sacchari Tabarzeth ℥ v. ss:
Coquantur secundum artem.

EN D I V I A vera, est herba sativa, caulinis,
foliisque Cichoreæ similibus, maioribus tamen pin-
guioribusque; flores etiam similes sunt Cichoreæ.
Allatum est semen eius ex Italia, & iam multis in
locis apud nos sevit.

Valet principaliter ad omnes supercal-
efactiones hepatis, & aliorum membra-
rum nutritivorum: & in morbo laterali
maxime convenit.

Syrupus de Endivia compositus.

R. Endiviæ recentis Boraginis Scariolæ
Hepaticæ Melissæ Buglossæ Lactucæ
Eupatorii ana m. j.
Seminum frigid. majorum ana. 3 j.
Santali albi Santali rubri ana. 3 j.
Florum cordialium ana 3 iij.

Coquantur secundum artem, in suffi-
cienti quantitate aquæ: deinde colata, &
colatura adde
Succi Endiviæ depurati ℥ j.
Vini Granatorum 3 iij.
Sacchari albi 1 iiij.

Fiat syrupus secundum artem.

VALET præcipue ad supercalefactio-
nes hepatis, cordis, & aliorum membro-
rum nutritivorum: & generaliter confert
eilibet complexioni calidæ; & est ape-
ritivus

ritivus oppilationum, & confortativus
membrorum debilitatorum à mala com-
plexione calida: est etiam digestivus ma-
teriarum cholericarum acutarum.

*Syrupus de Cichoreo cum Rhabarbaro
Nicolai Florentini.*

R. Endiviae domesticæ

Endiviae silvestris Cichorii

Tataraxaci ana m. ij.

Cicerbitæ Hepaticæ Scatiolæ Lactucæ

Fumi terræ Lupulorum ana m. j.

Hordei non excorticati ʒ ij.

Vesicariae [id est, Alkekengi]

Glycyrrhizæ Capillorum Veneris

Ceterach [id est, Asplenii]

Polytrichi Adianthos ana ʒ vj.

Radicum Fœniculi Radicum Apii

Radicum Asparagi ana ʒ ij.

Coquantur in aqua sufficienti, & per-
colentur; deinde cum Sacchari albi l' iiiij. A
fiat Syrupus.

Pro cuius unaquaque libra inter co-
quendum adiificantur

Rhabarbari optimi ʒ iiiij.

Spicæ Nardi ʒ ij. B

Colligato in linteolo raro, quod s̄æpe
exprimatur, dum Syrupus consistentiam
iustam nanciscatur.

G 5

P.C.

P. C. SCHOL.

A 1^o iiiij. Hanc Sacchari quantitatem huic Syrupo esse indendam, eamque abunde satis esse dicimus & censemus: quanquam Commentatorum nullus, quod sciām, huic multi usus Syrupo pondus ullum exprimat, Coloniensium Dispensatoriō excepto: quod cum 1^o v. & 3 viij. sumendas putat, medicamentum nimis imbecille tanta copia reddit: augente & malum, quod Manipulos viridiū herbarum (quales hic requiruntur) seminales tantum, ut sunt puerorum, constituar.

B Ceterum Spica Æ q̄. hic quoque sufficere debent.

V A L E T contra omnem materiam venenosam, in alterando & mundificando eam, & proprie in anthrace & similibus: valet & in febre pestilentiali. Confortat cor & nutritiva, mundificat materias per urinam & secessum, & facit appetere cibum, ac inducit somnum.

Syrupi è Cichoreo Nicolai Florentini emendata descriptio
M. de Lobel.

E T S I quorundam popularium medicantium, pharacantum, ac medicastrorum fatalis inscitia falleze solita, nulla monta in dignoscendis non contemnende utilitatis, Seridū, sive Intubata generis cunctis

eundem familiis, audierit; ut non tantum Medicos
doctissimos & pharmacopoeos probos elusserit, sed
etiam multis ansam dederit in hunc usque diem, ma-
gno agrotantim dissyndio, parandi Syrupum è Ci-
choreo D. N. Florentiu cum Rhubarbaro & solo succo
Cichorei sativi, vel aliquot hortorum refrigeranti-
bus temperatis herbis, que sane instituto Nicolat
Florentini minime respondebant: (prescribitur enim
eius Syrupus non modo ad refrigerandum hepat &
viscera; sed etiam tum ad hepatis, stomachi, splenis,
aliorumque viscerum & tauraciones ac inflamma-
tiones, tum ad referandas obstructiones in febri-
bus biliosis, & ad somnum conciliandum) verun-
tamen amicis quorundam petitionibus, (quia multi
& quotidiani usus hic utilissimus Syrupus) negle-
cta herbarum confusis, ambiguis, & barbaris no-
minibus, eius secundum intentionem Nicolai, descri-
ptionem sic castigamus, secuti ordinis seriem Ron-
deletii.

R. Hordei integri ʒ iiiij. A

Radicum Asparagi

Foeniculi

Paludapii [i. Apii Palustris] ana ʒ ij. B

Glycyrrhizæ ʒ j.

Intybi domestici vel sativi [id est, Endiviae C
vulgatissime, latifolia, officinalis vulgo Scario-
la vocata]

Intybi silvestris [i. Endiviae silvestris officina-
rum, perperam recentioribus Lactucæ silvestr.]

Cichorei

Taraxaci [i. Dentis leonis] ana M. ij.

Cicerbitæ sive Sonchi lenis

Hepaticæ sive Lichenis Lactucæ sativæ.

Lactucæ silvestris soporifera Fumi terræ D

Lupulorum ana m. j.

G 6 . Adian-

Adianthi [sive Capillorum Veneris]

Polytrichi

Asplenii [sive Ceterach]

Cassithæ ana 3 vj.

Seminis Halicacabi [sive Alkekengi] 3 iiiij.

si recens fuerit, alioqui sufficiet me-
dia quantitas.

Coquantur in aquæ & succi Cichorei
æquis partibus in balneo aperto; deinde
exprimantur, clarificantur, & syrupizen-
tur in eodem balneo & vase lapideo aut
vitreo; additis lib. iiij. paulo plus, minus,
Sacchari albi.

Sub finem ebullitionis addantur Rha-
barbari electi 3 iiiij. & Spicæ Nardi 3 iiiij.
nодulo exceptorum & ligatorum.

* *Præponuntur quæ diutius coquenda.*

A 3 iiiij.] ex veteri exemplari cum Rondel. le-
gimus.

B Palud.] magis aperit quam Apium hor-
tense.

C Intubi dom.] omnia exemplaria inserunt
Scariolam: quæ tamen eadem est cum Endivia
aut Intubo domestico.

D Lactuc. sil.] Lactucam agrestem officina
Belgica Antwerpia facile sibi procurabant; ubi
simel sata maximo & importuno proventia
luxuriat; potissimum in hortis nostris & opti-
morum pharmacopœorum Ioannis Coene, Oli-
verii Driesch, & pia memoria P. Conde-
bergi.

Oxyfacc-

Oxy sacchara simplex D. Nicolai.

Rz. Sacchari albi ℥ j.

Succi Malorum Granatorum acerosorum
℥ viij.

Aceti ℥ iiii.

Coquantur cum facilitate ad ignem in
vase stanco, dum Syrupi crassamentum
adsciscat.

Digerit materias cholericas phlegmati-
mistas, quæ gravant stomachum & præ-
cordia, & faciunt tertianas duplas inordi-
natas, quas vocant erraticas, & similes
quartanis duplis.

*Oxy sacchara composita D. Nicolai
Præpositi.*

Rz. Capillorum Veneris

Linguæ cervinæ [id est, Phyllidiu]

Scolopendriæ [id est, Asplenii]

Polytrichi Hepaticæ Violarum

Radicum Fœniuli Radicum Risci

Radicum Asparagi

Radicum Graminis ana ℥ j.

Hoc modo confice: In succo Malorum
Granatorum, herbas & radices triduum
macerato: quarto die parum bullite fini-
to, cum forti expressione percolato. Po-
strem cum Sacchari ℥ ij. ex arte, adiu-

G 7 stam *

158 SYRUP.
stam crassitatem concoquito.

Concalefacta corpora pota iuvat longis febribus, quas sanguis aut bilis creavit, & calori iecinoris auxilio est: & lienis obstructions tollit.

Syrupus de Iuiubis D. Mesue.

Rz. Iuiubarum numero ix.

Violarum

Seminis Malvae ana 3 v.

Capilli Veneris Hordei mundati

Glycyrrhizae ana 3 j.

Seminis Cytoniorum

Seminis Papaveris albi

Seminis Melonum

Seminis Lactucæ

Tragacanthæ ana 3 iiij.

Aqua fontis ℥ iiiij. aut q. s.

Sacchari ℥ ij.

Coquantur secundum artem.

SYRUPUS iste confert raucitati, tuſſi
& pleuritidi.

Syrupus Violarum D. Mesue.

Rz. Violarum 3 ij.

Seminis Cytoniorum

* Seminis Malvae ana 3 viij.

Iuiubarum

Sebesten ana numero xx.

Aqua

Aqua Cucurbitæ quantum sufficit.

Sacchari ℥ j. β.

Coquantur secundum artem.

CUCURBITA debet destillari cum adhuc
est tenera; antequam indurescere incipiat.

Prodest pleuritidi & tussi à causa calida.

Syrupus de Succo Violarum.

R. Violarum recentium iamjam lectorum
quantitatem satis magnam, & decerpe ab
iis purpurea foliola, & abiice virides eo-
rum caulinulos, quoniam herbaceam ha-
bent acrimoniam, & floridū colorem he-
betant. Contunde deinde decerpta Viola-
rum folia in mortario marmoreo, & ex-
prime. mox

R. Expressi succi ℥ ij.

Sacchari ℥ iiiij.

SACCHARUM prius clarificetur, & ad
iustam consistentiam coquatur: amoto deinde ab
igne Saccharo, tepefieri finito, & succum infundi-
to: & rursum lento igne ad spissitudinem coquito;
& emicantem in coquendo spumam continuo au-
fero.

Quidam spumam non auferunt, ne color pen-
reat. Sed cito corrumptitur cum spuma repositus.

Hic Violarum Syrupus in Misnia fit, præsertim
Lipsia, ubi eum vocant Succum Violarum.

BILIS acrimoniam obtundit: ac ob-
lentorem thoracis vitijs extaptus.

Syrupus

Syrupus de Prassio D. Mesiae.

Rz. Prassii ʒ ij.

Capilli Veneris

Hyslopi ʒ j.

* Calaminthæ Anisi Radicum Apii

Radicum Fœniculi ana ʒ v.

Seminis Malvæ

Seminis Fœnugræci

Radicis Ircos ana ʒ iij.

Seminis Lini

Seminis Cytoniorum ana ʒ ij

Passularum enucleatarum ʒ ij.

* Ficuum siccarum pinguium numero xv.

Penidiarum ℥ j.

* Mellis ℥ ii.

Aqua quantum sufficit.

Coquantur secundum artem.

M & L oportet esse aromaticum & optimum:
potest tamen etiam cum Saccharo fieri.

Vitiis thoracis & pulmonis diuturnis,
& à frigido tenacique humore excitatis,
atque eradicatu difficultibus succurrit: hinc
est quod senibus & asthmaticis plurimum
conducat.

Syrupus de Glycyrrhiza D. Mesiae.

Rz. Glycyrrhizæ rafæ ʒ ij.

Capilli Veneris ʒ j.

Hyslopi ʒ β.

Aqua

Aqua p. iiiij.

Macerentur horis xxiiij. Deinde co-
quantur ad dimidias: colaturæ adde
Mellis optimi Penidiatum
Sacchari ana 3 viij.
Aquaerofarum 3 vj.

Fiat Syrupus secundum artem.

Thoracem & pulmonem expurgat:
ideoque diuturnæ tussi & pleuritidi auxi-
liatur.

Syrupus de Hyssopo D. Mesue.

2. Hyssopi aridi Radicum Apii
Radicum Fœniculi Radicum Petroselini
Glycyrrhizæ ana 3 x.
Hordei mundati 3 iiiij.
Seminis Malvæ Seminis Cytoniorum
Tragacanthæ ana 3 iiij.
Capilli Veneris 3 vj.
Iuiubarum
Sebesten ana num. xxx.
Passularum maguarum enucleatarum 3 j.
3 iiij.

Ficuum siccaturum
Dactylorum pinguium ana num. x.
Penidiarum albarum 1 ij.
Confice secundum artem.

Ad vitia thoracis & pulmonis efficax
est: humoresque exscretatu difficiles ex-
tenuat & educit.

Syrup-

Syrupus de Eupatoria D. Mesue.

& Radicum Foeniculi Radicum Apii
 Radicum Endiviæ ana ʒ ij.
 Glycyrrhizæ Schœnæothi
 Cuscutæ Absinthii
 Rosarum ana ʒ v.
 Capilli Veneris Bedeguaris Suchahæ
 Florum aut radicum Buglossæ
 Anisi Fœniculi
 Eupatorii ana ʒ v.
 Raved Seni [id est, Rhabarbari Orientalis]
 Mastiches ana ʒ iij.
 Spicæ Nardi Indicæ Afari
 Folii [pro Folio pone Spicam Romanam]
 ana ʒ ij.
 Aquæ quantum sufficit, aut ℥ viij.
 Succi Apii
 Succi Endiviæ ana ʒ ij.
 Sacchari ℥ iiiij.

Coquantur secundum artem.

Pro Bedeguare & Suchaba, que hodie non
 cognoscuntur, licet accipere Carduum Benedi-
 cillum, & Carolinam, id est, Cardopatia radi-
 cem.

Eupatorium, quod Mesue semper intelligit,
 est Gratiola, ut anteciam dictum fuit aliquo-
 ties.

Frigidis iecinoris vitiis, ac eiusdem
 obstructionibus, aquæ inter curem, ma-
 loque

Ioque corporis habitui succurrit. Humores enim crassos extenuat, roburque iecinori adiicit. Vrinas movet, & hypochondriorum tensionem demolitur.

Syrupus de Stoechade simplex.

R. Florum Stoechadis ʒ xxx.

Thymi Calaminthæ

Origani ana ʒ x.

Anisi ʒ vij.

Passularum enucleatarum ʒ iiiij.

Aqua quantum sufficit: coquantur secundum artem. Colatur adde

Mellis optimi ℥ iiiij. β.

Condiatur cum

Cinnamomi Calami aromatici

Zingiberis ana ʒ j. β.

Ligentur in sindone, & in Syrupo suspendantur.

Syrupus de Stoechade compositus

D. Mesue.

R. Florum Stoechadis ʒ xxx.

Thymi Calaminthæ

Origani ana ʒ x.

Anisi Pyrethri ana ʒ vij.

Piperis longi ʒ iiij.

Zingiberis ʒ ij.

Passularum enucleatarum ʒ iiiij.

Aqua quantum sufficit

Mellis

Mellis optimi ℥ v.

Coquantur secundū artem lento igne:
colaturæ adde mellis prædictas l. v. & cum
reponis, tunc condies sequentibus specie-
bus in sindone rara & munda suspensis.

*R. Cinnamomi Calami aromatici
Spicæ Nardi Indicæ*

*Croci Zingiberis Piperis nigri
Piperis longi ana 3 j. β.*

Contundantur grosso modo.

*Ego in condiendo Syrupo de Stœchade utroque,
pro Calamo aromatico mallem imponere Schæ-
nanthum aut Galangam nam vero Calamo a-
romatico iam caremus.*

*Iuvat omnes affectus frigidos cerebri
& nervorum, ut paralysim, epilepsiam,
spasmus, spasmus cynicum, tremorem:
ac ventriculum firmat.*

Syrupus de Epithymo D. Mesua.

R. Epithymi 3 xx.

Myrobalanorum Citrinorum

Myrobalan. Indorum ana 3 xv.

Embllicorum Bellericorum ana 3 vij.

Cuscuteæ

Fumi terræ ana 3 x.

Thymi Buglossæ Calaminthæ

Glycyrrhizæ

Polypodii Agatici

Stœchados ana 3 vij.

Rosa-

Rosarum	Fœniculi
Anisi ana	3 ij. β.
Prunorum	num. xx.
Passularum enucleatarum	3 iiiij.
Tamarindorum	3 ij. β.
Aquaæ quantum sufficit.	*
Sacchari	l' ii.
Sapæ	P ij.
Coquantur secundum artem.	*

S A P A est mustum optimum ad tertias deco-
lam.

A T R A M bilem , & alios humores
ustos vacuat, ob id morbos ex his nascen-
tes, elephantiam, cancrum , ulcera mali-
gna, fistulosa , psoram , lepram præcavet,
curatque.

*Syrupus de Nymphæ D. Francisci
Pedemontani.*

Florum Nymphææ	3 ij.
Florum Vngulæ Caballinæ aquarticæ	
Psyllii integræ	
Acetosæ ana	3 j.
Seminis Cucurbitæ	Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris	
Seminis Melonis	ana 3 iiiij.
Seminis Laetucæ	Seminis Endiviæ
Seminis Scariolæ	
Seminis Portulacæ	ana 3 ij.
Radicum Fœniculi	3 j.
Aquaæ hordei quantum sufficit.	

Sac-

Sacchari I. j.
Aceti albi

Succi Granatorum acetosorum ana 3 ij.

Coquantur secundum artem: deinde
aromatizentur cum

* Santalii Citrini

Spicæ Nardi Indicæ ana 3 j.

A Due sunt *Nymphae* species, altera candi-
dum, altera luteum florem habet, & utrinque
flores hanc Syrupum ingrediuntur. Nam An-
tor huius Syrupi eam speciem, quæ albos ha-
berflores, vocat *Nenuphar*; alteram vero, quæ
luteos fert flores, appellat *Vngulam Caballi-*
nam aquatica, à foliorum figura, & florum
colore.

S C A R I O L A est species *Endivia*, quam
nos in Germania vocamus *Endiviam*, (vul-
go *Gensdiesel*,) & habet spinulas in dorso folio-
rum.

P. C. S C H O L.

Vngula Caballina aquatica.] De *Tussi-*
lagine hanc in propria sua significatione in-
telligi posse Fuchsius dextre monet. apud
aquas enim aut humentia loca plerumque nasci-
tur.

B I L I S flavæ fervorem extinguit: ideo-
que mirifice in ardenibus aliisque acu-
tis febribus auxiliatur: somnum quoque
conciliat.

Syrupi.

*Syrupus de Papavere simplex**D. Mesue.*

R. Capitum Papaveris albi recentium
 Capitū Papaveris nigri recentiū ana 3 lxx.
 Aquæ pluvialis ℥ iiiij.

Coquuntur usque quo remaneat tantum
 aquæ ℥ j. β. Colaturæ adde
 Sacchari & Penidiatum ana 3 vij.

Fiat Syrupus secundum artem.

Valet ad catarrhum & tussim, causam
 insomniæ.

*Syrupus de Papavere compositus**D. Mesue.*

R. Papaveris albi
 Papaveris nigri ana 3 l.
 Capillorum Veneris 3 xv.
 Glycyrrhizæ 3 v.
 Iuiubarum numero xxx.
 Seminis Lactucæ 3 xl.

Seminis Malvæ
 Seminis Cytoniorum ana 3 vij.

Coquuntur in ℥ iiij aquæ usque ad duas:
 & cum Sacchari & Penidiarum ana 3 viij.

Fiat Syrupus secundum artem.

V A L E T ad tussim siccām, phthisin,
 catarrhum, insomniæ causam.

Syrupus

Syrupus de succo Myrtillorum.

A R. Succi Myrtillorum depurati ℥ viij.
Sacchari clarificati ℥ iiiij.
Coquantur secundum artem.

Curandum est ut adseratur ex Italia, aut Narbonensi Gallia Myrtillorum succus, si quis voleat hunc Syrupum conficere.

P. C. SCHOL.

A [viii.] Cum hic Syrupus à Mesnes, cui erronee à Cordo adscribatur, diversus sit; atque à Cordo ipso forsitan concinnatus; malelegi hic ℥ viij Fuchsius temere scribit.

SYRUPUS Myrtillorum ventriculum & viscera roborat: ob id fluorem alvi antiquatum sistit; & tussim mitigat.

Syrupus Myrtinus compositus.

R. Myrtillorum ʒ xx.

* Rosarum Santali albi

A Sumach Balaustiorum

* Berberis ana ʒ xv.

* Mespilorum ʒ L.

* Succi Granatorum acidorum vel muzorum

Succi Pomorum agrestium ana ℥ ij.

Omnia in dictis succis & aqua q.s. coquantur, & fiat Syrupus cum

* Sacchari ℥ iij. secundum artem.

P.C.

P. C. SCHOL.

Rosarum.] Rosas Fuchsius recte addit, &
Cordo neglectas; simulque, ana 3 xv legendum
et 3 l, atque Sacchari ℥ iiij, dextre ait; ubi
Cordus 3 xxx, et 3 c, ac Sach. ℥ v, nimis
scripserat. Interim in aqua ℥ viij coquit Fuchs.
sius; & succi Granatorum ac Cytoniorum ana ℥
β. tantum addit.

Hic Syrupus fistit ventris fluorem,
etiam antiquum, & screatum sanguinis.

Syrupus de succo Acetosæ

D. Mesue.

R. Succi Acetosæ depurati ℥ iiij.
Sacchari clarificati ℥ ij.

Coquuntur secundum artem.

FEBRIBUS biliosis & pestilentialibus
saluber est: cordis & ventriculi flam-
meum calorem extinguit, ipsaque ro-
borat.

Syrupus de Succo Boraginis.

R. Succi Boraginis depurati ℥ viij.
Florum Boraginis recentium ℥ j.

Quam modice efferveant, aut potius
horis aliquot in succo clarificato ac cali-
do macerentur; dein colentur, cumque
Sacchari ℥ iiiij. fiat Syrupus.

H

SUC-

Succus Boraginis prius est clarificandus
cum albuminibus ovorum; alioquin plus satis mu-
cilaginosus fieret Syrupus.

P. C. SCHOL.

Stolidos cum hic descripsisset Cordis huius &
sequentis Syrupi conficiendi modos, ego eosdem suo
nitorie ex arte reddidi. Fecissem quidem & aliis
locis quam plurimus, nisi falcam in alterius messen-
dare penitus, minime consultum visum fuisset.

COR ipsum roborat, eiusque tremo-
rem & syncopen sanat: maniacos & me-
lancholicos iuvat.

Syrupus de Succo Buglossæ.

* R. Succi Buglossæ depurati ℥ viij.

* Florum Buglossæ recentium ℥ i.

* Sacchari ℥ iiiij.

Fiat eodem modo quo præcedens.

Intelligo hincam Buglossam que vulgo in uſu
est, non illam Italiam maiorem.

Succus Buglossæ difficulter exprimitur: nam fit
mucilago, dum tunditur Buglossa. ideo tuſa di-
mittenda est per noctem in frigidoloco; & poſtrē-
die exprimendus succus, atque cum albuminibus
ovorum clarificandus.

COR confortat, lœtitiamque generat.

Syrupus de Lupulo.

* R. Succi Lupuli depurati ℥ iiij.

Suc-

Succi Fumiterraæ depurati ℥ j.

Sacchari ℥ ij.

Coquantur secundum artem.

Potest etiam hic Syrupus fieri è solo Lupulifisco, ut Messua placet in capite De speciebus Vulnerabilis. Exprimendus autem est Succus Lupuli cum adhuc tenera sunt eius viticula & asperragi.

Refrigerat, & collectionum impetus lenit. Bilem regio morbo laborantibus detrahit. pituitam in aqua inter cutē exigit per alvum.

Iuleb Rosatum.

R. Aquæ Rosarum ℥ iij.

Sacchari clarificati ℥ ij.

Fiat cum diligentia secundum artem.

FEBRIUM, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit: sicut in expletam sedat.

Iuleb Violatum.

R. Aquæ Violarum ℥ iij.

Sacchari clarificati ℥ ij.

Coque ut Iuleb Rosatum.

Febres, phlegmonas, pleuritidem, asperitatem gutturis & thoracis, ac tussim mitigat.

Miva Cytoniorum simplex
D. Mesue.

R. Succi Cytoniorum depurati ℥ xij.

Coquantur ad medietatem, & affunde

A Vini veteris optimi ℥ v.

* Sacchari ℥ iiij.

Coquantur secundum artem,

P. C. S C H O L.

A Vini ℥ v. Sacchari ℥ iiij.] Cordum hic Vi-
ni ℥ viij. Sacch. ℥ xx. perperam legentem, & Fuch-
sia quoque animadvertisit. quare veram utrobi-
que lectionem reposui.

V E N T R I C U L U M roborat, & cibum
in eo continet.

Miva Cytoniorum aromaticata
D. Mesue.

R. Succi Cytoniorum acetosorum ℥ xx.

Vini veteris optimi ℥ x.

Mellis despumati optimi ℥ vj.

Potest tamen etiam cum Saccharo fieri.

Coquantur ad perfectionem; & aroma-
tizentur in sindone ligatis sequentibus:

Cinnamomi electi

Cardamomi minoris [al. maioris] ana-
3 iiij.

Garyophyllorum 3 ij.

Zingiberis Mastiches ana 3 j. β.

Cro-

Croci 3 ij.

Xyloaloës Macis ana 3 j. β.

Moschi 3 j.

Galliae moschatæ veræ 3 ij.

Fiat secundum artem.

Mellis loco Saccharum sumi potest.

V E N T R I C U L U M, hepar , & cætera
viscera roborat : appetitiam excitat, co-
tionem iuvat : vomitum & lienteriam
sedat.

Mel Rosatum D. Mesue.

R. Rosarum rubearum nondum penitus
apertarum 1' ij.

Mellis optimi. 1' vij.

Coquantur lento igne secundum artem.

S T O M A C H U M confortat & mun-
dificat , & est digestivum materiarum
phlegmaticarum in stomacho & mesera-
cis contentarum.

Mel Rosatum aliud efficacius.

R. Foliorum Rosarum rubearum nondum
explicitarum contusorum 1' ij.

Coquantur in aquæ cœlestis 1' iiiij.

Colaturæ fortiter expressæ adde

Succi Rosarum rubearum depurati

Mellis optimi despumati ana 1' iiij.

Coquantur secundum artem.

Oxymel simplex D. Mesua.

R. Mellis optimi despumati l' iiiij.

Aceti vini acerimi

Aquaæ clarissimæ ana l' ij.

Mel cum aqua despumetur iterum diligenter: & cum aqua fuerit consumpta, tunc adde acerum; & coque secundum artem.

HUMORES crassos, lentos ac pituitosos incidit, extenuat, abstergit, atque adeo obstructions aufert, sputum educit, spiritumque faciliorem reddit.

Oxymel compositum Mesua.

R. Radicum Fœniculi

Radicum Apii ana 3 iiiij.

Radicum Petroselini Radicum Rusci

Radicum Asparagi Seminis Apii

Seminis Fœniculi ana 3 j.

Coquantur in aquaæ claræ l' vj. aut quantum sufficit. Colaturæ adde

Aceti acerimi l' j.

Mellis optimi despumati l' ij.

Coquantur secundum artem.

HUMORES crassos & pituitosos incidit, extenuat & abstergit: obstructions tollit iecinoris, lienis ac renum: urinam movet, sudoremque evocat.

Oxymel

*Oxymel Scilliticum simplex**D. Meſua.*R. Mellis despumati 1^r iiij.Aceti scillitici 1^r ij.

Coquantur secundum artem.

HUMORES crassos, lertos, avulſu contumaces separat & incidit: ob id confert ventriculi & aliorum viscerum affectibus hos humores sequētibus: ructum acidum sanat, & vesicæ mollificationem, seu urinæ incontinentiam. Asthmaticis quoque prodest.

Oxymel Scilliticum compositum.

R. Radicum Apii

Radicum Fœniculi ana 3 iiiij.

Radicum Petroselini Radicum Ruchi

Radicum Asparagi Seminis Apii

Seminis Fœniculi ana 3 j.

Coquantur in aquæ 1vj. aut q.s. Deinde colentur.

Colaturæ adde

Aceti Scillitici 1^r j.Mellis optimi despumati 1^r ij.

Fiat secundum artem.

ID potentius multo incidit, tenuat, terget, obstructa aperit in diuturnis quartanis & quotidianis, quam Oxymel compositum de radicibus.

Mel Anacardinum Azaravii.

R. Anacardos recentes, terantur, & in aqua coquantur, donec melliginem quādam in rubeo colore fuscā emittāt: eam aquæ innatantem auferto, & reponito.

Mel Emblicorum.

Mel Emblicorū, est mel in quo Emblici Myrobalani sunt conditi.
Alii ita vocant Emblicorum decoctum, ad mellis consistentiam inspissatum.

Mel Passularum.

R. Uvarum passarum l³ iiiij. Infundantur eis aquæ l³ xi. aut q. s. & maceretur horis xxiiij. deinde coquantur ad remanentiam tertiae partis. Coletur, & colatura decoquatur ad crassitudinem mellis, & reponatur. hoc decoctum vocatur Mel passularum.

SYRVPORVM TRES SEQVENTES
VALERII CORDI DESCRIPTI^NE
NUPSE PRIMUM ACCESSERUNT.

Syrupus de Pyris Valerii Cordi.

R. Succi Pyrorum moschatellinorum
Succi

Succi Pyrorum Palatinorum

Sacchari clarificati ana ℥ iij.

Coquantur secundum artem.

Et quoniam Pyra Moschatellina citius
maturescunt, expressum eorum succum
clarificatum cum Saccharo decoctum re-
pones, donec etiam Palatina maturescant.
demum miscebis.

Syrupus de Cichorio Val.Cordi.

R. Rad. Foeniculi Cichorii ana ʒ iiiij.

Linguæ cervinæ Scolopendrii

Capillorum Veneris

Trichomanes ana m. j.

Aquaæ Cichorii Succi eiusdem ana 1' iiiij.

Coquantur omnia secundum artem.

Colaturæ adde Sacchari clarificati 1' iiiij.

Et species sequentes petiæ illigatas su-
spende in Syrupo:

R. Rhabarbari ʒ ii.

Rad. Spicæ Romanæ ʒ j.

Fiat Syrupus.

Syrupus Reseclivus, Val. Cordi.

R. Dactylorum enucleatorum

Ficuum siccarum pinguium

Xyloceratiorum enucleatorum

Uvarum Cubebarum passarum

Uvarum passarum vulgarium maiorum &
minorum

H. 5

Tama-

Tamarindorum enucleatorum ana 5 iiiij.
Musti generosi recentis
Succi Cydoniorum ana P vij.

Incidantur fructus in partes, Passulæ minores & Xyloceratia modice contundantur, unumquodque per se. Deinde misceantur omnia, & in fictili denso affordantur eis succus & mustum, macecenturque horis xxiiij. Postea coquantur lento igne ad consumptionem tertiae partis, aut amplius.

Colaturæ affunde lactis Amygd. cum aqua rosacea P ij, ex una libra Amygdalorum dulcium tritarum expressi.

Clarificetur deinde cum albuminibus ovorum xij.

Huic decocto clarificato adde Sacchari clarificati l' iiij.

Coquantur ad perfectionem: & cum reponis, tu suspende in Syrupo sequentes species crassissimæ tritas, & in sindone ligatas:

2. Cinnamomi interioris optimi

Macis Nucis moschatæ

Cardamomi Zingiberis

Galangæ Zedoariæ

Garyophyllorum ana 5 ij.

Ligni Aloës 5 iiij.

Huiusmodi dilutum vel decoctum fructuum horum, vel alicuius eorum, vocant Arabes Nabuch; quo utuntur pro vino & melle in calidis regionibus.

Hunc

H u n c Syrupum composui divitibus
quibusdam in chronicis morbis, omnem
cibum & potum aversantibus: & compe-
ti mirum in modum vires reficere, alere,
& iam desperatos, refocillatis viribus
sanitati restituere.

R O B.

Rob de Ribes simplex.

Rz. Succi Ribes l' viij.

Coquatur per se ad spissitudinem mel-
lis, & reponatur.

Rob de Ribes compositum.

Rz. Succi Ribes l' iiiij.

Sacchari optimi l' ij.

Coquantur secundum artem.

V E N T R I C U L U M firmat, vomitum
biliosum reprimit, sitem restinguat, alias-
que excretiones biliosas fistit.

Rob de Berberis simplex.

Rz. Succi Berberis l' viij.

Coquatur per se usque ad mellis spissi-
tudinem.

Rob de Berberis compositum.

Rz. Succi Berberis l' iiiij.

H 6

Sac-

Sacchari optimi ℥ ij.

Coquantur secundum artem.

R o b ex Oxyacantha, seu de Berberis,
easdē quas præcedens facultates obtinet.

Rob Nucum D. Mesue.

Rz. Succi Cōticū viridiū iuglandiū ℥ iiiij.
Mellis optimi ℥ ij.

Coquantur secundum artem.
Destillationi tenuium humorū à capite,
& inflammationem excitantium confert.

Diamorum ex descriptione Nicolai.

Rz. Succi Mororum Celsi ℥ f.

Succi Mororum Rubi ℥ j.

Mellis optimi despumati ℥ j.

Sapæ ʒ iij.

Coquantur secundum artem.

Contra depascentia oris ulcera, ad dentium
affectiones & gingivarum noxias, atque
ad omnia oris vitiæ gargarizatum proficit.

Diamoron aliud D. Val. Cordi.

Rz. Succi Mororum Rubi

Succi Mororum Rubi Idæi

Succi Mororum Celsi, sive de arbore,

Succi Fragorum ana ℥ ij.

Mellis despumati optimi ℥ iiiij.

Co-

Coquuntur lento igne secundum artem.

MORORUM omnium succus exprimen-
dus est antequam perveniant ad maturitatem.
Porro Mora Rubi Idai & Fraga citius matu-
rescunt, quam alia: ideo oportet, ut horum Succus
colligantur, & cum Saccharo decoctus reponatur,
donec aliis maturescant. Sint autem succi uniuscui-
usque l' ij. Sacchari l' j. ad quamvis eorum,
idest, Sacchari l' ij.

RUBUS Ideus est ille Rubus, quem nos vo-
camus Himpen: eius mora sive fructus vocantur
Himpeer.

*Medulla sive Pulpas seu Rob
Cerasorum.*

R2. Cerasorum acerosorum quantum vo-
lueris: coque per se, sine humore aliquo,
& per cribrum setaceum manibus expri-
me, & ad spissitudinem iustam coque; ac
sine Saccharo repone, ut medullam Pru-
norum. Poterit qui volet etiam cum Sac-
charo conficere.

Diamarenatum simplex.

R2. Amarena Cerasa quot libuerit; &
cum modico vino coque: cocta per cri-
brum manibus expreme: expressam dein
de pulpa ad spissitudinem coque, & de-
inde

R. Inspissatae pulpæ l' xij.

Sacchari clarificati & inspissati l' viij.

Confice secundum artem.

A M A R E N A E sunt magna Cerasa, gustu vi-
nosa, que Germanice vocantur **Amarillen**, **Am-**
merlinge, & **Amelber**.

Diamarenatum compositum.

R. Diamarenati simplicis iam confecti,
& adhuc calidi l' iiiij.

Cui insperge sequentes species, in mi-
nutissimum pulverem tritas:

R. Cinnamomi

Nucis moschatae ana 3 j.

Zingiberis Galangæ ana 3 iiiij.

Cardamomi Garyophyllorum

Macis Ligni Aloës ana 3 jj.

Confice secundum artem.

Ad hunc modum potes etiam facere con-
fessiones ex Cynosbatis & Cornis, hoc
est, Corni fructibus.

LOHOCH.

Lohoch sanum & expertum
D. Mesiae.

R. Cinnamomi Hyssopi
Glycyrrhizæ ana 3 iiiij.
Luiubas.

Sebe-

Schbesten ana numero xxx.

Passularum enucleatarum

Ficuum siccaturum

Dactylorum pinguium ana 3 ij.

Fœnugræci 3 v.

Capilli Veneris m. j.

Anisi Fœniculi Ireos

Seminis Lini

Calaminthæ ana 3 iiiij.

Coquantur secundum artem in aquæ
clarissimæ l' iiiij. ad consumptionem l'ij.

Colaturæ expressæ adde

Penidiarum l' ij.

Coquantur ad perfectionem: postea
insperge subsequentia minutissime incisa
& tusa:

R. Pinearum mundatarum 3 v.

Amygdalorum dulcium mundatorum

Glycyrrhizæ Tragacanthæ *

Gummi Arabici Amyli ana 3 iiij. *

Ireos 3 ij.

Agitentur omnia simul celerrime, do-
nec albescant.

Tussi vocisque asperitati à frigiditi-
tate natæ auxilio est: crassos in thorace &
pulmone humores extenuat.

Lohoch de Pino D. Mesue.

R. Pinearum 3 ix. *

Amygdalorum dulcium. Ayel-

Avellanarum assatarum

Tragacanthæ Gummi Arabici

Glycyrrhizæ Succi Glycyrrhizæ

Amyli Capilli Veneris

Ireos ana 3 iiij.

Carnium dactylorum 3 xxxv.

A Amygdalorum amarorum 3 iiij.

Mellis passularum Butyri recentis

Sacchari Tabarzeth ana 3 iiiij.

Mellis Tabarzeth 1' iiij. 3 j. 3 iiiij.

Conterenda contundantur, & incidentia incidentia minutissime, & cum melle excipientur.

M E L Tabarzeth est optimum, sincerissimum atque odoratissimum mel, quale ex Dantisco affertur.

P. G. S C H O I.

A Amygd.am. 3 iiij.] Cum Cordis hic perverse 3 ij. posuisset, 3 ij. tantum legendas esse, Euchis quoque adstipulante, dico.

Tussi diuturnæ, difficultati spiritus, & asthamati succurrit: humores in thorace crassos incidit, & extenuat.

Lohoch de Papavere D. Mesue.

R. Papaveris albi 3 xxv.

A Amygdalorum dulcium Pinearum

Gummi Arabici Tragacanthæ

Succi Glycyrrhizæ ana 3 x.

Amy.

Amyli 3 iij.

Seminis Portulacæ Seminis Laetucæ

Seminis Cytoniorum ana 3 iiiij.

Croci 3 j.

Penidiarum albarum 3 iiiij.

Syrupi de Papavere 1' iij.

Omnia contundantur & incidentur, atque cum Syrupo excipientur, secundum artem. Porro iste Syrupus de Papavere sicut debet:

R. Capitum Papaveris albi recentium

Capitū Papaveris nigri recentiū ana 3 vj.

Seminis Laetucæ

Flotum Violarum ana 3 j.

Aqua quantum sufficit, aut 1' viij.

Coquantur, & colatur ad

Sacchari 1' iiiij.

Coquantur ad spissitudinem.

Hoc Lohoch de Papavere appellatur etiam alio nomine Diapapaver.

Iuvat tussim, & gutturis asperitatem à catarrho calido, renui. (quem sputum liquidum indicat.) eum enim coquit, & crassat. Confert etiam febribus ardentiibus, dolenti thoraci, pleuritidi.

Lohoch de Scilla D. Mesue.

R. Succi Scillæ

Mellis despumati ana 1' j.

Coquantur secundum artem.

S C I L L A

S C I L L A propriæ succum non habet, sed musci laginem; quæ sic est colligenda:

R. Scillas crudas tres aut quatuor: eis laminas priuiores, plenas & nitidas, in partes incidunt cultello eburneo: deinde in pila sive mortario fistili aunc lapideo sive marmoreo atterito cum agit aculo, factio ex ligno Guaiaco sive Sancto: & deinde exprime, & utere.

E C L E G M A de Scilla materiam crassam, lentam, coctu difficilem, in partibus respiratoriis expelli facilem strenue reddit; & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem levat.

*Lohoch de Pulmone vulpis
D. Mesue.*

R. Pulmonis vulpini siccatae
Succi Glycyrrhizæ
Seminis Anisi Seminis Fæniculi
Capilli Veneris ana 3 l.
Sacchari clarificati 3 xv.

Conterantur omnia tenuissime, & cum Saccharo excipientur.

A B S T E R G I T & consolidat ulcera pectoris & pulmonis, & præferendum est aliis remediis in phthisi.

* *Lohoch ad Asthma D. Mesue.*

* R. Scillæ affatæ 3 iiij.

Radi-

Radicum Iresos 3 ij.

Hyslopi

Prassii ana 3 j.

Myrrhae rubeæ

Croci ana 3 β.

Cum mellis quantitate sufficienti fiat Lohoch.

AD asthmatum & tussim antiquam valet:
humorem enim crassum tenuat.

LENITIVA ET SOLUTIVA.

Flores Casiae fistula solutiva.

R. Cannas seu siliquas Casiae ponderosas,
& quæ non resonant concusse : aperi eas,
& contentam in eis pulpam seu medullam
cum laminis & seminibus suis diligenter
evacua : exempta proice super invertsum
& angustum cibrum, setis equinis con-
textum. Cibrum deinde pone supra bul-
lientis aquæ vaporem, & averso cochlea-
ris convexo Medullam Casiae hinc & inde
ducito, ut per cibrum paulatim excre-
atur: & si quid excretum est, aut penetra-
verit, confessim subinde auferro, ne plus
quam necesse est de vapore imbibat: idq;
tamdiu facito, donec quantum voles, col-
legeris. Porro cù necessitas requirit, sem-
per

per recentes exprime Casiaæ flores. repositi enim aescunt.

Si quis Casiaæ flores sive pulpam magis solutivam reddere volet, in bullientem aquam proiiciat folia Persici, aut flores Persici, & Prunellorum silvestrium, aut omnia hæc simul. horum enim vapor & distillata aqua solvit alvum, [sed debilibus ventriculis non convenit.]

Mundificat sanguinem, & compescit omnem acuitatem, & sedat sitim, & proprie cum succo Endiviae aut Taraxaci, depurato secundū artem. Mundificat stomachum, & educit cholera & phlegma, sine nocumēto & excessu caret enim mordicatione. Et lenit pectus & guttur, ac resolvit apostemata acuta in eis. Et confert calefactioni renum, sumpta cum diureticis & infusione Glycyrrhizæ; & prohibet generationem lapidis in eis ; & confert febribus calidis.

Diacasia cum Manna.

R. Prunorum Damascenorum ʒ ii.
Florum Violatum m. j. β.
Aqua fontanæ ʒ xvii.

Bulliant secundum artem usque ad medietatis consumptionem: Cola; & in co-latura dissolve
Pulpæ Casiaæ ʒ vj.

Pul-

Pulpæ Tamarindorum ʒ j.

Mannæ optimæ Calabrinæ ʒ ij.

Syrupi Violatum ʒ iiiij.

Sacchari Candi Sacchari Penidii ana ʒ j.

Sacchari Violati ʒ iiiij.

Confice secundum artem.

Pulpa Tamarindorum fit ut Pulpa Casiae, sive flores Casiae.

EST pro delicatis, qui habent stypticum ventrem. non enim est ingratia saporis, nec molesta, sed salubris; lenit viscera, subducit alvum, purgat choleram, & mitigat febres.

Casia extracta sine foliis Senæ.

Bl. Pruna numero xij.

Violatum m. j.

Hordei mundi Anisi Polypodii

Seminis Carthami ana ʒ v.

Capillorum Veneris Thymi

Epithymi ana m. β.

*

Passularum exacinatarum ʒ β.

Seminis Fœniculi ʒ ij.

Seminis Portulacæ

Seminis Malvæ ana ʒ iiij.

Glycyrrhizæ ʒ iiii.

Fiat horum decoctio in sufficienti quantitate aquæ: colentur; in colatura dissolve

Pulpæ Casiae l' ij.

Pulpæ Tamarindorum ʒ j.

Cin-

* Cinnamomi ʒ iij.

Sacchari optimi ℥ j.

Coquantur ad perfectionem secundum
artem.

Casia extracta cum foliis Senæ.

℞. Confectionis Casia extractæ sine fo-
liis Senæ ℥ ij.

Pulveris foliorum Senæ ʒ ij.
Misce secundum artem.

F A C I L E solvit: lenit asperitatem in-
testinorum : removet stypticitatem , &
ventris onus subducit , & morbis chole-
ricis & melancholicis auxilia præber.

Casia extracta pro clysteribus.

℞. Violarum [id est, florum Violarum]

Violariæ [id est, foliorum Violarum]

Malvæ Mercurialis Betæ

Parietariae ana m. j.

Fiat horum decoctione in sufficienti aqua,
cuius beneficio Casia extrahatur , & can-
næ eius interius laventur. Deinde

℞. Pulpæ Casiaæ cum hac decoctione ex-
tractæ & ad spissitudinem coctæ ℥ j.
Sacchari ℥ j. β.

Coque ad perfectionem secundum ar-
tem. Quidam addunt Diacridium , sive
Scammoneam. Sed hoc nemo faciat in-
sciiis Doctoribus Medicis.

P A-

PARIETARIA, videlicet vera, que circa macterias & muros nascitur, sub silicidis testorum; & non silvestris istius herba lutea floribus, que dicitur Germanice Tag vnd nacht.

EST lenitiva ventriculi, & lienis, & est medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione, & omni excessu lende.

Electuarium Lenitivum.

R. Passularum enucleatarum ʒ iiij.

Adianti nigri Violarum

Hordei mundi ana m. j.

Iuiubas Sebesten ana num. xx.

Glycyrrhizæ ʒ β.

Prunorum enucleatorum

Tamatindorum ana ʒ vij.

Fol. Senæ Polypodii ana ʒ iiij.

Mercurialis m. j. β.

Decoquantur secundum artem in suffi-

cienti aqua: cola; & in colatura dissolve

Pulpæ Casiae Pulpæ Tamarindorum

Pulpæ Prunorum Sacchari optimi

Sacchari Violati ana ʒ vij.

Pulveris Senæ ʒ iiiij. ʒ iiiij. β.

Confice secundum artem.

ADIANTUM nigrum, est Capillus Veneris verus, qui Lugduno affertur.

Vsus eius est in febribus humorali-
bus & pleuresi, lenit enim & mollit in-
testina,

LENITIVA,
testina, & delet eorum stypticitatem: fa-
cile solvit sine molestia & læsione chole-
ram phlegmaticam & melancholicam.

*Electuarium Lenitivum de Manna
Nicolai Alexandrini.*

R. Capillorum Veneris

Scolopendriæ [hoc est, Ceterach vocata]

- * Hepaticæ [hoc est, Lichenis] ana ʒ iiij.
- Seminis Cucurbitæ Seminis Citrulli
- Seminis Melonis Sem. Cucumeris
- Violarum ana ʒ j.
- Pruna Damascena num. xx.

Coquantur in aqua ad dimidias, deinde
percolentur cum expressione: in colato
dissolvantur

Mannæ optimæ puræ

- * Sacchari Violacei

* Pulpæ Casiae recens extractæ ana ʒ iiiij.

- * Tamarindorum

Sacchari Rosacei ana ʒ j.

Sacchari albissimi l' iiiij.

Concoquantur ad mellis consistentiam:

postremo species sequentes iniiciantur:

Nucleorum Seminis Melonis

Seminis Cucumeris Seminis Cucurbitæ

Seminis Citrulli Florum Violarum

Florum Nymphææ Seminis Lactucæ

Seminis Scatiolæ

- * Seminis Portulacæ ana ʒ j.

Rha-

Rhabarbari electi

Foliorum Senae ana 3 j. 3 j.
His accurate commixtis & subactis, con-
ficiatur electuarium.

VITRIOL est ad purgandum sanguinem,
ad choleram reprimendam & melancho-
liam; valet etiam ad hepar calefactum; &
corpus universum perpurgat.

*Electuarium de Sebesten D. Barthola-
mai Montagnane.*

R. Sebesten sine nucleis

Prunorum siccorum enucleatorum

Tamarindorum ana 3 v.

Aquæ Violarum 1 j.

Aquæ Iros

Aquæ Anguriæ ana 3 vj.

A

Succi Mercurialis depurati 3 iiiij.

*

Penidiarum 3 iii.

Diapruni simplicis 1 j. β.

Nucleorum seminis Cucurbitæ

*

Cucumeris Melonis

Citrulli ana 3 j.

*

Diagridii 3 iii. β.

*

Caro sive pulpa Sebesten, Prunorum &
Tamarindorum minutissime teratur, &
cum aquis extrahatur. Semina vero minu-
tissime incidentur, & reliquis miscean-
tur: & fiat secundum artem Electuarium.

ANGURIA est Melon magnus, viridis,

I alio

L E N I T I V A ,
alio nomine vocatur Albateca, sive Batega, &
Melon Indicus. Quidam per aquam Angurie
intelligunt succum eius, & non male. nam hic
magis alvum lenit.

P. C. S C H O L .

A [Aquæ Angutiae.] Anguriam esse Melonem
seu fructum magnum, ex viridi & subpallido
foris interstinctum, sive variegatum anguis modo,
unde illi nomen, oblongum, insipidum, cum la-
vore, feminine maiuscule, rubro, una cum Francisci
Alexandrini Apolline existimo, & falli Fuchsium
dico.

C O N F E R T febribus cholericis inter-
polatis, & continuis puris, & sedat acui-
tatem febrium, sitim & vigilias, & etiam
amaritudinem remouendo, & educit ma-
terias acutas à viis urinalibus & vesica.

*Medulla sive Pulpæ Prunorum,
aut Diaprunum simplex.*

Dicitur Prunorum magnorum acetosorum &
vinosorum quantitatem, quam volueris;
& exemptis nucleis in fistili vitreato ma-
gno coquito: deinde per cribrum seta-
ceum exprimoto: expressam pulpam ite-
rum lento igne ad perfectam & iustum
spissitudinem coquito, & sine Saccharo
reponito.

Porro si medullam Prunorum laxati-
vam

vam requiris, ex dulcibus Prunis, aut
Prunis Hungaricis magnis exiccatis con-
ficio.

Medulla Prunorum vinosorum calorem
& sitim in febribus mitigat: & melius
est ut conservetur sine Saccharo, Ceraso-
rum modo inspissata.

Diaprunum compositū, non laxativum

D. Nicolai.

R. Prunorum Damascenorum electorum
[sive Hispanicorum] num. centum.

Coquantur in modica aqua, donec emol-
liantur: excola: deinde decoctum eorum
privatum repones; ipsa vero pruna super
inversum & vasi impositum cribum po-
nuntur, & manibus hinc & inde ducan-
tur, & premantur, donec omnis eorum
pulpa penetraverit, & cutis cum nucleis
tantum remaneat. Collectam deinde pul-
pam, & excolatum eorum decoctum, in
quo bullierit Violarum ʒβ, lento igne ad
spissitudinem coquito. Melius esset, si
Prunorum pulpa per se inspissaretur, & si
cum decocto Prunorum & Violarum Pul-
pa Tamarindorum extraheretur.

Deinde cum inspissaveris,

R. Pulpæ inspissatae ȝ j.

Sacchari clarificati 1' ij.

Pulpæ Tamarindorum

I 2

Pul-

Pulpæ Casuæ ana 3 j.

Agita omnia simul supra ignem : deinde insperge subsequentium specierum pulverem :

Rz. Santali albi Santali rubri

Spodii Rhabarbari

Cinnamomi ana 3 iiij.

Rosarum Violarum

Seminis Portulacæ Seminis Scariolæ

Seminis Berberis Succi Glycyrrhizæ

Tragacanthæ ana 3 ij.

eminis Cucurbitæ Seminis Cucumeris

Seminis Citrulli

Seminis Melonis ana 3 j.

Confice secundum artem.

Dicitur etiam hæc confectio Diadama-
scenum, à Prunis Damascenis, quæ capit.

Quidam ponunt Prunorum non num-
centum, sed l' j. verum male. nam ex Ni-
colao Alexandrino omnes alii hanc com-
positionem desumpserunt.

Quædam exemplaria non habent Cin-
namomum : sed Nicolaus Alexandrinus
idipsū ponit: & nisi ingrederetur Cinnamomi
pondus, confectio hæc esset man-
ca. nam Nicolaus Alexandrinus scribit
totam confectionē habere l'iiij. & f. & sic
est: Impressi tamen codices mendosi sunt,
habent enim P ij. & β. Ita pro ciphra 3.
posuerunt 2, facili errore, non tamen con-
donando.

Nico-

Nicolaus Alexandrinus non ponit semen Cucumeris, nam si posuisset, dixisset confectionem habere p. ij & s. & 3 j. Itaque hæc 3 j. seminis Cucumeris, adiecta est à posterioribus: nihil tamen refert, cum potius conducat.

Per semina Cucubitæ, Cucumeris, &c. debet intelligi exempta eorum medulla. Idque semper intelligendum est, cum pulveres horum seminum ingredientur in confectiones quæcumque.

P. C. SCHOL.

Cinnamomi.] Cinnamomum ex hoc medicamento erronee reicit Fuchsius, cum vetera plura exemplaria id contineant: quod rationibus etiam constare, demonstrari posset.

Datur acutas & peracutas [febres] patientibus, & maxime Causoni & Synocho, in principio, & in augmento & statu ægritudinis. Et sine Diacridio potest exhiberi in omni hora diei: cum Diacridio vero, in aurora matutinali, & cum cautela, quoniam est solutivum forte.

Diaprunum compositum laxativum,
[seu solutivum] D. Nicolai.

R. Diapruni non laxativi adhuc recentis
& calidi l' iiij.

Scammonæ præparatæ 3 ij.
Misce, & repone.

Diacatholicon Nicolai.

R. Pulpæ Casæ fistulæ

Pulpæ Tamarindorum

Senæ mundatæ ana ʒ ii.

Rhatbarbari Violatum Polypodii

* Anisi ana ʒ j.

Penidiatum

* Sacchari Candi ana ʒ j.

Glycyrrhizæ Seminis Cucurbitæ

Seminis Citrulli

Seminis Cucumeris

Seminis Melonis ana ʒ ij.

Conterenda conterantur, & seminum
quatuor maiorum nuclei incidentur: po-
stea omnia simul conficiantur cum sub-
sequenti syrupo:

* R. Polypodii ʒ iiij.

Coquantur in aqua cælesti q.s. addendo
Sacchari optimi P ij.

Nicolaus Alexandrinus hanc confectionem vo-
cat Catholicum, è quo desumpta est: is paulo ali-
ter eam describit: sed quia impressum Nicolai
exemplar in hac confectione valde mendosum est,
malum ex concordi aliorum traditione hanc ad-
scribere.

CONFERT acutis & peracutis mor-
bis. emollit enim, alterat, roburque ad-
dit iecinerosis & lienosis.

Ele-

*Elecluarium Indum maius
D. Mesue.*

R. Cinnamomi Garyophyllorum
Spicæ Indicæ Rosarum
Casiaæ ligneæ veræ [aut succedanei eius]
Macis
Cyperi [videlicet rotundi] ana 3 iiiij.
Santali Citrini 3 ij. β.
Ligni Aloës
Nucis moschatae ana 3 ij. *
Turbith optimi 3 L. [id est, quinqua-
ginta]
Sacchari
Penidiarum ana 3 xx.
Galangæ
Cardamomi maioris
Cardamomi minoris Asari
Masticæ ana 3 j. β.
Diagridii 3 j. 3 iiiij.
Omnia terantur, &c cum oleo Amygda-
lino dulci fricentur, & cum subsequenti
syrupo confiantur:
R. Succi Cydoniorum
Succi Granatorum Succi Apii
Succi Fœniculi, omnium depuratorum
ana 1 β.
Mellis despumati optimi 1 iiij. 3 iiiij. A
Decoquantur succi cum melle ad spissi-
tudinem iustum, secundum artem.

P. C. SCHOL.

A l*iiij.* Z*iiij.*] Cum Mellis triplum ad reliquorum pondera Cordus plerumque requirat, hic Mellis P*iiij.* β. posuerat, ingredientia Sacchara pulveribus ceteris connumerans; quod alicubi tam non efficit. Itaque num Sacchara pulveribus sint annumeranda, ut ea ratione Mel quoque triplicandum sit, nihil hic Fuctus, nihil Dessenius, nihil Apollo fatu dignum; ut nec in Amygdala, Pineas, Dactylos recipientibus medicamentis; cum alioquin futilibus interdum paginas repleant. Ceterum (ut hic id obiter dicam) huius iam narrati dubii, Diaphanicon admodum est controversum, decisio incerta.

E X C R E M E N T A humorum, maxime pituitosorum ac putridorum, è ventriculo & aliis nuttioriis instrumentis educit: crassos in iis etiam fatus dissolvit, malaque hinc nata sanat; verbi gratia, inflationem ventriculi, colicos & renum do-
lores.

*Electuarium Indum minus
D. Mesue.*

A Rx. Turbith optimi Z vj.
Sacchari tantundem Macis
Garyophyllorum Piperis Zingiberis
Cinnamomi electi

Car-

Cardamomi maioris

Nucis moschatæ ana 3 vij.

Scammoneæ correctæ 3 xij.

Mellis optimi despumati triplum, hoc
est 1' ij. 3 j. 3 j.

P. C. S C H O L .

Turbith 3 vj.] Mibi, Dessenio, aliisque A
videtur Cordus hic mutilus, Turbith tantum sex
drachmas huic medicamento indens, centū drach-
mas in Mesue scriptum fuisse dicentibus multis.
Ego vero cum nulla ratione centum drachmas ad-
mittere queam, medicamenti inscriptionis ratione
habita, qua Indū minus appellatur, vix quinqua-
ginta drachmas admittendas esse concedere pos-
sum, ut in Indo maioris : ni in ambabus idem
Scammonii pondus citra controversiam cernere-
tur. De decem tantum drachmis aut duodecim,
deque vigintiquinque drachmis legentibus quibus-
dam exemplaribus nunc nihil dico. Tanta est hoc
in pondere hic varietas.

Interim si Turbith pondus (præter Cordi men-
tem) augetur, angenda quoque erit, pro triplicita-
tiratione, melis quantitas.

HABET intentionem maioris.

Confectio Hamech maior

D. Mesuae.

℞. Myrobal. Citrinorum 3 iiiij.

Chebulorum Indorum

I 5

Rha.

Rhabarbari ana 3 ij.

Agarici Colocynthidis

Polypodii quercini ana 3 xvij.

* Absinthii Thymi

* Senæ ana 3 vj.

Violarum 3 xij.

Epithymi 3 ij.

Anisi Fœniculi

Rosarum ana 3 vj.

Succi Fumi terræ P j.

Pruna num. ix.

Passularum maiorum ebuleatarum 3 vj.

Infundantur omnia in seri quantitate sufficiente, & ponantur in vitroato vase angusti orificii, bene obturato, & dimittantur per dies quinque, [aut tres potius.] Postea ad ignem ferveant una atq; altera ebullitione: deinde colentur. In parte colaturæ dissolve

Pulpæ Casiæ 3 iiiij.

* Pulpæ Tamarindorum 3 v.

Mannæ 3 ij.

Agitentur simul, & adiiciatur

* Sacchari in altera colaturæ parte clarifi- cati l j. β.

Coquantur simul ad mellis spissitudinem: deinde aspergatur subscriptarū specierum pulvis:

Scammonæ bonæ 3 j. β.

Myrobal. Citrinorum Chebulorum Indorum ana 3 β.

Belle.

Bellericorum Emblicorum

Rhabarbari

Seminis Fumi terræ ana 3 iii.

Spicæ Nardi Indicæ

Anisi ana 3 ii.

Confice secundum artem.

MORBIS omnibus ex flava bile &
pituita salsa natis, nempe impetigini, sca-
biei, elephantiae & cancro succurrit. In
summa, omni fœditati cutis à biliosis, &
adustis humoribus procreatæ convenit.
[Melancholicis quoque utiliter datur.]

Confectio Hamech minor

D. Mesux.

Rx. Myrob. nigrorum [id est, Indorum]

Chebulorum

Epithymi ana 3 L.

Fumi terræ Absinthii ana 3 xx.

Thymi Calaminthæ

Polypodii quercini

Agarici Glycyrrhizæ

Buglossæ ana 3 x.

Succedulos Arabicæ

Chamædryos [videlicet vere]

Chamæphytos [id est, Iva moschata]

Bedeguatis [eius loco sume Carduum benedi-
ctum]

Anisi ana 3 v.

Piuna Iuiubas

I 6

Sebe-

Sebesten ana num. lxx.

Passularum enucleatarum ℥ j.

* Decoquantur in aqua sufficienti usque ad tertias. Colentur, & colatur addantur Sapæ ℥ ij.

Mellis despumati ℥ j.

Scammonæ correctæ ʒ ij.

Coquantur lento igne usque ad mellis spissitudinem.

P U R G A T Melancholiæ, & ustos humores alios: ob id confert mania, melancholiæ, vertigini, oblivioni, & vitiis cutis, qualia sunt pectora, id est, scabies, morphæa, cancer, elephantia, impetigo, & morbus Gallicus.

Diaphænicon D. Mesuæ.

R. Dactylorum Hieron enucleatorum, ac tribus diebus in aceto maceratorū ʒ ij ʒ ij. Penidiarum ʒ ij. ʒ ij.

Amygdalorum [dulcium] ʒ v.

Turbith ʒ v. ʒ ij. β.

* Scammonæ [i. Diagridii] ʒ ij. aliis ʒ iij. ʒ ij.

* Zingiberis Piperis longi Foliorum Rutæ

Cinnamomi Macis Ligni Aloës

Anisi Fœniculi Dauci

Galangæ ana ʒ j. ᷄ v.

A Mellis despumati triplum, hoc est, ℥ j.
ʒ iij. ʒ vj.

Fiat

P. C. SCHOL.

Mirum est in hoc tam frequentius usus, tamque dubiosa atque difficilis compositionis medicamento, adeo ut etiam à duobus Pharmacopeis vix eodem concinnetur modo, mirum, inquam, hic sileat, nihilque scrii dicere (ut Fuchsius sileat) Francisc. Apollinem, eundemque tam insipidum esse, ut quid per Amygdala absolute hic posita, intelligendum; quantum Scammonii (nam admodum diversa est lectio) quantum Mellus, in quo hoc loco grandior, quam in quovis alio medicamento, cardo versari deberet, sumendum sit, nihil Apolline dignum proferat, aut ridicula indicet atque scribat: cum tamen plurimis locis, verborum ac vocum inanum multas myriades temere ac futiliter effundat. Quoniam vero (quantum ad Mellus quantitatem attinet) se neq; hic universalis regula abutitur dicat Franciscus: per quam si Mellis triplum intelligat, nonne libra novem Melis his sumenda erunt, admodum à tribus procul? Num igitur ad auctoris mentem compositionem hanc se restituuisse, ut inquit, gloriari debet? Hunc itaque, hunc Apollinem consulat Pharmacopœus oportet, ut radiis eiusdem illuminatus (nam undique fere est sibi similis) undequaque etiam cæcitat atque exorbitet.

Febris compositis & diurnis auxiliatur. Bilem enim flavam & pituitam ducit, Colicis cruciatibus mitifice confert.

Diaphœnicon in forma solida.

Rx. Dactylos infuso's in aceto tribus die-
 bus ac noctibus numero vij.
 Seminis Ligustici 3 ij.
 Pineorum nucleorum
 Amygdalorum dulcium ana 3 xv.
 Turbiti 3 xij.
 Diagridii 3 xij.
 Sacchari Candi 3 ij.
 Piperis longi Zingiberis .
 Foliorum Rutæ
 Cinnamomi Macis Fœniculi
 Anisi " Dauci Galangæ
 Ligni Aloës ana 3 j.
A Sacchari p j.
 Fiat confectio in rotulis, secundum ar-
 tem.

Ista confectio solida Diaphœnicum plerisque
medicis est usui.

P. C. S C H O L.

A] p j.] Mutilum in hac Sacchari quantitate
 esse Cordum, si ad precedentis Diaphœnicæ
 aliasve cum Saccharo paratorum medicamen-
 torum rationes contuleris, necesse est; Typogra-
 phi forsitan vitio. In eandem nihilominus na-
 sam satis imprudentor, immo pueriliter ceci-
 dere

dere Fuchsii & nonnulli alii: ita cactus caco duce
labitur.

Diasena D. Nicolai.

R. Senæ ʒ iiij.

Avellanæ tostas num. L.

Sericæ tosti ʒ ij.

Lapidis Armeni loti ʒ j.

Lapidis Lazuli loti ʒ iiij.

Sacchari ʒ vj.

Cinnamomi ʒ j.

Garyophyllorum Galangæ Pipetis

Spicæ Nardi Indicæ Ocymi

Foliorum Garyophyllorum

Cardamomi

Croci Zingiberis Zedoariæ

Florum Rorismarini

Macropiperis ana ʒ ij.

Mellis despumati P ii.

L A P I S Armenianus, est similis lapidi Lazulo, sed non est tantopere caruleus, sed magis viridis.

F O L I A Garyophyllorum sunt similia foliis Lauri, & odorem atque saporem habent Garyophyllorum: eorum loco sume Garyophyllos ipsos.

Succurrit melancholicis, mania vexatis, & quartana tristitiaque affectis, lie nosis, & omnibus malis ex atrabile pro creatis.

Bene-

Benedicta laxativa D. Nicolai.

R. Turbith electi

Sacchari ana ʒ x.

A Diagridii Esulæ Hermodactylorum

Rosarum ana ʒ v.

Garyophyllum

Spicæ Nardi Indicæ

Zingiberis Croci

Saxifragiæ Macropiperis

Amomi [sumatur Acorus verus eius lico, vel

Calamus aromaticus.]

Cardamomi minoris Seminis Apii

Salis Gemmei Galangæ Macis

Carvi Fœniculi Seminis Asparagi

Seminis Rusci [id est, Brusci]

Granorum solis [id est, Miliis solis] ana ʒ j.

Mellis despumati optimi triplum, hoc
est, 1 j. ʒ v. ʒ v.

Confice secundum attem

Per semen Asparagi & Rusci intellige carnem
& pulpam eius reiectus nucleis offeis.

P. C. S C H O L.

A Esulæ.] Nulla pœctio placent Fuchsii aliorum-
que sententia, hic Esula æx. esse sumendas arti-
trantium, etenim cum Credo ʒ v. sufficere bona
ratione dico. Brevis undique esse cogor.

H U M O R E S pituitosos, potissimum
ad articulos decumbentes, elicit. A reni-
bus quoque & vesica purgat.

Electua.

*Electuarium Eleschof, sive Episcopi
D. Mesue.*

R. Scammoneæ Antiochenæ [vel Dia-
gridii]

Turbith optimi ana 3 vj.

Garyophyllorū Cinnamomi Zingiberis

Myrob. Emblicorum Nucis moschatæ

Polypodii ana 3 ij. β.

Sacchari 3 vj.

Mellis despumati triplum, id est 3 x. 3 j.

P. C. S C H O L.

Sacchari 3 vj.] Præter exempla ex Mesue,
præterque rationes, Fuchsius & Franciscus A-
lexand. hic 3 vj. legunt.

B R E M flavam & pituitam elicit: fla-
tus quoque expellit: doloribus articulo-
rum, laterisque prodest, itemque colicis
cruciatis: ad renes etiam & vesicam de-
cumbentes humores expurgat.

Electuarium de Psyllio D. Mesue.

R. Succi Buglossæ domesticae

Succi Buglossæ agrestis Succi Endiviæ

Succi Apii, omnium coctorum & despumato-
rum ana 1 ij.

Succi Fumi terræ 3 iii.

In quibus macerentur per xxiiij. horas
subsequentia:

R. Cu-

Rx. Guscute Anisi Senæ ana 3 fl.
Capilli Veneris m. j.

A Afari 3 iiiij.

Spicæ Nardi Iadicæ 3 ij.

Bulliant aliquantulum, adiiciendo

Violarum 3 iiij.

Epithymi 3 ij.

Hæc postquam modice bullierint, co-
lentur: & colaturæ iniiciantur
Psyllii seminis integri 3 iiij.

Macerentur per xxiiij horas, singulis
horis agitando: deinde sume expressæ à
Psyllo mucilaginis P. iiiij.

Sacchari albissimi P. ij. β.

Coquantur lento igne ad perfectionem,
addendo pulveris

* Trochiscorum Diarhodon
de Spodio

de Rhabarbaro ana 3 j.

de Berberis 3 β.

* Scammonii in Cytonio malo cocti 3 iiij.
Confice secundum artem.

Per Buglossam domesticam potes intelligere
Braginam, vel magnam illam Italicanam Bu-
glossam.

P. C. SCHOL.

A Afari 3 iiiij.] Sic legendum esse, rite quique
Fuchsias monet. Cordus enim; Afari, Spica
ana 3 üppererambic legebat.

FLAVAM bilem evocat, febribus ar-
dentibus & curatu difficultibus auxiliatur:

ut

ut & dolori capitis, vertigini à bilioso-
rum humorum evaporationibus procrea-
tis, morbo regio, & iecori supra modum
calefacto.

Electuarium Rosarum D. Mesiae.

R. Succi Rosarum rubearum perfectarum
P. iiiij.

Sacchari Tabarzeth [id est, albi] P. j. f.

Mannæ puræ & recentis ʒ vj.

Scammonæ Antiochenæ ʒ j. f.

Coquantur sensim ad ignem mollius-
culum, dum ad mellis consistentiam us-
que densescant: deinde insperge

Trochis corum de Spodio ʒ j.

Trochis corum de Betberis ʒ iiiij.

Galliae moschatæ veræ

Croci ana ʒ ij.

Reponatur in vase vitro.

E T cholagogum clemens: ob id sa-
lubre biliosis affectibus, arthritidi cali-
dæ, cephalalgiaæ calidæ, vertigini, oculo-
rum dolori, ictero.

Electuarium de Succo Rosarum.

D. Nicolai.

R. Succi Rosarum rubratum

Sacchari albissimi ana P. j. ʒ iiiij.

Diagtidii ʒ j. ʒ iiiij.

San-

222	LENITIVA,
Santali rubi	Santali albi
Santali citrini	ana 3 vj.
Spodii de Ebore	3 iiij.
Caphuræ	3 j.

Succus Rosarum cum Saccharo ad iustum consistentiam coquatur; deinde tritæ species adiiciantur.

Hæc compositio potest fieri in forma solida.

Expellit flavam bilem citra molestiam: ad morbos articulorum ex biliosis & calidis humoribus natos, ad febresque tertianas confert.

Diaturbitum cum Rhabarbaro

D. Montagnana.

R. Turbitum optimi	
Hermodactylorum	ana 3 j.
Rhabarbari	3 x.
Diagridii	3 iiij.
Santali albi	Santali rubri Violarum
Zingiberis	ana 3 j. β.
Masticæ	Anisi Cinnamomi
Croci	ana 3 β.
Sacchari albissimi triplum,	hoc est P. j.
3 ii.	3 ij.
Potest fieri in liquida & solida substâria.	
E s t Cholagogum, Phlegmagogum, &	
Melangogum. [Verminosis & hydropicis utile.]	

Di-

*Diaturbith maius D. Petri de
Tussignano.*

R. Turbith optimi ʒ j.

Diagridii

Zingiberis ana ʒ iiiij.

Cinnamomi

Caryophyllorum ana ʒ ij.

Galangæ Piperis longi

Macis ana ʒ j.

Sacchari albissimi ʒ viij. ʒ v.

EDUCIT phlegmaticos humores, &
purgat, & calefacit.

*Diaturbith minus ZeZaris, ex Mesue **
c.ap. de Turbith.

R. Turbith albi & gummosi ʒ x.

Zingiberis ʒ v.

Masticæ ʒ iiiij.

Sacchari albissimi ʒ vi. ʒ vi.

LEVITER purgat phlegma à stomacho.

*Diacarthamum D. Arnoldi A
de Villanova.*

R. Specierum Diatragacanthi frigidi ʒ β.

Pulpæ Cytoniorum ʒ j.

Medullæ seminis Carthami ʒ iiiij.

Zingiberis albi ʒ ij.

Dia-

Diagridii 3 ij.

B Turbith 3 vj.

* Mannæ granatæ 3 ij.

Mellis rosati colati 3 j.

* Hermodactylorum 3 iiiij.

Sacchari albissimi 3 x. 3 iij.

Fiat in liquida substantia.

Cum autē species reservare volueris, mēl
rosatum non convenit addere.

P U L P A sive caro Ceytoniorum hic requiritur
exsiccata.

P. C. SCHOL.

A Diacarthamum.] Cum apud diversos aucto-
res diversimode legatur Diacarthami descriptio,
atque hanc quoque ab Arnoldi variare dicat
Franciscus Alexander; Arnoldo tamen hanc ac-
ceptam feremus, tantisper dum eiusdem genuinam
descriptioē Franc. Apollo in Arnoldi nobis libris
comprobaverit. Interea quoniam hanc utilē
repererint multi, eam confidere Officina possunt.

B Mannæ 3 i.) 3 ij. hic legi debere vel pueri
animadverterent. ita ut à tot tantisque viris (qui
alioquin se satis emunctæ naris esse putant) id
non esse olfactum, stupescam. Sed innumera hu-
iuscmodi hocce in libello restituta conspicias, ab
aliis ne cogitata quidem; quorum rationes in
alium tempus servamus.

P R O D E S T in evacuatione cholerae &
phlegmatis.

Hiera

Hiera Picra simplex D. Galeni. A

R. Cinnamomi

Xylobalsami [aut succedanei eius]

Afari Spicæ Nardi Indicæ Croci

Masticæ Chiæ ana 3 vj.

Aloës non lotæ 3 c.

Mellis despumati l' iiiij. 3 iiij.

Cum hæc confectio magis confortativa
quam solutiva esse debeat, cum aloës lota
conficienda est.

P. C. S C H O L.

Ut ex ipissima Galeni mente confectio hæc pa. A
retur, qualique modo à peritis medicis hodie confici
iubetur, Croci 3 v. & Aloës 3 xc. tantum im-
ponenda sunt.

CONTRA biliosos, putres, marcidosque
humores, qui ori ventriculi insederunt,
remedio est; item iis quorum facie pallor
decoloravit: iis quoque quorum oculis
obiectæ culicum aut pilorum imagines
obversantur. Alvi recrementa mediocriter
movet, ad iecur usque progredientur: laedit
quibus iecur calidius exhibet negotium;
& stomachum iuvat.

Hiera picra cum Agarico.

R. Specierum Hieræ simplicis sine Aloë

Aga-

216 LENITIVA,
Agatichi Trochiscati ana ʒ iiiij.
Aloës non lotæ ʒ j.
Mellis despumati ʒ vij.

Hiera Picra composita D. Nicolai.

R. Cinnamomi
Spiceæ Nardi Indicæ
Croci Schoenanthi Afari
Xylocasix
Xylobalsami } quorum loco sumantur succedentes
Carpobalsami } danea, ut supra.
Violatum Absinthii Epithymi Agatichi
Rosarum Turbith Colocynthidis
A Masticæ ana ʒ ij.
Aloës non lotæ ʒ x. ʒ ij.
Mellis despumati ʒ viij.

P. C. SCHOL.

A Ana ʒ ij.] Fuchsius ana ʒ β. legi vali, Cor-
dum reprehendens; cum in idem recidant: con-
cluduntur enim simplicia omnia unio ana: ɔ,
Aloës ad pondus omnium, legunt Nicolai exem-
plaria. Inanis itaque est Fuchsii reprehensio.

FACIT ad diversas capitis, & aurium,
& oculorum distemperantias: stomachū
quoque optime purgat: affectiones hepa-
tis emendat: splenis duritiem & densitatem
emollit & extenuat. Renibus & vesicæ
prodest, & matricis distemperantium
emendat.

Hiera-

*Hieralogodium, seu potius Hiera
Logadii, D. Nicolai.*

R. Pulpæ Colocynthidis
Polypodii ana 3 ij.
Euphorbii Polii montani minoris
Cocci Gnidii ana 3 j. & 6 vj.
Absinthii
Myrræ Troglodyticæ ana 3 j. & xij.
Centaureæ minoris Agarici
Hammoniaci
Folii [aut succedanci eius]
Spicæ Nardi Indicæ Scillæ affatæ
Diacridii ana 3 j.
Aloës Comatum Thymi
Casiæ ligneæ Chamædryos Bdellii
Prassii ana 3 ij. & xijij A
Cinnamomi Opopanaxis Castorei
Aristolochiæ longæ Leucopiperis
Macropiperis Melanopiperis Croci
Petroselini Macedonici
Sagapeni ana 3 β.
Hellebori nigri
Hellebori albi ana & vj.
Mellis despumati triplum, hoc est 3 x. *
3 iij. 3 j. & iiiij.

Quedam exemplaria habent Colocynthidis
3 ij. sed maximo errore: nos itaque veram compo-
sitionem Nicolai Alexandrinis sequimur, qui ha-
bet hanc proportionem.

K

Coc-

B Coccii Gnidii debent esse 3 j. β. & xij. si Alexandrinum Nicolaum sequi volumen impressum, qui habet 3 xvij. & haec compositio habet decimam partem Nicolai: itaq; si 3 j. β. & xij. multiplicantur per decem, erunt 3 xvij.

Nota 3 ij. & xij. sunt decima pars drachmarum novem: in Nicalao autem Alexandrino impresso non novem, sed undecim legitur: sed hoc factum est vitio libravorum, xi. pro ix. ponentium, quoniam impressus codex pro xj. habeat 11. id est undecim per cipras scriptum. Quod autem legendum sit ix. & non xj. indicat degradatio ponderis in tota hac confectione.

P. C. S C H O L.

A 3 ij. & xiiiij.] Fuchsius sinistre ex Myrepsō legit hic 3 j. tantum.

B Coccii Gnidii debent esse 3 j. β. & xij.] In Nicol. Alex. non advertit mendam Cordus. Non enim 3 xvij. sed 3 xvij. legendum esse, & ratio & Myrepsus Fuchsii docent: quare in contextu 3 j. β. & vj. recte à Cordo posita sunt, prater suam ipsiusmet existimationem.

E X T E R M I N A T diuturnas & inveteratas passiones, id est, maniam, & omnes melancholias atq; epilepsias. Scotomati-
cos, id est vertiginosos & spumantes, ca-
ducos, & qui sibi præmordent linguam,
cephalalgicos, hemicranicos, & qui ita
vexantur ex capitalibus commotionibus,

ut

ut videantur quasi dæmoniū habere, qui appellantur spatici, data purgat, ne incendium aut lipothymi ageneretur corpori, quod suprascriptis passionibus subiaceat; quibus inviris etiam medetur. Paralyticis & tremulis subvenit. Datur indigestis, cardiacis, pleuriticis, hepaticis, spleneticis. Elicit menstrua. Nephriticos, arthriticos, & ischiadicos sublevat: Vena & venenatas passiones & morsus admodum persanat: Lepras & varias zermas emendat. Est autem sine ullo periculo; neque alias molestias infert accipientibus: daturque de ea ter in mense pondus drachmarum trium, cum mulſe cyathis iij. & salis cochleari.

*Hiera Packii, ex descript. Nicolai
Alexandrini.*

R. Stœchados	Marrubii
Chamædryos	Agarici
Celocynthidis	ana $\frac{m}{z}$ $\frac{x}{z}$.
Opopanaxis	Sagapeni
Petroselini	Maliterræ
Piperis albi	ana $\frac{m}{z}$ $\frac{v}{z}$.
Cinnamomi	Spicæ Nardi
Myrræ Folii	
Croci ana $\frac{m}{z}$ iiiij.	
Mellis despumati triplū, id est $\frac{m}{z}$ cclxxxv.	
qui faciunt l' iij. $\frac{z}{z}$ iiiij. $\frac{m}{z}$ v.	
Arida omnia in tenuissimum pulvere in	
K. z	tundi-

tundito. liquores vero, opopanax, sagapenum, elesta & pura in mortario tundito, deinde in ferventi mortario cum melle despumato ferventi adhuc unito, ac reliquis misceto, cum omnino levigata fuerint. Cum vero mel ad dissolvendos hos liquores accipies, de supra scripta quantitate sumito, nihil addendo.

M A L U M terra, id est, radix Aristolochiae rotunda vera.

Scribonius Largus mirum in modum effert huius Hierae virtutes, quemadmodum etiam Marcellus. Itaque non abs re fuerit tuto ea uti, cum & nos eis efficaciam aliquoties experti sumus.

* hec nota significat Romanis scriptoribus denarium. Est autem denarius pondus Romanum, drachma paulo gravius. Nam drachme octo faciunt unciam, cum denarii septem constituant unciam: non raro tamen indifferenter pro drachma accipitur, sed male.

Compositio haec sanat morbo comitia- li correptos, furiosos, scotomaticos, cephalalgicos: facit ad depravata in utramlibet partem. Ad Tetanum, & Cynicum spasnum, præcipue vero ad pectoris & lateris dolores prodest, ex qualibet causa factos sive latente & occulta, sive manifesta. Præterea nervorum tensionibus mirifice convenit: Prodest ad articularem morbum, ad spinæ totius & lumborum dol-

dolorem. Duritias in mammis mulierum cum dolore consistentes, ex toto interdum fauat. Ad stomachicos evidenter convenit. Remediat enim eos quibus frequenter aescit cibus, aut assidue nauseant, aut saliva abundant: præcipue vero Melancholicis benefacit, &c.

*Catharticum Imperiale D. Nicolai
Alexandrini.*

R. Diagridii
 Sacchari ana 3 viij.
 Cinuamomi Nardi
 Saxifragiæ
 Polypodii ana 3 iiiij.
 Garyophyllorum
 Zingiberis
 Célticæ [id est, Spica Céltica]
 Mactopiperis Melanopiperis
 Cardamomi
 Amomi [eius vice sume nostrum Calamum aromaticum] ana 3 iiij.
 Mellis despumati 1 j. 3 iiiij. 3 vij.

S A X I F R A G I A, quam Græci describunt,
 medium habet figuram, & magnitudinem inter
 Palegium & Thymum. Germanice vocatur Stin-
 plei, [aut Scimpolyei.]

C A P U T optime purgat, os bene olens
 reddit: ex stomacho & toto corpore u-
 tramque bilem deducit.

K 3

Pul-

*Pulvis medicaminis Turbith**D. Avicenne.*

R. Zingiberis albi

Masticas ana 3 x.

Turbith subtiliss. pulverizati 3 x.

Sacchari Tabarzeth quantum eorum est.

Commisceantur.

PURGAT humores phlegmaticos: datur pueris, mulieribus, senibus, & humidis, delicatis & otiosis.

*Pulvis Senæ preparata**D. Montagnana.*

R. Senæ mundatæ 3 xij.

Zingiberis

Macis ana 3 iiij.

Cinnamomi

Tartari ana 3 j. f.

Hæc in pulverem redacta commisceantur.

Dosis 3 j. antecœnam.

PURGAT caput mirabiliter.

Pulvis aut Tragea laxativa.

R. Turbith 3 j.

Zingiberis Cinnamomi

Masticas Galangæ

Cardamomi minoris.

Garyo.

Garyophyllorum

Anisi Hermadactylorum

Diagridii ana ʒ β.

Foliorum Senæ ʒ ij.

Sacchari ʒ iiij.

Misceantur in pulverem contrita.

Purgat choleram, phlegma & melan-

choliam.

Pulvis Sternutatorius.

R. Radicum Pyrethri ʒ j.

Castorei ʒ β.

Hellebori albi

Hellebori nigri ana ʒ j.

Maioranæ m. j.

Misceantur: fiat pulvis lege artiss.

Nasalia.

R. Calaminthæ

Maioranæ Radicis Ireos

Seminis Nigellæ Castorei

Seminis Staphylagriæ ana ʒ j.

Hellebori albi Pyrethri

Nucis moschatæ Myrrhæ rubææ

Euphorbii ana ʒ ij.

In pulveres singula conterantur: dein-
de cum Ladani ʒ vj. & melle modico
formentur nasalia.

SUPPOSITORIA.

Suppositoria simplicia conficiuntur ex melle & sale simul coctis ad debitā cras- fitiem.

Species ad Glandes, aut Suppositoria acuta confienda.

R. Hellebori albi
Granorum Cologynthidis ana ʒ j. s.
Efulæ præparatæ
Hermodactylorum ana ʒ j.
Specierum Hieræ pīcræ simplicis Galeni
ʒ ij.
Miscantur pulverizata.

PILULÆ.

Pilula Alephangina D. Mesue.

R. Cinnamomi Cubebatum
Ligni Aloës
Calami aromatici Macis
Nucis moschatæ
Cardamomi
Garyophyllorum Afari
Masticæ Schicenanthi
Spicæ Indicæ
Carpobalsami [ant succedanei eius] ana ʒ j.
Ab-

Absinthii siccii Rosarum ana 3 v.

Conterantur grossio modo, & infundantur in aquæ ℥ duodecim, & coquantur lento igne in duplici vase, usque ad consumptionem duarum partium, id est, ad remanentiam tertiae partis. deinde exprimantur fortiter; & colentur. In colaturæ ℥ duabus dissolve Aloës Succotrinæ multoties in vitro vase lotæ, cum aqua pluviali, & iterum siccataæ, ℥ j. agitentur simul continue in Sole: deinde addantur pulveris Myrræ, Mastiches ana 3 v. Croci 3 iii. Deinde quod reliquum est colati decocti ex aromatibus, etiā affundito, & exiccentur ad Solem vel in stufa, admiscendo subinde quod densatum est, liquido: & linneo puro vas obtegatur adversus incidentium muscarum & soridum iniurias. Postremo reponatur massa, & fiant Pilulæ parvæ, cum necessitas requirit.

PILULÆ Alephanginae compositæ sunt à Mesue, ut confortent potius stomachum & cerebrum, quam ut aluum ducant. Propterea Aloëntoties totam requirunt, & nullum solutivum medicamentum eis admisceret, sed confortantia omnia, nisi quis solm Asarum excipendum esse contendat.

Iste Pilulae ubique sunt in frequenti usu, sed rarissime ut decebat conficiuntur. nam detrahunt pondri & numero aromatum, & augent

pondus Aloës: quidam etiam impurissimam Aloën admiscent, aut ipsius Aloës sordes. Porro miror cor Mesue iubent ut decoquuntur aromata, cum tamen omnia aromata tenuisimis constent viribus, qua facile inter decoquendum resolvuntur: adeo etiam, ut deinde ipsum decoccum aut colatura, prorsus non sapiat aromata que in cocta fuerant. Sed quia ita preparari hanc massam voluit Mesue, in nullare immutabimus eius placitum.

Quidam confectioni huius massa Pilularum Alephaninarum consulentes, dimidiā aromatum partem cum aqua decoquunt, & Aloën in colatura dissolvunt: alteram autem partem aromatum in minutissimum pulv're redactam, inter exiccatum massam admiscent; non absurdum ratione, si aromata decoctionem sustinerent.

VENTRICULUM, cerebrum, & sensoria humoribus crassis, putridis, putrefactis purgant, & inde natum dolorem dissipant: ventriculum roborant, & concoctionem eius iuvant.

Pilula Affaieret D. Avicenna.

℞. Specierum Hieræ picræ, descriptione Galeni ʒ j.

Masticæ

Myrobal. Citrinorum ana ʒ p.
Aloës optimæ ʒ ij.

Syrup-

Syrupi de Stoechade q. s.

Fiat Massa.

BILEM flavam & pituitam sine modestia è ventriculo potissimum vacuant.
Quapropter iis qui caput è ventriculo dolent, convenient; nec non in subtilibus catarrhis.

Pilula Arabica D. Nicolai.

R. Aloës optimæ ʒ. iiiij.

Radicis Bryoniae

Myrobalanorum Citrinorum

Myrob. Chebulorum Myrob. Indorum

Myrob. Bellericorū Myrob. Emblicorum

Masticas Diacridii Afari

Rosarum ana ʒ. i.

Castorei ʒ. iiij.

Croci ʒ. i.

Succi Fœniculi q. s.

Fiat Massa.

VALENT ad capitis dolorem, vertiginem, hemicraniamque. Lætitiam generant, mentisque vigorem conservant. Visum acuunt, auditumque amissum reparant: Ac stomachum à vitiōsis humorigibus purgant.

Pilule Arthritica, sive Arthetica,

D. Nicolai.

R. Hermodactylorum Turbith

K' 6

Aga-

- * Agarici ana 3 iiiij.
 * Colocynthidis Casia lignæ veræ
 Spicæ Nardi Indicæ
 Garyophyllorum
 Xylobalsami [*aut succedanei eius*]
 Carbobalsami [*aut succedanei eius*]
 * Macis Galangæ
 * Zingiberis Mastiches
 * Assæ festidæ Fœniculi
 Anisi Saxifragæ
 Seminis Asparagi
 Seminis Rusci [*ide est, Brusci*]
 Rosarum
 Granorum solis [*id est, Milii solis*]
 Salis gemmei ana 3 β.
 * Scammonii 3 i.
 Aloës optimæ ad pondus omnium
 Succi Fœniculi q. f.
 Fiat Massa.

Ex Asparagi & Rusci seminibus tantum pulpa illa carnoſa accipi debet, abiecit cornuſus seu offeſis seminibus, idque ſemper eſt obſervandum.

VALENT ad podagram, aliosque articulorum dolores.

Pilulae de Agarico D. Mesue.

- * 12. Agarici 3 iiij.
 * Iteos
 Praſſii ana 3 j. Turbith 3 v.
 Hieræ picræ 3 iiiij.
 Colo-

Colocynthidis

Sarcocollæ ana 3 ij.

Myrrhæ 3 j.

Sapæ quantum sufficit.

Fiat Massa.

Ego consulcrem, ut Hiera picra nondum melle
commixta accipereatur, hoc est, species eius aroma-
tica cum Aloë tantum mixta: intelligenda au-
tem est Hiera picra simplex Galeni.

S A P A est mustum optimum, ad tertias do-
coctum.

Auxiliantur asthmaticis, & aliis thora-
cis vitiis à crassis & pituitosis humoribus
natis.

Pilulae Aureæ D. Nicolai.

R. Aloës Diacridii ana 3 v.

Rosarum

Seminis Apii ana 3 ij. β.

Anisi Feniculi

Masticæ ana 3 j. ♂.

Croci

Pulpæ Colocynthidis ana 3 j.

Mucilaginis [seu infusionis] Tragacan-
thæ q. ℥.

Fiat Massa.

C A P U T expurgant, aciem oculorum
exacuant, fatus ventriculi & intestino-
rum dissolvunt, ac citra molestiam alvum
deiciunt.

Pilula Aggregativa D. Mesue.

- R. Myrobal. Cittinorum
Raved. Seni ana 3 iiiij.
Succi Eupatorii
* Succi Absinthii ana 3 iiij.
Diacridii 3 vij.
Myrobal Chebulorum
Myrobal. Indorum
Agarici Colocynthidis
Polypodii ana 3 ij.
Turbith optimi
* Aloës ana 3 vij.
Masticus Rosarum
Salis gemmei Epithymi
Anisi Zingiberis ana 3 j.
Electuarii de succo Rosarum Mesue q. s.
Fiat Massa.

R A V E D Seni, id est, Rhabarbarum Orientale optimum.

S U C C I Eupatorii & Absinthii debent esse inspissati, ut Aloë.

Per Eupatorium hoc loco intelligendum est Eupatorium quod Mesue describit, quod idem est cum Gratiola. Germanice vocatur Weysswurz: copiose nascitur ad Albin. igitur hic erit faciens eius succus.

V A L E N T ad diuturnas febres, & vicia capitis, ventriculi & iecinoris. Humeros ite biliosos & pituitosos educunt.

Pili-

Pilulae Benedictæ D. Nicolai.

R. Specierum Benedictæ laxativæ ʒ vj.
Mellis Rosati quantum sufficit.

Fiat Massa.

HUMORES pituitosos, potissimum
ad articulos decumbentes, eliciunt : à re-
nibus quoque & vesica purgant.

*Pilula Cochiae D. Rhasis, 9. ad
Almansorem.*

R. Specierum Hieræ picræ Rhasis ʒ x.
Colocynthidis ʒ iii. Ə j.
Scammonæ ʒ i. β.
Turbith Stochadis ana ʒ v.
Syrupi de Stochade quantum sufficit.

Fiat Massa.

STOECHAS cum simpliciter & indefinite
ponitur, semper est intelligenda Stochas Arabica.

Cephalicæ [Pilulæ] rectius appellan-
tur, quod scilicet caput magna efficacia
expurgent, ex eoque ac nervis humores
crassos evacuent.

*Hiera picra Rhasis, 9. ad Almansor,
ad faciendum Pilulas Cochias.*

R. Rosarum rubearum
Spicæ Nardi Indicæ Mastiches
Xylo-

Xylobalsami [aut succedancie eius]

Carpobalsami [aut succudanei eius]

Cinnamomi

* Xylocasianæ veræ [id est, Casia lignea]

Asari [videlicet radicum eius] ana 3 j. 6 vj.

Aloës 3 vj. 3 ij.

Fiat Pulvis.

Pilulae de Colocynthide D. Mesiae.

Rz. Pulpæ Colocynthidis 3 vj.

Myrobal. nigiorum [id est, Indorum]

Myrobal. Citrinorum

Sagapeni Bdellii mollis

* Sarcocolla ana 3 v.

Aloës 3 viij.

Nigellæ Cymini Carmenii

Origani Persici

Nasturtii albi Salis gemmei

Absinthii ana 3 j.

Succi Porti quantum sufficit.

Fiat Massa.

C Y M I N U M Carmenum, id est, Orientale,
ex Carmenia regione.

O R I G A N U M Persicum, -idem est quod
Creticum Origanum, & est Majorana simile.

N A S T U R T I U M album, id est, Thlaspi,
Germanice Wegekressen: significat etiam Mer-
vetich.

V A L E N T ad affectus piritosos &
mæncholicos, ut alphos curatu difficiles, &
iuncturarum dolores.

Pilo-

*Pilulae de Eupatoria maiores**D. Mesue.*

R. Myrobal. Cittinorum
 Succi Eupatorii Melsuæ
 Succi Absinthii ana 3 iiij.
 Raved Seni [id est, Rhabarbari] 3 iiij. f.
 Mastiches 3 j.
 Croci 3 f.
 Aloës bonæ 3 v.
 Succi Endiviae quantum sufficit.

Fiat Massa.

MIRIFICE prosunt in febribus intermittentibus biliosis, morbo regio, incisorisque obstructionibus.

Pilulae de Euphorbio D. Mesua.

R. Euphorbii
 Colocynthidis Agarici
 Bdellii mollis
 Sagapeni ana 3 ij.
 Aloës 3 v.
 Succi Porri quantum sufficit.

Fiat Massa.

A d emittendam hydropicorum flavam aquam, & materiam tumoris discutendam valent: Opem quoque afferunt lumborum doloribus, & podagræ humida causa concitatæ.

Pila-

Pilula Fætide maiores D. Mesuæ.

R. Sagapeni Hammoniaci
 Opopanacis
 Bdellii mollis Colocynthidis
 Seminis Rutæ
 Aloës Epithymiana 3 v.
 Hermoðactylorum
 Esulæ minoris ana 3 ij.
 Scammonæ 3 iiij.
 Cinnamomi Spicæ Nardi Indicæ
 Croci Castorei ana 3 j.
 Turbith 3 iiij.
 Zingiberis 3 j. β.
 Euphorbii 3 ij.
 Succi Porri [præsertim foliorum] q.s.
 Fiat Massa.

V A C U A N T pituitam crassam, crudam: ob id conferunt affectibus inde natis, arthritidi, podagræ, gonagræ, dolores spinae & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiæ, &c albaras.

Pilula Fætide D. Rhafis.

R. Specierum Hieræ piperæ Rhafis 3 x.
 Colocynthidis interioris 3 v.
 Euphorbii 3 ij. β.
 Castorei Piperis Assæ fætidæ
Sagæ

Sagapeni Opopanacis Seitaragi

Sinapi ana 3 j.

Centaureæ minoris Elaterii ana 3 v.

Gummi, sive lachrymæ & liquores omnes
densati, in succo Rutæ q. s. dissolvantur:
deinde admistis reliquis fiat Massa.

S E I T A R A G I , sive Seytari Indum, est
herba similis Thlaspi maiori, id est, Merretich:
Latine vocatur Lepidium maius. Germanice,
Röskressen, Pfefferwurstz, Romischkressen, &
Maurkressen: accipienda autem sunt radices eius,
aut semina.

E L A T E R I U M , id est, succus fructuum
Cucumeris aspini exiccatus.

Pilulae de Fumo terra D. Avicenne.

R. Myrobal. Citrinorum

Myrobal. Chebulorum

Myrob. nigrorum [id est, Indorum] ana 3 v.

Aloës 3 vij.

Scammonæ 3 v.

Succi Fumi terræ clarificati quantum sufficit, ut formetur ter hæc massa. nam cum primo fuerit siccata massa, plus succi est addendum; & rursus exicetur; idque tertio est faciendum.

E D U C U N T è corpore humores biliosos, acres & salsos: ideoque adversus omnia cutis vitia valent.

Pilulæ-

Pilulae de Hermodactylis maiores
D. Mesue.

Rx. Hermodactylorum
 Myrobal. Citrinorum
 Aloës Turbith Colocynthidis
 Bdellii mollis Sagapeni ana 3 vj.
 Castorei Sarcocollaë Euphorbii
 Opopanaxis Seminis Rutæ
 Seminis Apii ana 3 iiij.
 Croci 3 j. β.
 Succi Caulium quantum sufficit.
 Fiat Massa.

Adversus podagram & arthritin prosunt.

Pilulae Indæ Haly D. Mesue.

* Rx. Myrobal. nigrorum [id est, Indorum]
 * Hellebori nigri Polypodii ana 3 v.
 Epithymi Stœchados ana 3 vj.
 Agarici Lapidis Lazuli loti
 * Colocynthidis
 * Salis Indi [aut Salis gemmei] ana 3 iiij.
 Succi Eupatorii inspissati
 Spicæ Indicæ ana 3 ij.
 Garyophyllorum 3 j.
 Hieræ picræ simplicis Galeni 3 xij.
 Succi Apii quantum sufficit.

Fiat Massa.

V A L E N T ad affectus melancholicos,
can-

cancrum, elephantiam, alphos nigros cutatu difficiles, melancholicum morbum, & inde ortum timorem & mœtorem, quartanam, icterum spleneticum, & dolorum splenis.

*Pilulae Hierae simplicis Galeni
lib. 6. Tuenda val.*

R. Aloës 5. L.

A

Cinnamomi

Xylobalsami [aut succedanei eius]

Asari Spicæ Nardi Indicæ Croci

Masticæ Chiaæ ana 5 iiiij.

Mellis Rosati quantum sufficit.

Fiat Massa.

P. C. SCHOL.

Pilulis his, ut ex Galeni ipsissima sententia con-A
ficiantur, & volunti apud peritiores hodie r̄sus ob-
tinuit, Aloës 3 xlvi. & Croci 3 ij. β. tantum hic
indendasunt.

A D V E R S U S vitia ventriculi ex humo-
ribus biliosis & pituitosis nata, pr̄osunt.

Pilulae de Hierae composita

D. Nicolai.

R. Cinnamomi

Spicæ Nardi Indicæ Croci

Schœnanthi Asari Xylocasiae

Xylobalsami [aut succedanei eius]

Car-

Carpobalsami [aut succedanei eius]

Violarum Absinthii

Epithymi Agatici

Rosarum Turbith Colocynthidis

Masticas ana 3 j. [al. 3 ij.]

Aloës ad pondus omnium, hoc est 3 ij.

Fiat Massa cum aqua Endiviae.

O p e M ferunt vitiis capitis, nervorum-
que ab humoribus pituitosis procreatibus.

Pilula Hieræ cum Agarico.

Rz. Specierum Hieræ simplicis Galenii
Agarici Trochiscati ana 3 iiiij.

Aloës bonæ 3 j.

Mellis Rosati quantum sufficit.

Fiat Massa.

Auxiliantur stomachicis, asthmati-
cisis, & aliis stomachi ac thoracis vitiis
& crassis & pituitosis humoribus natis.

*Pilula de Lapide Lazuli, sive Cyaneo,
D. Mesue.*

Rz. Lapidis Lazuli abluti 3 vij.

Epithymi Polypodii ana 3 viij.

Scammonæ Hellebori nigri

Salis Indi, aut Gemmei ana 3 ij. R.

Agarici 3 viij.

Garyophyllorum Anisi ana 3 iiij.

* Specierum Hieræ simplicis Galen. 3 xv.
Succi

Succi Endiviæ quantum sufficit.

Fiat Massa.

VALENT ad affectus melancholicos
ex bile usta natos.

Pilulae de Lapide Armenio

D. Mesua.

R. Lapidis Armenii loti & præparati

Hieræ picræ ana 3 v.

Epithymi Agatichi

Polypodii ana 3 viij.

Scammonæ coctæ in Cytonio 3 iiij.

Garyophyllorum 3 j.

Salis Indi [aut Gemmei] 3 j. R.

Cum succo Endiviæ conficiatur Massa.

MELANCHOLIA M, & bilem ustan
multiplicē utramque clementer vacuant:
ob id morbis inde natis conferunt.

Pilulae de Mezereo D. Mesua.

R. Foliorum Mezerei præparatorum 3 v.

Myrobal. Citrinorum 3 iiiij.

Myrobal. Chebulorum 3 iiij.

Confice cum Thereniabin vel Tama-
rindis in aqua Endiviæ dissolutis q. s.

THERENIABIN sive Terenianin, est
Manna Orientalis, quæ Gracis vocatur Droso-
meli & Aeromeli.

SEROSUM excrementū valenter pur-
gant, seu aquas; ob id hydropem sanant.

Pila-

Pilulae Lucis maiores D. Mesua.

Re. Rosarum Violarum Absinthii
 Colocynthidis Turbith Cubebatum
 Calami aromatici
 Nucis Moschatae
 Spicæ Nardi Indicæ Epithymi
 Carlobalsami [aut succedanei eius]
 Xylobalsami [aut succedanei eius]
 Seselios Seminis Rutæ
 Schœnanthi Asari
 Mastiches Garyophyllorum
 Cinnamomi
 Anisi Fœniculi Apii
 Casiaæ ligneæ [videlicet vere]
 Croci Macis ana 3 ij.
 Myrobal. Citrinorum
 Myrobal. Chebulorum
 Myrobal. Indorum
 Myrobal. Bellericorum
 Myrobal. Emblicorum
 Raved Seni [hoc est, Rabarbari] ana 3 iiiij.
 Agarici Senæ ana 3 v.
 Euphragiæ 3 viij.
 Aloës Succotrinæ ad pondus omnium,
 id est, 3 viij. & 3 ij.
 * Succi Fœniculi quantum sufficit.
 Fiat Massa.

Excrementa capitum pituitosa
 educunt, visum que roboretur.

Pilæ.

Pilula Lucis minores D. Mesiae.

Rx. Xylobalsami [aut succedanei eius]
 Carlobalsami [aut succedanei eius] ana 3 j.
 Chelidoniae [videlicet maioris radicum] 5 v.
 Rosarum Violarum Absinthii
 Euphragiæ ana 3 iiij.
 Senæ Epithymi
 Myrobali Citrinorum
 Myrobali Chebulorum
 Myrobali Indorum
 Myrobali Bellericorum
 Myrobali Emblicorum
 Agarici Colocynthidis
 Schœnanthi Lycii
 Lapidis Lazuli loti ana ij.
 Aloës optimæ ad pondus omnium
 Succi Fœniculi aut Chelidoniae quantum
 sufficit.

Fiat Massa.

IDEM quod priora possunt; atram tam
men bilem magis vacuant.

*Pilula Mastichinae Petri de Ebano, A
sive Conciliatoris.*

Rx. Mastiches 3 iiiij.
 Agarici optimi 3 iiij.
 Aloës electæ 3 x.
 Infundatur Agaricus in Aceto & Oxy-
 L melle

* 242 melle simplici liquidiusculo per diem & noctem, & rursum exicetur: deinde formetur Massa cum succo Artemisiæ, aut cum Syrupo de Stœchade.

P. C. S C H O L.

A Eo quod Cordis bis eandem pilularum harum descriptionem posuerat, ponderibus tantum in altera quadruplicatis, nos unam earum tamquam frustaneam expunximus.

Præservant stomachum ab omni ægitudine: leniter purgant, & maxime confortant, & non permittunt humores corrupti; & qui eis utuntur, præservantur à doloribus stomachi, capitis, ventris, & maticis: conferunt tristibus & melanocholicis: & vitia matricis corrigunt.

*Pilula de Aloë & Mastiche
D. Nicolai.*

R. Aloës ʒ j. Mastiches ʒ β.
Garyophyllorum

Rosarum rubearum ana ʒ j.
Croci Diacridii ana ʒ ij.

Conformatur Massa cum succo Foeniculi aut Absinthii.

Respiciunt virtutem naturalem: purgant incolumiter stomachum à phlegmate & à cholera.

Pilu-

Pilulae de Aloë lota.

R. Aloës lotæ cum succo Rosarum rubearum ʒ j.

Agarici Trochiscati ʒ iiij.

Masticæ ʒ ij.

Specierum Diamoschi dulcis ʒ β.

Cum vino Malvatico cogantur in massam.

V E N T R I C U L U M , cerebrum, viscera reliqua, oculos, uterum putridis humoribus purgant, & roborant.

*Pilulae de Rhabarbaro**D. Meſua.*

R. Raved Seni [ideſt, Rhabarbari] ʒ iiij.

Succi Glycyrrhizæ Succi Absinthii

Masticæ ana ʒ j.

Myrobal. Citrinorum ʒ ij. β.

Seminis Apii

Seminis Fœniculi ana ʒ β.

Trochis corum diarhodon ʒ iiij. β.

Hieræ picræ simplicis ʒ x.

Aquæ Fœniculi quantum sufficit.

Fiat Massa.

I N febribus diuturnis, iecinoris obſtructionibus, & aquæ inter cutem initiis conferunt.

L 2

Pilulae

*Pilulae Pestilentiales Rusi, quæ aliter
De tribus vocantur.*

* R. Aloës electæ ʒ ij.

* Myrrhæ optimæ ʒ j.

* Croci sinceri ʒ β.

Confice cum vino aromatico.

MIRIFICÆ aduersus pestiferæ luis
contagia populatim grassantia pollut.
Humores etiam ventriculo infarctos edu-
cunt.

*Pilula de Sarcocolla Haly,
D. Mesue.*

R. Sarcocollæ ʒ iiij.

Turbith ʒ iiiij.

Colocynthidos

Zingiberis ana ʒ j. β.

Salis Gemmei ʒ j.

Aquæ Rosarum q. f. Fiat Massa.

PITUITAM vacuant: ob id pituitosis
affectionibus commodant.

* *Pilula Sine quibus esse nolo,
D. Nicolai.*

R. Aloës optimæ lotæ ʒ xiiij.

Myrobal. Citrinorum

Myrobal. Chebulorum

Myro-

Myrobal. nigrorum [id est, Indorum]

Myrobal. Bellericorum

Myrobal. Emblicorum

Rhabarbari Mastiches Absinthii

Rosarum Violarum Senæ Agatici

Cuscutæ ana 3 j.

Scammoneæ præparatæ 3 vj. β.

Dissolvatur Scammonea in succo Fœ-

niculi sufficienti; & cum hac dissoluta

Scammonea formetur Massa.

Mirabiliter purgant choleram, phleg-
mā & melancholiam: valent proprie ad
catactas, & obscuritates oculorum, vi-
sum custidores: & aurium dolorem sa-
nant, & iliosis conferunt.

Pilula Stomachica Alkindi D. Mesue.

R. Myrobal. Citrinorum

Myrobal. nigrorum

Myrobal. Chebulorum ana 3 iiij.

Rosarum Mastiches ana 3 ij.

Cardamomi Ligni Aloës

Santalii Citrini Cubebarum

Garyophyllorum Schœnanthi

Nucis moschatae ana 3 j.

Raved Seni [id est Rhabarbari] 3 β.

Turbith 3 vij.

Aloës ad pondus omnium.

Fiat Massa [cum vino odorifero &
melle.]

L 3.

Cere-

Cerebrum, & ventriculum corruptis
humoribus purgant, ventriculum robo-
rant, concoctionem iuvant, appetentiam
excitant.

Pilula Stomachica D. Mesua.

R. Myrobal. Citrinorum Aloës.
Turberthi ana ʒ x.
Rosarum Spicæ Indicæ
Masticæ ana ʒ ij. ♂.
Anisi ʒ j. ♂.
Salis Indi [aut salis Gemmei]
Croci ana ʒ j.
Formetur Massa cum succo Absinthii.
Bilioſos & pituitosos vacuant humo-
res, eos potissimum qui caput & ventri-
culum obsident.

Pilula Imperiales Magistrales,
incerti autoris.

R. Cinnamomi
Amomi [eius loco sumatur Acorus verus]
Anisi Masticæ
Cardamomi minoris
Zingiberis Zedoatiæ Maceris
Nucis Moschatae.
Garryophyllorum Croci
Cubebarum Ligni Aloës Turberthi
Tereniabin [id est, Manna] Agarici
Folio-

Poliorum Senæ

Spicæ Indicæ [addunt alii]

Myrobal. Citrinorum

Myrobal. Chebulorum

Myrobal. Indorum

Myrobal. Bellericorum

Myrobal. Emblicorum ana 3 i.

Rhapontici veri [id est, Rhabarbari] ad pondus omnium

Aloës quantum totum æquat.

Conficiantur cum Syrupo Rosato aut

Violato.

M o d i c u m solvunt; & plurimum confortant stomachum, & omnia intestina frigida: muniunt virtutes naturales, removent frigiditatem, clarificant sanguinem & spiritum.

Pilulae de Opopanax D. Mesiae.

z. Opopanacis Hermodactyolorum

Sagapeni Bdellii mollis Ammoniaci.

Cölocynthidos ana 3 v.

Croci Castorei

Myrræ rubræ Zingiberis

Piperis nigri Macropiperis [id est, longi] *

Casiæ ligneæ Myrobal. Citrinorum

Myrobal. Bellericorum

Myrobal. Emblicorum ana 3 j.

Scammonæ 3 ij.

Turbethi 3 iiij. Aloës 3 xij.

L 4 Cogan-

Cogantur in massam cum infusione
gummi in aqua caulium.

VALENT ad paralysim, spasmum cy-
nicum, gonagram, podagram, & aliorum
articulorum dolores, morbosque partium
nervosarum frigidos.

Pilula de Quinque generibus Myrobal.
D. Nicolai.

R. Quinque genera Myrobalanorum
Agarici Diacridii Colocynthidos
A Senæ ana 3 β.
Epithymi Turbethi Anisi
Marathri [seu Fœniculi] Mastiches
Lapidis Lazuli præparati ana 3 ij.
Aloës 3 j.

Formetur massa cum succo Absinthii.
P. C. S C H O L.

A Ana 3 β.] Cum Cordus hic ana 3 β. deprava-
vare posuisse, Fuchsius aque male 3 ij. β. legen-
dum putat.

EDUCUNT humorem cholericum,
phlegmaticum & melancholicum; & cla-
rificant sanguinem.

Pilula de Oculo rebus, sive Octomera,
D. Nicolai.

R. Aloës Diacridii ana 3 ij.
Interioris Colocynthidis Epithymi
Aga-

Agarici Mastiches Dauci Cretici
 Myrob. Chebolorum Absinthii ana 3 j.
 Cum sacco Solani conformetur massa.
 PURGANT humores crassos à capite:
 visum clarificant; & cataractas oculorum
 prohibent.

Pilula de Serapino D. Mesua.

R. Sagapeni Ammoniaci Opopanacis
 Bdellii ana 3 ij. Sem. Apii Ammios *
 Harmalæ [id est, seminis Ruta silvestris]
 Anisi ana 3 j.
 Acori [id est, Calami aromatici]
 Casia lignea veræ Calaminthæ A
 Centautii [minoris scilicet]
 Polii Costi Salis gemmei ana 3 ss. *
 Aloës 3 vj. Colocynthidos 3 v.
 Cogantur in massam cum aqua aut suc-
 co Matricariæ.

N O T A T O : Ingreditur secundum Mesuen
Seitaragum Indum, sed Clementius Clementinus
 loco eius posuit Casiam ligneam.

P. C. S E H O L.

Casiae] Seitaragi Indi (quod *Lepidium loclo-* A
co interpretandum) apud Mesuem legi, recte olfer-
 tit Fuchsius; fallique *Cordum & Clementinum*
 dextre censet.

P O L L E N T ad ischiadem, podagram,
 & reliquatum iuncturarum dolorem, ac
 etiam uteri; mensesque promovent.

L 5

Pils.

Pilula de Bdellio maiores D. Mesua.

R. Bdellii ʒ xij. Ammios ʒ iii.
 Myrob. Chebularum Myrob. Indorum
 Myrob. Bellericorum Myrob. Emblicorū
 * Conchularum venerearum adustarum
 Succini aut Karabæ ana ʒ ij. β.
 Maceretur Bdellium in succo foliorum
 Porri, & conficiatur massa.

VALBNT ad fluxum hæmorrhoidū &
 ulcerum in eis, & ad menses immodicos.

Pilula de Cynoglossa D. Nicolai.

* R. Cynoglossæ rad. Opii
 Seminis Hyoscyami ana ʒ iiiij.
 Myrræ Troglodyticæ ʒ vj.
 Thuris masculi ʒ v.
 Garyophyllorum ʒ ij.
 Cinnamomi Styracis rubei ana ʒ ij.
 Cum aqua rosarum conficiatur massa.
 MAGNAM vim obtinet in tenuibus si-
 stendis distillationibus, ac doloribus mi-
 tigandis.

* *Pilula Bechica.*

R. Pineorum nucleorum
 * Amygdalorum ana ʒ j. f.
 Glycyrrhizæ ʒ vj.

Succi

Succi Glycyrrhizæ ʒ iiiij.

Cum aqua Rosarum conformetur massa.

A D V E R S U S tuſſim veterem pollent,
& guttutis ac faucium asperitatem.

Pilula Alephangine D. Valerii Cordi.

Rz. Myrobalan Chebulorum

Myrobalan Citrinorum

Myrobalan Indorum

Myrobalan Bellericorum

Myrobalan Emblicorum ana ʒ j.

Acori veri Galangæ Zedoariaæ

Doronici Romani Radicularum Asari

Dictamni nostratis radicum Absinthii

Rosarum ana ʒ iiiij.

Contundantur omnia crassiuscule, &
Myrobalani per se macerentur prius in
aqua clariſſimæ fontanæ ℥ iiiij per horas
xxiiij. deinde coquātur donec fere tertia
pars aquæ sit in vaporem iſoluta: postea
coq; etiam radices & aromata lento igne
in dupli ci vase, cum aquæ clariſſimæ ℥ vj.
& affunde his antea coctas Myrobalanos
cum suo iuſculo: ultimo Rosas adiicien-
do, coquantur usque ad tertias. Coletur
postea valide exprimendo. Hinc in colo-
tura diſſolve

Alcœs optimè & lotæ, ac rurſum exiccatæ
P iiij.

Ponantur omnia in vitrea patina ad fo-
L 6 lem

lem, aut in stuffā, & agitentur s̄pissime,
ut concrescens in margine Aloë liquido
cōmisceatur: cum vero mellis sp̄issitudi-
nē fuerint consecuta, tunc adde sequentiū
specierum pulverem minutissime tritum:
By. Galāgæ Cyperi Zedoariæ Doronici
Ligni Aloës Cinnamomi Schœnanthi
Nardi Celticæ radicularum
Nucis Moschatae
Macis Cubebarum Cardamomi
Garyophyllorum ana 3 iiiij.
Masticæ
Succini [id est, Cāraba] ana 3 vj.
Myrræ Croci ana 3 iiiij.
Agitentur optime cum Aloë species, &
fiat massa cum diligentia.

MYROBALANI omnes hoc pondus de-
bent habere, exemptis nucleus sive lignis.

PILULÆ ista Alephanina sunt efficaces,
imo efficaciores prioribus. Relinquimus tamen uni-
cique liberum arbitrium, alterutram vel utram-
que componendi.

Hoc loco non debet ponni Dictamnus Creticus,
sed radices Diptamni, qua vulgo in usu sunt, &
propriæ cortex radicum eius. Germanice vocatur
Aschuwurtz, propterea quod folia eius sunt simi-
lia Fraxino arbori: & hæc est vera Fraxinella,
vulgo ab Italisch dicitur.

Aloën lavandi modus in postrema huins libri
parte, qua est De preparacione simplicium medic.
docebitur.

T R O-

T R O C H I S C I .

Trochisci de Vipera D. Andromachi.

R. Carnis viperinæ, cū anetho, sale & aqua
coctæ ʒ viij. *

Panis tritici purissimi, titi & cibrati, ʒ ij.

Formentur trochisci cum iusculo, in
quo decoctæ fuerint carnes Viperinæ; &
inungantur cum Opobalsamo, aut Oleo
Macis aut Garyophyllorum, aut Nucis
moscharæ: sed Oleum Garyophyllorum
propius accedit ad naturam Balsami. Sic-
centur in loco umbroso, libero, ventoque
perflabili.

V I P E R A est serpens, quem recentiores va-
cant Tirum, Itali vero Marassam & Scurzio-
nem, ut scribit Nicolaus Leonicensis. Ingrediuntur
autem hi Trochisci in Theriacam. Apud nos ve-
ronondum licuit videre hoc serpentum genus. Ig-
tur ex Italia peti debent veri Trochisci de Vi-
pera.

Trochisci Scillitici Andromachi.

R. Scillæ affatae ʒ j.

Fatinæ Orobii ʒ viij.

Formentur Trochisci secundum artem.

L 7

Tro.

Trochisci Hedychroei D. Aetii.
Et. Mari [sive Maiorana, aut loco eius Di-
ctamni Cretici]

Asari Sampsuchi

Apalathi [eius loco sumatur semen Agni casti]

Opobalsami [eius loco recipiatur Oleum Ga-
ryophyllorum]

Scœnanthi

Calami aromatici [eius loco sumatur Galiga]

Phu Pontici ana 3 j. G. xv.

Xylobalsami Cinnamomi

Costi ana 3 j. B.

Myrræ Troglodyticæ

Folii [aut succedanei eius]

Spicæ Nardi Indicæ Croci

Casiæ ana 3 iiij. B. G. xv.

Amomi [aut succedanei eius] 3 ij. G. xij.

* *Masticæ 3 B. G. viij. B.*

Vini veteris odorati dulcis quantum suf-
ficit: formentur Trochisci.

M A R U M herba est non dissimilis Maiorana:

Eius loco accipitur Dictamnus Creticus.

S A M P S U C H U S, id est, Maiorana. Qui-
 dam habent Amaracum, quod idem est. Non
 enim debet hoc loco accipi Matricaria, aut Cotula-
 factida, que etiam vocatur Amaracus.

A S P A L A T H U S est cortex quidam odo-
 ratus. Eius loco accipe Lignum Aloës, aut San-
 talum Citrinum odoratissimum, aut semen Agni
 casti.

F o.

FOLIUM] Pro Folio sume Spica Romana radicum, Macie, ana partes equeales.

Hic Trochisci appellantur ab Arabibus Alindaracaron; à recentioribus vero, ut Nicolao, sunt parum immutati; & vocantur Diacoralli.

Trochisci Hedychoi D. Galeni.

Rz. Corticum radicum Aspalathi [ipsius loco sumatur semen Agni casti]

Calami aromatici [sume eius loco Galangā]

Costi Asari Xylobalsami Phu

Amaraci [hic significat Maioranam]

Masticus ana 3 vj.

Schœnanthi Cinnamomi ana 3 xij.

Amomi Cassia *

Rheu pontici [eius loco sume Rhabarbarum]
ana 3 xv.

Nardi Indicæ-

Folii ana 3 xvij. *

Myrræ Croci ana 3 xij. *

Omnia subtilissime trita cum vino Falerino in Trochiscos foimentur, qui in umbra exsiccentur, & Opobalsamo aut Oleo Garyophyllorum inuncti reponantur.

GALÉNUS in libello De Theriaca ad Pamphilianum scripto, ad hunc modum precipit conficiendos esse Hedychoos Trochiscos. Sunt enim proximis non ignaviores.

Pro Aspalatho, quo caremus, licet accipere semen

semen Agni casti, aut Lignum alios, aut Santalum citrinum odoratum. Oportet etiam diligenter advertere, ne pro Aspalatho Aspalatum legatur aut accipiatur.

Pro Amomi vero, quo caremus, pone Carpe-
sium, aut vocatum Calatum aromaticum.

Pro vino Falerno, accipe aliud quodvis vinum
generosissimum.

P. C. SCHOL.

Troch. horum descriptionem in Cordo vitiate
posuam, hic ex Andernaci versione restituam.

Trochisci Hedychroi alii Galeni.

Rz. Mari Amaraci [idest, Maiorana]

Asari Aspalathi ana 3 ij.

Schœni [idest, Squinanthe]

Calami odorati Phu Pontici

Xylobalsami [aut succedanei eius]

Opobalsami [aut succedanei eius]

Cinnamomi Costi ana 3 iiij.

Myrræ

Folii Malabathri [aut succedanei eius]

Nardi Indicæ Croci

Casiae ana 3 vi.

Amomi [aut succedanei eius] 3 xij.

Masticæ Chiaæ 3 j.

Vini Falerni quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & in umbra exic-
centur, Opobalsamo aut oleo Garyophyl-
lorum uncti.

Pro

Pro Maro sume Dictamnum Creticum.

ASPALATHI loco sume Lignum Aloës,
aut Santalum Cétrinum, aut semen Agni ca-
sti, ut Galenus de Succedaneis dicit.

Pro Calamo sume Galangam.

Pro Opobalsamo sume oleum Garyophylo-
rum.

Pro Malabathro sume Spica Romana radices;
aut Spica Romana Radicum, & Macis ana par-
tes aequales.

CASIA, id est, Cassia lignea aromatica, si- A
milis Cinnamomo.

AMOMI loco sume vocatum Calamum aro-
maticum.

MASTICHE Chia, id est, Mastix è Chio
insula, que est optima.

HÆC est genuina Hedychoi compositio, ut
Galenus dicit; & hac debet ingredi Theriacam
Andromachi senioris.

GALENUS primo libro de Antidotis ad
hunc modum carmine describit compositionē He-
dychoi magmatis, ubi Theriaca compositionem
docet. Non tamen diligenter distinguit pondera
rerum. Nam omnia coniungit coniunctionibus
copulativis, & hoc est, que &c. et.

Trochisci Cyphi D. Damocratis. A

℞. Carnium Uvæ passæ albæ & pinguif-
simæ

Terebinthinæ coquæ ana ʒ xxiiij.
Myr-

Myrrhae

Schœni [id est, Schœnanthi] ana 3 xij.

Calami unguentarii 3 ix.

Cinnamomi 3 iiiij.

B Bdellii Onychis Nardi Spicæ

Casia optima [qua est similis Cinamomo]

Cyperi purgati

Arceuthidum maximarum & pinguissi-
marum ana 3 iij.

Aspalathi 3 ij. β. Croci 3 j.

Mellis optimi

Vini ana quantū satis est ad formandum
& incorporandum.

MELLIS & Vini parum debet addi, ut tan-
tum cum his conficiantur Trochisci.

CARNES Vuae passa atque Iuniperi bac-
cas recentes & pingues minutissime conscindito
tunditoque, deinde Bdellium Myrrhamque affuso
vino diluito: postea reliqua omnia in tenuissi-
mum pulverem redigo: ac demum adhibito
modico mellis despumati optimi, Trochiscos for-
mato.

Arabes hos Trochiscos vocant Cochion.

Per Vuae passas hic intellige eas quas vocant
Vuae Cybibas, vulgo Cibebe.

TEREBINTHINA cocte. Quomodo
coquuntur Resina Terebinthina, ostendam infi-
rrios tractatio De preparacione medicamento-
rum.

CALAMUS unguentarius, id est, aroma-
ticus verus; pro quo siue Galangam; quia
hodie

hodie caremus vero Calamo aromatico.

O N Y C H I S , id est , Blatta Byzanitia cle-
ctis.

C Y P E R U M purgatum praecipit accipien-
dum, quoniam plerumque fibris sordidis sunt obsi-
tae radices eius.

A R C E U T H I D E S , sunt bacca Juniperi.
hic autem debent accipi Juniperi magne grandes
bacca: quoniam autem caremus ipsis, vulgaris &
minoris Juniperi baccas accipere licet.

Pro Aspalatho sumatur semen Agni Casti, ex
mente Galenide Succedaneis.

P. C. S C H O L .

Troch. hi apud Galenum leguntur l. 2. Antid. A

Bdellii, Onychis.] Fuchsius una cum Cor-
do duas hic distinctas res legit, intelligit ac defens-
dit mordicus. Matthiolus vero atque Franciscus
contra, una cum Anderaco & Martiano
Rota Galeni interpretibus, pro unica eadem-
que re, ambas voces intelligendas esse strenue
contendunt, & Vnguim Bdellii tanquam Bdell-
ium unguis simile, legendum esse sentiunt atque
volunt.

Trochisci Ramich D. Mesue.

℞. Succi Aceto siæ [aut loco eius succi Cydo-
niorum austeriorum] ʒ xvij.

Rosatum ʒ j.

Granorum Myrti ʒ ij.

Bulliant parum, & colentur: colaturæ
ad-

★

addantur Gallarum iamiam tenuissime
tritarum ʒ iiij.

Coquuntur denuo aliquantulum: deinde
inspergatur sequentium specierū mi-
nūtissimus & optime commistus pulvis:
et Rosarum ʒ j.

Santali Machoziri ʒ j. ʒ. ij.

Gummi Arabici ʒ j. ʒ iiij.

Carnium Sumach Spodii ana ʒ j.

* Succi Agrestæ ʒ viij.

* Succi granorum Myrti multum tritorum
ʒ iiiij.

* Ligni Aloës

Garyophyllorum

Masticæ [al. Macis]

Nucis Moschatae ana ʒ iii.

Misceantur omnia optime, deinde ex-
siccentur: exsiccata rursus in tenuissimum
pulverē terantur; & fermentur Trochisci
subtiles, cum Camphoræ aureo uno, &
aqua Rosarum q s. Exsiccentur in umbra
libera: exsiccati reponantur.

VENTRICULUM, cor, hepār, imbe-
cilla firmant: & lubrica viscera ac inte-
stina, choleram morbum fistunt, acrimo-
niā obtundunt, animum reddunt tra-
quillum, oīnaem hæmorrhagiam cohi-
bent: ob quam naribus sanguine fluenti-
bus flando impellūtur, aliis medicamen-
tis miscentur.

Tro-

Trochisci de Cappare D. Mesiae. A

N. Corticum radicum Capparis

Seminis Agni casti ana 3 vj.

Seminis Nigellæ veræ Calaminthæ

Succi Eupatorii, [id est, Gratiola]

*

Acori

Amygdalorum amarorum

Sem. Nasturtii Ammoniaci

Foliorum Rutæ

Radicis Aristolochiæ rotundæ veræ ana

3 ij.

Cyperi

Scolopendriæ ana 3 j.

Formentur Trochisci cum Hammonia-
co prædicto in aceto dissoluto, & exiccati
reponantur.

SCOLOPENDRION est Ceterach, &
non Lingua cervina.

P. C. SCHOL.

Troch. de Capp.] Compositionem hanc A
apud Cordum mancam esse cum Fuchsius meri-
to conqueratur, nos eam hic ex vetustis par-
tim exemplaribus, partim ex Minoritarum in-
seuem (ex quibus pleraque alia) restituo-
nibus, sua integratæ reposuimus. *Qui, in-*
quam, Fraterculi hoc nomine hercle plurimum
laudis ac premii merentur, quod extra profes-
sionem etiam ea in re plura præstiterint soli,
quam innumerū alii; quamquam eos cespitare
quaeran-

quandoque, & indicio carere interdum, satis sit in confessio: labore in tervim indefessum, quem in restituendo impenderunt, negotiumque ipsum tam ingens, tantique commode nobis praestitum hanc exosculari, magnisque efferre praconiis nos debemus. Immerito itaque nimisque quam deceat, à quibusdam exagitantur boni fratres.

A d splenis duritiem & flatu eius dissipandos valent.

Trochisci de Eupatorio
D. Mesua.

R. Tereniabin [id est, Manna]
Succi Eupatorii ana ȝ j.

* Rosarum ȝ β. Spodii ȝ iij. f.
Spicæ Nardi Indicæ ȝ iij.
Rhabatbari Asari
Anisi ana ȝ ij. β.

Formentur Trochisci cum aqua Cuscute, & in umbra libera ventoque perflata exiccati reponantur.

Pro Spodio sumatur Eburi combustum.

E U P A T O R I U M Mesua, intelligendum est
Gratiola.

O B S T R U C T I O N E M & tumores
præter naturam hepatis & lienis facant,
ac inde natas febres antiquas, & harum
rigorem, iæterum, ac incipientem hydro-
pem.

Tro-

Trochisci Diavi, seu potius, Diaion A
D. Nicolai.

R. Florum Violatum viiidium 3 v.

Amyli 3 iij.

Seminis Papaveris albi 3 ij. 3 j.

Rhabarbari 3 j. 3 ij.

Seminis Plantaginis 3 i.

Balsami [loco eius Oleū Garyophyllorū] 3 j.

Rhodostagmatis quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

D I A N I , v e l D I A V I , alias vocantur hi
Trochisci, sed corruptio nomine.

P E R V I O L A S , hoc loco oportet intelli- B
gere Violas albas, quae hodie vocantur Cheyri Ci-
trini, vulgo Gelbe Violen.

Per Balsamum intelligitur Opobalsamum.

R H O D O S T A G M A , id est , Aqua Rosa-
rum.

P. C. S C H O L .

Troch. Diavi.] Horum Troch. duas descri- A
ptiones in idem recidentes, alterius pondere tantum
triplicato, mendique in Rhabarbari pondere sub-
lato, temere Cordus posuerat. Mance enim ibi-
dem 3 j. quod & Fuchsius rite animadverterat,
positus erat, cum 3 j. 3 ij. ut restitui, legen-
dum sit.

Per Violas.] Male id sentit Cordus, ut & B
Fuchsius docet. non enim Dialeucoion, hoc
est, ex Violis albis, quas Cheyri vocamus, sed
Dia-

*Ditione, hoc est, ex Violis nigris seu Martiis dictis,
appellantur hi Trochisci. Viola itaque Martie
virentes hic intelligenda veniunt.*

EXCALFACTIONES mitigant, al-
vumque emolliunt.

Trochisci de Lacca D. Mesue.

Ex. Laccæ mundatæ

Succi Glycyrrhizæ

Absinthii Berberis

Succi Eupatorii [id est, Gratiolæ]

Rhabarbari Aristolochiæ longæ

Costi Asari

Amygdalorum amarorum

Rubeæ Tinctorum

Anisi Apii

Schœnanthi ana 3 j.

Formentur Trochisci dragmæ pondere
cum aqua Eupatorii.

Mesue intelligit suum Eupatorium, id est, Gra-
tiolam.

Trochisci de Lacca valét ad obstructio-
nes hepatis & lienis, & inde natas febres
varias antiquas, & ascitem per urinas mo-
vent.

Trochisci Diarhodon D. Nicolai.

Ex. Rosarum viridium 3 iiiij.

Spodii [id est, Eboris combustis] 3 ij.

San-

Santali rubri 3 j. β. ē viij.

Santali albi 3 j. ē xij.

Croci 3 ij. ē viij. *

Camphoræ ē xij. *

Aqua Rosarum quantum sufficit, for-
mentur Trochisci.

Ista compositio debet administrari in magnis
confectionibus ipsius Nicolai.

Trochisci de Rhabarbaro

D. Mesua.

R. Raved boni [id est, Rhabarbari] 3 ℥.

Succi Eupatorii [id est, Gratiola] 3 iiij.

Rosarum 3 iiij.

Spicæ Nardi Indicæ Anisi

Rubiæ tinctorum Seminis Apii

Absinthii Asari ana 3 j.

Amygdalarum amatarum 3 iiiij.

Formentur Trochisci aurei unius pon-
dere cum aqua Cuscutæ.

VALENT ad heparis obstructionem,
dolorem, tumores præter naturam, affe-
ctus inveteratos eiusdem, & hydropem,
& icterum, & formæ corruptionem.

Trochisci de Berberis D. Mesua.

R. Berberis 3 ij.

Spodiæ Xyloaloës

Seminis Acetosæ Mastiches

M

Galliaæ

Galliae Moschatæ veræ

* Spicæ Nardi Indicæ ana 3 j.

Rosarum 3 v.

Gummi Arabici 3 iij.

Aqua Rosarum quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

T R O C H I S C I de Berberis seu Oxyacanthæ, valent ad intemperiem calidam, suorem malvi, & hepatis dolorem.

Trochisci Gallie Moschatae

D. Mesue.

R. Xyloaloës crudi 3 v.

Ambræ 3 iij. Moschi 3 j.

Mucilaginis Tragacanthæ cum aqua

Rosarum factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci parvi.

C E R E B R U M, corque roborant: vomitum & alvi profluvium sistunt: oris atque adeo corporis totius odorem commendant.

Trochisci Aliptæ Moschatae

D. Nicolai.

R. Ladani purissimi 3 iij.

Styracis Calamitæ 3 j. f.

Styracis rubræ 3 j.

Ligni Aloës 3 ij. Ambræ 3 j.

Camphore 3 j. Moschi 3 j.

Aquæ

Aqua Rosatum quantum sufficit.

Formentur Trochisci secundum artem.

STYRAX rubea, hic non significat Thymiana, aridum illum & nigrum corticem; sed resinam Styrae, quae subrufa aut flava est, id est, optima Styras.

VALENT pueris patientibus asthma & constrictione pectoris, & etiam non valentibus lac retinere. Fit inde optimum fumigium & odoriferum: & assumuntur etiam ad pretiosissimas medicinas.

*Trochisci de Agarico D. Mesiae,
cap. de Agarico ex Haly.*

R. Agarici electi ʒ iii.

Salis gemmei ʒ j.

Syrupi acetosi simplicis quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & reponantur in calido siccoque loco.

PURGANT ex cerebro & capite phlegma crassum cum cholera mistum. Et præcipue educunt ex pectore crassos humores, putridos & viscosos.

*Agaricus Trochiscatus D. Mesiae,
cap. de Agarico ex Galeno.*

R. Agarici electi ʒ iii.

Vini infusionis Zingiberis q.s.

Formentur Trochisci.

Trochisci de Charabe D. Mefue.

R. Charabis aureos vj.
 Cornu cervi ulti
 Gummi Arabici assati
 Corallii rubri ulti Tragacanthæ
 Acacia Hypocistidis
 Balaustiorum florum
 Mastiches Laccæ
 Papaveris nigri assati ana aureos jj.
 Thuris Croci
 Opii ana aureum j. β.
 Mucilaginis Psyllii quantum sufficit.
 Formentur Trochisci.
 Fiunt & hi Trochisci sine Opio.

T R O C H I S C I de Charabe , sive ex
 Succino , inventi sunt ad restinguendum
 sanguinem undecumque fluentem ; men-
 strua , sputum , fluxum sanguineum , &
 hemorrhoidalem : & consolidant ulcera
 pectoris & pulmonis .

Trochisci de Myrrha D. Rhasis.

R. Myrræ 3 iij.
 Lupinorum 3 v.
 Foliorum Rutæ Menthastræ
 Pulegii cervini Cumini
 Rubia tinctorum Assæ foetidæ
 Sagapeni Opopanaxis ana 3 ij.
 Succi

Succi Artemisiae quantum sufficit.

Förmentur Trochisci secundum artem.

M E N T H A S T R U M est silvestris Mentha,
pilosus & hirsutus foliis.

P U L E G I U M Cervinum, id est, Dicca-
minus Creticus.

P R O V O C A N T menstrua ; & sedant
passiones, quæ ex retentione menstruo-
rum proveniunt.

Trochisci de Alkekengi D. Mesue.

R. Fructuum Alkekengi 3 iii.
Seminis Citrulli Seminis Albatechæ
Seminis Cucurbitæ ana 3 iiij. f.
Boli Armeniaci
Gummi Arabici Thutis
Sanguinis Draconis Papaveris albi
Amygdalorum amatorum
Succi Glycyrrhizæ
Tragacanthæ Amyli
Pinearum ana 3 vi.
Seminis Apii Charabis
Boli [aut eius loco Terra sigillata]
Hyoscyami Opii ana 3 ii.
Succi Alkekengi quantum satis fuerit ad
formandum Trochiscos.

Fiunt & hi Trochisci sine Opio.

À L B A T E C H A, sive Batega, est Melon
magnus Indus, viridis & subniger.

T R O C H I S C I Alkekengi seu Halica-
M 3 cabi

Trochisci de Rosis D. Rhafis.

* R. Rosarum ʒ iiij.
* Ligni Aloës
* Spicæ Nardi Indicæ Mastiches
Casiæ ligneæ [aut succedanei eius]
Florum Squinanthi Cinnamomi
Absinthii ana ʒ j.
Vini veteris quantum ad formandū Tro-
chiscos satis fuerit.
SUNT efficaces ad multos affectus, præ-
settim ad ventriculi dolorem, malam co-
ctionem, febres antiquas, hydrope in-
cipientem, & illos maxime quibus forma-
corrumpitur.

Trochisci de Camphora Mesiae.

R. Rosarum ʒ iiiij.
Spodii Glycyrrhizæ ana ʒ ij.
Seminis Cucurbitæ Seminis Citrulli
Seminis Cucumeris
Seminis Melonis
Tragacanthæ Croci
Gummi Arabici
Spicæ Nardi Indicæ ana ʒ j.
Santalii citrini ʒ ij. β.
Ligni Aloës Cardamomi Amyli
Cam-

Camphoræ ana 3 ij.

Sacchari Tabarzeth

Tereniabin [id est, Manna] ana 3 iiij.

Mucilaginis Psyllii cum Aqua Rosacea
factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

T R O C H I S C I Camphoræ conferunt
ad febres ardentes, bilis & sanguinis-
fervorem, ventriculi & hepatis intempe-
riem calidam, & ab his sitim inexploram-
itterum quoque ac phthisim & hecticam
curant.

Trochisci de terra sigillata:

D. Mesua.

Rr. Sanguinis Draconis

Gummi Arabici assati

Trochiscorum Ramich

Rosarum rubrarum Seminis Rosarum

Amyli assati Spodii Acaciæ

Lapidis Hæmatitidis Hypocistidis

Florum Balaustiorum Boli Armeniaci

Terræ sigillatæ [vel Boli Armeni]

Corallii rubri Charabis ana 3 ij.

Margaritarum Tragacanthæ

Papaveris nigri ana 3 j. f.

Seminis Portulaceæ assati

Cornu cervini ustæ Thuris

Gallarum Cypressi

Croci ana 3 ij.

M 4

Aqua

Aqua Arnoglossæ quantum sufficit.

* Formentur Trochisci.

Et quandoque adduntur Opii 3 ij.

SPODII.] Pro Spedio sume Ebur combustum preparatum.

SEMEN Rosarum hic significat Antheram, id est, luteos apices, qui sunt in Rosis: hi exiccati rubescunt.

GALLÆ Cypressi, etiam vocantur Nuces Cypressi.

P. C. SCHOL.

Mesues exemplaria Gallas absolute scriptashabent.

SUNT admodum efficaces ad sputum sanguinis, cum aqua Plantaginis poti; ad fluorem vero sanguinis è naribus, fronti illiti; ad menses immodicos, utero inieicti vel pubi illiti; ad mictum sanguinis, invescicam inieicti; & ad alias hemorrhagias, parti sanguine fluenti impositi.

Trochisci de Spedio Mesue.

R. Rosarum rubearum 3 xiiij. vj.

Spodii 3 x. Seminis Portulacæ 3 vj.

* Seminis Portulacæ

Coriandri præparati & tosti

Pulpæ Sumach ana 3 ij. β.

* Amyli assi Florum Balaustiorum

Baccatum Berberis ana 3 ij.

Gummi Arabici assati 3 j. β.

Agre-

Agrestæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci.

V A L E N T ad febres biliolas cum alvi
fluore: inflammationem ventriculi & he-
patis, & sitim continuam sedant.

Trochisci de Absinthio D. Mesuæ.

R. Rosarum Absinthii

Anisi ana 3 ii.

Raved [id est, Rhubarbari]

Succi Eupatorii [id est, Gratiola]

Asari Seminis Apii

Amygdalorum amarorum

Spicæ Nardi Indicæ Mastiches

Folii ana 3 j.

Succi Endiviæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci secundum artem.

Pro Folio accipe radices Spica Romane, aut
radicum Spica Romana & Macis ana partes a-
quales.

O B S T R U C T I O N E S ventriculi & he-
patis, & ab his dolorem, & febres anti-
quas tollunt: dictas partes reliquaque
nutritorias roborant; ac appetentiam ex-
citant.

Trochisci Alhandal D. Mesuæ.

R. Pulpæ Colocynthidis 3 x. A

Incidentur minutissime, & fricentur
cum Olei Rosacei 3 j.

M s Dein-

Deinde sume Tragacanthæ
Gummi Arabici Bdellii ana 3 vj.
Macerentur hæc in Aqua Rosacea, do-
necliquestant & dissolvantur: deinde cum
parte resolutarum lachrymarum formen-
tur ex prædicta Colocynthide Trochisci:
qui siccantur, & cum fuerint siccati, con-
tundantur minutissime, & rursum formen-
tur Trochisci cum reliquo diluto lachry-
marum, atque reponantur.

Trochisci Colocynthidos in Hieram Hermetis,
& Compositiones alias iniiciendi loco Colocynthi-
dos: suntque salubriores quam ipsa Colocynthis.

P. C. SCHOL.

3 x.] Cordum hic falli Bernardus Dessenius in
suis illis verbosis Commentariis, misere exclamat,
eo quod 3 x. pro 3 x. ut ipse inquit, hic posuerit:
cum ipsem hæc in re (ut & plerisque aliis locis)
iudicio vacans, toto erret celo. Verum in alio Di-
spensario Senatus sui iussio emisso, dextre res-
sistuit, à suis collegis forsan monitus. Proinde quid
Fuchsius, artis nostræ (ut & plurimis aliis locis
liqueat) nesciuss, in Pharmaceuticas rationes, hoc
loco suis annotationibus imaginando deliret, nescio.
Mihi breviti studendum est.

Trochisci Bechii albi.

P. Sacchari albissimi P. j.
Sacchari Candi optimi

Sac.

Sacchari Penidii ana 3 iiiij.

Ireos 3 j. 3 vij.

Amyli 3 ij. β.

Mucilaginis Tragacanthæ albissimæ cum
Aqua Rosacea factæ quantum suf-
ficit.

Formentur Trochisci parvi, & signen-
tur.

A U X I L I A N T U R tussiculosis, & diffi-
culter spirantibus.

Trochisci Bechii nigri.

R. Succi Glycyrrhizæ 3 iiiij.

Styracis Calaminæ 3 j. β.

Sacchari Candi 3 ij. β.

Specierum Diaireos Salomonis

Specierum Lohoch sani ana 3 β.

Sacchari Penidii P β.

Sacchari albissimi P ij. 3 iiij.

Mucilaginis Tragacanthæ cū aqua Hys-
sopi factæ quantum sufficit.

Formentur Trochisci, & signentur.

A B C I S S A vocis iacturam resar-
ciunt: & prosunt his qui patiuntur tussim
calidam & sicciam: leniunt pectus, & fa-
cilitant sputum.

TROCHISCORUM DUÆ
SEQUENTES VALERII CORDI
descriptiones nuper his ultimis
editionibus accesserunt.

Trochisci de Lacca Val. Cordi.

R. Laccæ electæ ʒ iiiij.
Ligni Guaiaci scobinæ in minimam sco-
bem seu rasuram detitii ƿ j.

Coquatur lignum Guaiacum in l'iiij.
aquæ cælestis ad consumptionem fere di-
midiax partis: In colatura deinde coquito
rad. Rubiæ tinctoræ ʒ iiiij. donec rema-
neat ƿ i. Dein iterum colato, & colatu-
ræ iniice prædictas ʒ iiiij Laccæ; & ad
ignem coquito, donec Lacca dissolva-
tur. Postea colato & exprimito, & abiice
superfluitates Laccæ. Colaturam dein ad
spissitudinem aliquam coquito, & insper-
ge sequentes pulveres:

R. Aristolochiæ longæ
Radicis concavæ
Rhabarbari Costi veri ana ʒ ii.
Zedoariæ Galangæ Alati radicum
Curcumæ Cinnamomi Ligni Aloës
Nucis moschatæ Schœnanthi ana ʒ j.
Camphoræ ʒ j.

Misceantur omnia optime, & formen-
tur Trochisci drachmæ unius pondere.

R A-

R A D I X concava, Holzvariz, que falso appellatur Aristalochia rotunda.

H o s Trochisci composui aliquibus obstrukione splenis hepatisque laborantibus, & præsenti auxilio id malum curaverunt.

Trochisci de Succino Valerii Cordi.

g. Ambræ excellentissimæ
 Succini albissimi ana 3 j.
 Succini Phalerini
 Succini cerei ana 3 iiiij.
 Succini nigri Camphoræ
 Margaritarum non perforatarum
 Margaritarum perforatarum ana 3 ii.
 Onychis Dentaliorum
 Entaliorum Vmbilici marini
 Lapidum cancrorum
 Synodontum Ligni Aloës
 Cinnamomi
 Schœnanthi Nucis moschatæ
 Cubebarum
 Cardamomi Croci
 Cyperi rotundi
 Zedoariæ Doronici ana 3 j.
 Conterantur omnia minutissime, &
 confiantur Trochisci cum mucilagine
 Tragacanthæ albissimæ in aqua Maioranæ
 dissolutæ.

A M B R A eft Succinum Orientale.

M. 7

Sac-

SUCCE NUM est quod Arabibus vocatur
Carabe, Germanis Agste n sive Bernstein: Sud-
nius, Gentor; Gallis, Ambre. Est enim Succinum
nihil aliud quam Ambra Germanica.

Phalernum, id est, flavum & clarissimum, &
omnino pellucidum.

Cereum, id est, quod cera colorē habet, non
adeo pellucidum est.

Nigrum Succinum alio nomine vocatur Gag-
tes lapis, Germanice Svartzter Agstein, oder
Svartzter Bernstein.

Inter emendum album Succinum, vitare
oportet scobem & ramenta. nam haec solent pro
albo Carabe vendi. Cum enim Cereum aut
Phalernum Succinum tornatur, candida ra-
menta remittit. Ideoque integras glebas candidi
Succini emere oportet. Est enim valde precio-
sum.

Onychis, id est, Blatta Byzantiae.

Vmbilici marini, Germanice Meerbonen.

Lapidum Cancrorum, id est, quos vocant Ocu-
los cancrorum.

Synodontes lapides sunt in capite Synodontis
piscis inventi: qui si habeiri non possunt, quo-
niam piscis marinus est, pro iis accipiantur lapid-
li qui binū inveniuntur in capitibus piscium flu-
viatilium, quos Rauperszken Germanice vo-
cant.

H̄i Trochisci faciunt ad calculum, ad
tumentem ventriculum, vertiginem, epi-
lepsiam, apoplexiā, tremorem & imbe-
cilli-

cillitatem cordis, ad paralysem, si dentur
in aquis appropriatis, cum Betonicæ flo-
ribus, aut Lavendulæ, aut Tiliæ : & ad
suffocationes & strangulationes uteriva-
lent.

OLEA.

Oleum ex ligno Iuniperi.

Fictile vas in foveam ponatur: sopra id
aliud fictile angusti orificij inversum po-
natur, recentibus Iuniperi lignis minu-
timque incisis plenum: cai subdueatur la-
mina ferrea foraminibus pervia, ut destil-
let liquor, & ne ligni segmenta delaban-
tur. Bene autem affentur, & luto sapien-
tiæ circumlinantur fictilium orificia, ne
quidquam expiret. Postea inferius fictile
usque ad collum superioris obruito terra,
& facto pavimento ignem circa & supra
fictile superius accendito; atque ardere
sinito aliquot horas. Postremo liquorem
qui destillavit, auferto. Cuius usus est
purgandis sordidis ulceribus.

EMENDAT cutis infectiones, serpi-
ginem, cancrum, ulcera maligna, qualia
quæ in tibiis & cruribus quorundam, ma-
lum mortuum recentiores vocant.

Oleum

Oleum ex Juniperi baccis.

Oleum è Juniperi baccis elicetur per artem distillandi, ut Vinum sublimatum. Quia vero minoris emitur quam ut ab aliquo Pharmacopola preparari queat, confectionem eius non indicabimus.

*Oleum Nardinum simplex
D. Mesue.*

Rz. Spicæ Nardi aromaticæ ʒ iij.
Vini Aquæ ana ʒ ij. β.
Olei Sesamini ℥ j. β.

Coquantur in duplice vase, donec vi-
num & aqua in vaporem resolvantur: co-
letur deinde Oleum; & colatum repona-
tur, abiecta Nardi Spica.

VAS duplex, Graece vocatur DIPLO-
MA: constat duobus crateribus, altero ateri
imposito, ita ut in unum aromata & oleum
coniiciantur; in alterum vero aqua funda-
tur, quæ subiectis pruni calefacta suo tempore un-
guenta & olea decoquuntur. Est autem hoc notan-
dum in omnibus aromaticis oleis quæ decoquun-
tur.

C A L E F A C I T, tenuat, digerit, mo-
dice adstringit: proinde affectus omnes
frigidos & flatulentos cerebri, ventriculi,
hepatis, lichenis, renum, vesicæ, uteri
magnō-

magnoperciuat: naribus injectum, caput purgat, corporis colorem & odorem commendat.

Oleum Nardinum compositum

D. Mesua.

℞. Spicæ Indicæ ℥ iiij.

Sampsuchi [id est, Maiowane] ℥ iiij.

Xyloaloës Enulæ Folii Indi

Calami aromatici [eius loco sumatur Galaga]

Foliorum Lauri

Cyperi Schœnanthi

Cordumeni ana ℥ j. f.

Contundantur omnia grossō modo: deinde affunde illis

Aquæ fontanæ

Vini ana quantū sufficit, i. circiter ℥ xiiij.

Olei Sesamini ℥ vj.

Macerentur per noctē: deinde coquuntur in Diplomate, id est, dupliciti vase, secundum artem.

P R O F olio Indo, recipe Spicæ Romana radicum, Macisana ℥ vj. [non ℥ vj.]

Oleum Costinum D. Mesua.

℞. Costi amari [optimi & veri] ℥ ij. *

Casix [aut succedancie eius] ℥ j.

Summitatum Sampsuchi ℥ ij. *

Vini quantum sufficit

Olei

* Olei Sesamini ℥ iij.

Macerentur duabus noctibus, deinde coquātur in duplice vase secundum artē.

CASIA, Aromaticā vera, & Cinnamomo similis accipi debet.

CALIFACIT, obstructa aperit, nervosum genus roborat, ut nervos, musculos, tendones, ligamenta, ventriculum: præter hæc, hepar & capillos. Canitiem ob id moratur, & corporis colore a colorē commendat.

Oleum de Piperibus D. Mesue.

B. Macropiperis [id est, longi]

Melanopiperis [id est, nigri]

A Leucopiperis [id est, albi] ana 3 iij.

Myrobal, Chebulotum

Myrob. Bellericorū Myrob. Emblicorum

Myrobal. Indorum ana 3 v.

Radicum Apii

Radicum Fæniculi ana 3 iij. β.

Sagapeni Opopanaxis

B Ammoniaci ana 3 ij. β.

C Turbith albi 3 ij. Zingiberis 3 iij.

Caulis foliorum recentium

Thymi viridis Rutæ viridis ana m. j.

Coquantur secundum artem in aquæ quantitate sufficienti ad tertias. Colaturæ adde olei de Cherua ℥ ij. & iterum coque ad consumptionem aquæ.

P. C.

P. C. SCHOL.

Ana. 3 iiiij.] *Cordus male* 3 ij. hic habe- A
bat.

Ammoniaci.] *Hyoscyami fæde in Cordo le-* B
gebatur.

3 ij.] 3 xij. *vitiose Cordus scriperat*, ut C
hæc omnia rite à Fuchso quoque dicuntur:
quamquam à Monachis hausta esse non dub-
tem.

IUVAT motbos nervorum frigidos, ut
paralysin, spasmum, spasmum cynicum,
tremorem, epilepsiam: adhæc ischiadem,
& cæteras arthritidis differētias, & uteri,
coli, renum, vesicæ affectus frigidos, quia
calefacit, tenuat, terget: ob id obstru-
ctiones aperit, calculum frangit.

Oleum Mandragore D. Nicolai.

P. Olei ℥ v.

Succi malorum Mandragoræ 3 viij.

Succi capitum Papaveris hortensis 3 vj.

Succi Hyoscyami albi 3 iiiij.

Succi Violarum

Succi Cicutæ tenerimæ ana 3 iij.

Opii Styracis ana 3 1.

Confice sic: misce simul omnes succos
oleo; atque in vitro vase, obstructo orifi-
cio, Soli exponito per decem dies. Unde-
cimo die coquantur in duplice vase usque
ad

ad consumptionē succorum : deinde ubi
refrigerari cōperit, cola : & colato oleo
adde Styram & Opium ; & confice se-
cundum artem.

S T Y R A X quidem sincera & pura facile in
oleo dissolvitur:

O P I U M vero sincerum in oleo dissolvi non
potest. Igitur tenuissime tritum inspurgatur oleo, &
sepe misceatur, nam nisi in aqua aut vino dis-
solvatur, non commiscetur oleo.

Non habentur apud nos **Mandragora** poma:
ergo loco succi **Mandragora** pomerorum accipe infra
scriptam decoctionem:

R. radicum **Mandragora**, id est, **Corticu**m ra-
dicu*m* eius l*j*. **Contundantur**, & coquantur in a-
qua sufficienti; & colatum decoctum succis adde.

A D nimios dolores capit is valet, &
phreneticis male dormientibus, fronti il-
litum, & naribus injectum, vehementer
opitulatur: pulsibus brachiorum & plan-
tis pedum illitum, quocumque modo vi-
giliis fatigatum celerrime obdormisceat
facit.

Oleum Mastichinum D. Mesue.

R. Olei Rosacei ȝ xij.

Vini odotiferi ȝ iiiij.

Masticis electa ȝ iij.

Coquantur secundum artem usque ad
consumptionem vini.

CEREBRUM, nervos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat: tumores duros lenit, dolores sedat.

Oleum de Euphorbio D. Mesue.

R. Euphorpii ʒ. f.

Olei Cheyrini ʒ. v.

Vini odoriferi tantundem. Coque secundum artem usque ad consumptionē vini.

I u v a t maxime frigidos cerebri & nervorum affectus, cephalalgiam, hemi-craniam, lethargum, naribus immissum. Articulorum quoque & hepatis, & splenis dolores, illitum lenit.

*Oleum Castorei D. Iacobi
de Manliis.*

R. Castorei Styracis calamitæ

Galbani Euphorpii

Casiæ lignæ veræ Croci

Opopanax

Carpobalsami [aut succedanei eius]

Spicæ Nardi Indicæ

Costi ana ʒ. iiij.

Cyperi Schœnanthi Macropiperis

Melanopiperis Sabinæ

Pyrethri ana ʒ. ij. f.

Olei ɻ. iiij.

Vini odoriferi ɻ. jj.

Con-

Confice sic: Galbanum & Opopanaxem in vino seorsim disslove: deinde reliqua omnia contusa cum oleo & vino coquito ad consumptionem vini in duplii vase. Postea cola, & dissolutum & expressum Galbanū cum Opopanace oleo adfunde: & iterum coquead consumptionem vini: & repone, s̄apie miscaens in posterum, ut Galbanum & Opopanax in vasis fundo subsidentes oleo commisceantur.

E s t optimum contra omnes & gru-
dines frigidas, pr̄sertim nervorum &
iuncturarū: medetur paralyſi, ſpasmo, re-
tanō, & ſedat acerrimos rigores, & fri-
gora febrium, ſi ſpina dorsi linatur.

Oleum Scorpionum simplex
D. Meſue.

* Rx. Scorpiones numero xx. vel xxx. secun-
dum eorum magnitudines.

Olei Amygdalorum amarorum P ij.

* Macerentur in vase vitro ſtriſti orificiis
per dies xxx caniculares ad ſolem, vel plu-
ribus diebus: poſtea colatum ad uſus re-
pone.

L A P I D E M renū & vesicā frangit
& expellit, lumbis, pubi, peritonio il-
litum, aut per meatum urinarium inie-
ctum.

Oleum

Oleum Scorpionum compositum

D. Mesue.

R. Aristolochia rotundæ
 Gentianæ Cyperi
 Corticum radicum Capparis ana 3 j.
 Olei Amygdalorum amarorum 1 j. f.

Macerentur in oleo contusæ radices ad Solem fervidum diebus viginti : deinde coquantur aliquantulum in duplici vase, injectis ad ultimum Scorpionibus num. xv. postea iterum serenis diebus xxx ad Solem macerentur. Postremo excolatum oleum reponatur.

A R I S T O L O C H I A rotunda non est Holzvurz, sed radix lutei coloris, odore & sapore Aristolochiae longæ. Affertur ex Italia.

V A L E T contra venena, & pestilentiam.

Oleum Formicarum Nicolai.

R. Formicarum alatarum quantum vis Olei quantum sufficit.

Macerentur aestate ad solem diebus xl. postea excolatum oleum reponere.

V A L E T ad confortandum coitum, unguendo partes destinatas generationi.

Oleum
-eq;

Oleum Lumbricorum terrestrium.

R^e. Vermium terræ P. β.
 Olei olivarum P. ij. Vini ſ^z ij.
 Buliant omnia ſimul, & fiat oleum:
 deinde percoletur & reſervetur.

NERVOS infrigidatos confortat; &
 utile eſt doloribus iunctutarum.

Oleum Vulpinum D. Mefiae.

R^e. Vulpem, detracta pelle, & abieciis in-
 teraneis, inciduntur in partes, & coqua-
 tur in Aquæ fontanæ &
 Aquæ marinae ana P. ij. ſ^z iiiij.
 Olei veteris clari T. ij. ſ^z ix.
 Salis ſ^z iij. Inter coquendum adiice
 Anethi Thymi ana P. j.

Coquantur autem quoſque ab oſſibus
 recedat caro, & aqua consumatur: deinde
 coletur oleum, & excollatum ad uſus ſuos
 reſervetur.

Qui prope mare non habitant, ſumant a-
 quam ſalsam, id eſt, Muriam; ſive aquam fon-
 tum ſalſorum, ubi ſalma fuerint. Porro ad co-
 quendam Viſpens non ſufficit aquarum preſcri-
 ptarum quantitas: ideo accipe quantum abun-
 de ſatisfuerit, & fortiter ultimo oleum expri-
 me.

A D podagras, reliquasque arthritidis
 ſp^z-

species, ac dorsi, remunque dolorem est
efficacissimum.

Oleum de Cappare.

R. Corticis radicum Capparis 3 j.
 Corticum Tamarisci
 Foliorum Tamarisci
 Seminis Agni casti
 Scolopendriæ [idest, Asplenii]
 Cyperi ana 3 ij.
 Rutæ 3 j. Aceti
 Vini optimi ana 3 ij. *
 Olei maturi 1 j.

Coquatur in duplice vase usque ad con-
 sumptionem vini & aceti.

V A L B T duritiei, oppilationi, & dolo-
 ri splenis, ac omni eius ægritudini.

Oleum de Lateribus D. Mesuæ.

R. Laterem aut tegulam rufam antiquis-
 simam, ex rufo luto ductam: eam con-
 fringe in frusta mediocria, & in prunis
 prito, donec tota excanduerint: deinde
 è prunis exempta fragmēta restinguito
 in oleo claro veteri, & dimittito quous-
 que se oleo impleverint: postea oleo
 exempta in tenuissimum pulverē con-
 tundito, atque in Retortam aut Cucur-
 bitam vitream indito, & secundum

N artem

atrem luto chymistico iuncturas vitro-
rum claudito, & subtus accensis prunis
oleum elicto, & elictum reponito.

C O N V E N I T omnibus morbis frigi-
dis. Est enim calidum, penetrativum, re-
solutivum: mollit dura, & discutit tumi-
da. Opitulatur his qui patiuntur epilep-
siam, vertiginem, oblivionem, patalysin,
spasmum, dolorem dorsi & genuum, po-
dagram, vel alios iuncturatum & nervo-
rum morbos: medetur spleni, vesicæ &
renibus.

Oleum Terebinthine.

Rx. Resinæ Terebinthinæ aut Lariceæ,
quam in Germania Terebinthinam voca-
mus, ℥ iiiij.

Eam pone in capacem Retortam, sive
Cucurbitam vitream, & per atrem destil-
latoriam elice eius oleum, ita ut Cucur-
bita aut Retorta arenæ imponatur. Primo
autem cum aqua exibit oleum tenue & clau-
rum, secundo aurei coloris, ultimo fu-
scum & crassum. Horum unumquodque
per se auferto, & reponito.

C O N F E R T omnibus ægritudinibus
frigidis, & maxime nervoram.

*Oleum Tartari, seu Vini Facum
exsiccatarum.*

Rx. Tartari puti ℥ iiiij.

Pena

Pone in ollam, & ure in fornace cum lateribus aut regulis aut fistilibus, vel per se, donec omnino exsandescat Tartarum. Postea impone in sacculum laneo panno factum, & suspende in cellario: tum distillabit ex eo clarus quidam liquor; quem repone. Porro revera hic humor non est oleum, sed acerrima aqua.

V A L E T ad faciem tergandam, & crugandam.

Oleum Cydoniorum D. Mefiae.

R. Cydoniorum non excorticatorum Sucti Cydoniorum ana quantum sufficit.

Incidito Cydonia; & impone in vas vitreum, & affunde succum. Affunde etiam oleum omphacium, hoc est, immatum, ut excedat eius quantitas succi mensuram. Postea stringe vasis orificium, & ad Solem omnia macera, aut in aestuorio diebus quindecim: deinde coque in dupliciti vase, & abiice posthac Cydonia, & adde recentia: & rursum macera & coque: inde etiam tertio recentia Cydonia impone; & praedicto modo omnia perage. Tum repone diligenter obstructum, ne expiret.

Hodie tanta diligentia non fit hoc oleum: igitur rogo ut matorem diligentiam impen-
dant.

Est optimum contra debilitatem stomachi, vomitum & fluxum: sistit sudorem: restaurat resolutionem, lapsas vires: corroborat nervos & vires: confortat digestivam.

Oleum Sampuchinum.

R. Foliorum Sampuchi m. iiiij.
Serpilli m. ij.
Foliorum Mytti m. j.
Abrotoni Sisymbrii ana m. f.
Casia lignea veræ ʒ ij.
Olei omphacini quantum sufficit.

Concidito & contundito omnia, & vitro vasi impone; ac infunde oleum, ut supra species emineat. Tum obstruō vasis orificio macera ad solem vel in astuario diebus octo. Postea exprime, & expressum oleum infunde recentibus speciebus: & hoc etiam tertio facito.

Folia vera Myrti accipi debent, que ex Italia & Narbonensi Gallia afferuntur.

S I S Y M B R I U M, id est, *Mentha aquatica*. Est & aliud *Sisymbrium* in montibus nascens, multo odoratus: quod melius esset, si ubique haberet posset.

OMPHACINUM, id est, ex immaturis olivis expressum.

L A S S I T U D I N I utile est; & morbis cerebri & nervorum prodest: ob id in bal-

balneo inunctum paralyticum iuvat, & spasmodum cypicum, vulgo torturam oris, naris iubatum: & auribus immissum a flatu tinnitus dissipat: menses ciet: ac morsui scorpionis prodest.

Oleum Vitellorum ovorum.

R. Ova recentia numero centū; coquito donec penitus indurentur. postea vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine, movendo donec rufescant, & pinguedinem quandam remittant: deinde offam ferventem iniice in sacculum pilis contextum, & exprime: quodque expressum fuerit oleum, reponere.

EXPERIENTIA plurima probatum est, cutim expurgare: impetriginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare: capillos regnare: & ulceram malignam & fistulosam curare.

Oleum Hyperici Iacobi de Manliis. *

R. Summitatum Hyperici iamiam matutinum: rescen:is 3 iii.

Maceretur in vino odotifero diebus iij. Bulliant deinde in vase duplice, obturato orificio vasis. Postea exprime: & recentis Hyperici par pondus iniice: & iter-

N 3 rum

rum macera, & coque, & expime. Tum etiam tertio recens Hypericum adde : & si vinum minuitur, adde aliquid. Postea *

* Rz. Terebinthinæ claræ ʒ iiij.

Olei veteris clati ʒ vj. Croci ʒ j.

Coquantur in duplice vase usq; ad consumptionem vini : postea expime, & à sedimento purgatum oleum repone.

CALIDUM est & siccum, stypticū : ob id consolidat vulnera incisorum nervorum, & combustionem ignis : sedat dolores femoris & vesicæ: & provocat urinam.

Oleum Irinum.

Rz. Olei ɏ vi. Vini ɏ j.

Lavetur oleum ter in aqua calida : deinde effusa aqua, adde vinum ; & insperge Macis ʒ iiij.

Cardamomi Zedoariæ ana ʒ iiij.

Macerentur in loco aliquo calido, obstruto vasis orificio per dies octo: postea in duplice vase coquito, usque ad consumptionem vini dimidii. Postea expime oleum; & insperge ei pulverem subtilem

Iridis Illyricæ ɏ iiij.

Macera, ut prius, diebus octo: deinde expime oleum, & recentis Iridis contraria par pondus iniicito : tunc rorsus ad solem aut loco calido diebus viij macera-

to, & rursum expime. Postremo etiam tertio expime, & aliam Iridem adde, & similiter omnia perage: deinde in duplice vase oleum una cum ultimo inspersa Iride aliquamdiu coquito. Adultimum deinde expime, & repone oleum: cumque videris subsidere ad fundum vasis Iridis pulverem, leviter cola.

Cum ita permittatur crebro Iris, oleo singulari
vicibus aliquid decedit: ideo boni ponderis Pvj.
olei accipientur.

ATTENUAT, resolvit, maturat, & di-
gerit malos humores phlegmaticos pe-
ctoris & pulmonis: facilitat sputum &
anhelitum: sedat tussim & frigidos dol-
ores hepatis, splenis, & maxime matricis:
resolvit dura apostemata, & mollit duri-
ties: & confert spastmo, doloribus iunctu-
ratum, & foetori narium.

Oleum Irinum D. Nicolai A
Alexandrini.

g. Olei sextarios x.
Aquæ sextarios iiij.
Radicum Iridis P iiij. ʒ iiiij.
Crini domestici radicis ʒ xv.
Cyperi viridis radicum ʒ vj.
Helenii ʒ iii. Anchusæ ʒ ii.
Cinnami Affæ Spicæ ana ʒ j.
Contundantur radices & aliæ species.

N 4 &

& macerentur in oleo & aqua diebus quinque ad solem vel loco calido, obstrueto vasis orificio: postea supra lentes prunias in duplice vase coquito, donec aqua consumpta fuerit; deinde refrigerari finito. Ultimo exprimito; & cum aliquid subsederit, sensim excolato oleum.

Nicolai Alexandrini Latinum & impressum exemplar ita tradit huic sole i confessionem.

S E X T A R I U S Romanus, mensura est quae habet olei uncias ponderales xvij. 3 u. 3 j.

C R I N O N domesticum, id est, *Lilium odoratum album*, quod in hortis plantatur.

Non ubique habentur radices Cyperi virides: ideo aridas sume, & vino asperge tritas.

H E L E N I I, id est, *Enula Campana*, videlicet radicum eius.

A N C H U S A, est *Buglossa silvestris*, rubra radice, quam aliqui hodie non recte Alcanam vocant. Tinguntur ea radice unguenta, & cera.

B C I N N A M U M, idem est quod *Cinnamomum*.

C A S S A] Ego hic non dulcem *Assam*, sed foetidam ponere: licet tamen utrinque 3 β. accipere.

P. G. S C H O L.

A Gleum Irinum Nicol. Alex.] Cum Myri descriptio ab hac Nicolai diversa sit, temere Euchinus hanc erroneam dicit.

Cin-

Ginnamum] *Cinnamomum imo legendum: B aliquantulum nempe differunt, ut alibi diximus.*

**Affæ.] Num hujus loco Casia, cum Euchisio, C legendum sit, videndum. Interea fallitur Cor-
dus, Azam hic foetidam intelligendam pu-
tans.**

**Vs
U
R
P
A
T
U
R** ad diuturnum catar-
rhum, naribus illitum. Ozænas & putre-
dines narium auferit: tinnitus aurium,
cum aceto & ruta & amygdalis amaris
commixtam, & auribus iniectum, tollit:
asthmaticis, gargarismo adhibito, opi-
tulatur: hemorroïdas veteres inunctum,
sive colo iniectum, educit.

Oleum Moschelinum D. Nicolai.

R. Olei puri ℥ viij.

Aquaæ ℥ iiij.

A

Folii [aut succedanei eius]

Spicæ Nardi Indicæ

Costi [odorati & veri]

Masticæ ana ʒ iiij.

Styracis calamitæ Croci

Myrræ Troglodyticæ

Xylocinnamomi [in eius penuria corticis Cin- B nomomi]

Casia lignæ veræ ana ʒ j. fl.

Carpobalsami [aut succedanei eius]

Garyophyllorum Bdellii ana ʒ j.

N s Mo-

C Moschi ȝ vij.

Nuces Indicas num. iiiij.

Confice sic: Folium, aut eius succedaneum, Myrrham, Casiam, Carpobalsamum, & Bdellium tere, & per biduum in aqua & oleo macera: postea coque supra lentum ignem in duplice vase, usque ad consumptionem aquæ: deinde reliqua omnia in tenuissimum pulverem redacta insperge, excolato & expresso oleo; & iterum macera, & coque parumper: ultimo deinde Moschum admisce; & reponere, & patere ut aromata subsidant. Ea interdum oleo commisce, agitato vase.

Ex Nicolao Alexandrino. presumptum est hoc oleum: apud quem non puri, sed Purici olei legitur, id est, in Africani nati, quadomnium optimum & distillissimum existit.

Pro Folio sume radicularum Spica Romanae, Macis ana ȝ j. β.

Pro Xylocinnamomo sume Cinnamomum eleatum.

D Nux Indica hic non significat grandem illam nucem qua ubique Indica nux vocatur, sed nucem Moschatanæ. Nam veteres Gratianum appellant Caryon sive Carydion Indicon, id est, Nucem sive Nuculam Indicam: vocatur etiam Caryon Myrepson, id est, Nux unguentaria siue odorata & Moschocaryon, hoc est, Moschatanux. Quod diligenter in hac oleo notandum est.

P. G.

P. C. SCHOL.

*Aquaæ] Fuchsius vinum aquæ loco sumendum A
satu apte dicit.*

*Xylocinnamomi] Nicolai Alexandrini B
exemplar Xylocinnami legit.*

*Moschi ʒ vj. j Nimia certe quantitate: qua- C
re forsan ʒ iij. legende erunt, ut pro diuisus ij. in-
ferius in unum contracūs, u scriptores olim cacu-
tientes legerint.*

*Nux Indica.] Nuces Indicas hodie passim vo- D
catae Fuchsius hoc loco intelligendas, non Nuces
Moschatas vulgo appellatas, contendit: eo quod
hæc e veteribus Gracis cognitas non fuisse constet.
Verum idipsum & de Garyophyllis ac Moscho,
hanc compositionem quoque ingredientibus, dici
posset: quod non perpendit Fuchsius Posteroris eten-
tim seculi compositionem hanc esse, quod omnia
hic commemorata cognovit, est indubiatum.*

*E s r optimum ad omnem frigiditatem
corporis, potissimum ventriculi, & ad do-
lorem lateris, foris inunctum. Strangu-
tiosis & colicis, & ad omne nervorum vi-
tium illitum optime facit. Miscetur epi-
thematibus & emplastris quæ ad sto-
machi & renum affectiones adsciscuntur.*

Oleum Rutæ.

*Rutæ recentis incisæ et contusæ quan-
N 6. tum*

tum libuerit, pone in vase vitro; & affunde olei veteris clatissimi sufficien-
tem mensuram; & macera ad solem, aut
in loco calido aliquo, diebus quinde-
cim: deinde in duplice vase coquito,
& abiecta Ruta recentem iniicito, &
iterum quindecim diebus macerato:
postea simili modo coquito & expri-
mito, & tertio recente Rutam iniice;
macerata quoque & colata.

*Ita debet preparari olicum hoc & aliquot se-
quentia.*

*E*s & calidum, apertivum, resolutivum,
& mitigativum dolorum: calefacit renes,
vesicam, matricem; & sedat dolores eo-
rum, & maxime colicam, si venter unga-
tur, & fiat ex eo solo clyster: præterea
opitulatur nervis, confert spasmo, & ex-
pellit frigidos humores.

Oleum Anethinum.

Oleum Anethinum fit ex floribus &
foliis Anethi, & oleo veteri clato, eodem
modo quo Rutaceum Oleum.

*S*EDAT dolores, aperit poros, &
resolvit vapores & apostemata, tumo-
res & durities: & mitigat dolores &
rigores febrium: provocat somnum &
fudorem.

Oleum

Oleum Chamælinum.

Oleum Chamælinum sive Chamo-millæ, ut vocant, fit ex floribus Chamæ-meli, id est, Chamæmilla, & oleo veteri claro, ut Rutaceum oleum.

V A L E T ad plura: aperit poros, resolvit vapores, sistit fluentes humores, corrigit malas qualitates, confortat nervis & membris nervosis; & aptime mitigat dolores.

Oleum Lilinum.

Oleum Lilinum, sive Liliorum, fit ex Liliis albis odoratis recentibus, & oleo veteri claro, ut oleum Rutaceum.

S E D A T frigidos dolores pectoris, renum, vesicæ, matricis, & colicam: est enim calidum, resolutivum: mitigat tufsim, & efficaciter resolvit, & citius maturat apostemata.

Oleum Narcissinum.

Oleum Narcissinum fit primo Vere ex recentibus floribus albi Narcissi, qui vocatur Germanice Mertzenblum, Weyss-hornungsblü, Weyss-aprillenblum, Weyss-Josepsstube. Fit ut Rutaceum,

VALET ad emolliendas vulvæ duri-
tias, præclusionesque.

Oleum Ligustrinum D. Mesue.

Oleum Ligustrinum, quod Graci vo-
cant Cyprinum, Arabes autem oleum de
Alcanna, fit ex floribus recentibus Ligu-
stri, florente vite, aut paulo post, & oleo
veteri clarissimo, ad modum Rutacei olei.

Ligustrum est arbustus salicis sere folio, flo-
ribus parvis candidis, veluti spumosis & muco-
sis: Germanice vocatur Reynveyden & Mont-
holtz. Nascitur copiose ad Rhenum, & in Mis-
nia, Hesia, Suevia, Wittenbergensi agro, Thu-
ringia, & circa Nurembergam, non longe à Kala-
kreut.

PARTES nervosas roborat, & capil-
los à canitie vindicat.

Oleum Sambucinum.

Oleum Sambucinum fit ex floribus
Sambuci, & oleo veteri clarissimo, quem-
admodum etiam oleum Rutaceum.

LENIT, abstergit, & mundificat cu-
rit: medetur icteritiae, & maxime hepati-
infirmitate, oppilato: & platinum confert
doloribus iuncturarum.

Oleum Iasminum.

Oleum Iasminum, quod Arabes vocant
Iase.

Iasminum, & oleum de Zambach, sit ex floribus Iasmiris, sive Iasminis, sive Zambachi, & oleo veteri claro, ut oleum Rutaceum.

Est Iasme flossimilis Violis aut Cheyria, dum odoratus: nascitur in frustice, qui multis vietulis ascendit per gulas & concamerationes, ut vitis. Colitur in Italia & Gallia.

O P I T U L A T U R corporibus quæ cœlefactionem laxationemque desiderant.

Oleum Cheyrinum.

Oleum Cheyrinum sit ex Leucois luteis, hoc est, ex Cheyris citrinis, & oleo veteri claro, ut Rutaceum oleum.

Cheyri Germanice dicuntur Gelbe Violen.

D O L O R E S pectorum aliarumque partium corporis mitigat; eaque quæ in thorace, renibus & vesica sunt, discutit.

Oleum Myrtillorum.

Oleum Myrtillorum sit ex Myrtillis, hoc est, baccis veræ Myrti, & oleo omnipacino, hoc est, immaturo, eodem modo quo Rutaceum.

Myrtus vera apud nos non nascitur, neque habemus semper virides Myrtillos, sed aridos, et plurimum enim ex Hispania & Italia afferuntur: ideo necesse est ut vino odorato aspergantur.

R E-

REFRIGERAT & adstringit; ideoq;
cœliacis affectibus subvenit: sanat igne
ambusta: pustulas erumpentes illitu eme-
dat: attritus hyeme concitatos, & inter-
trigines illitum corrigit. Sedis rimas, cō-
dylomata, luxatos artus persanat, & su-
dores coërcet.

Oleum Myrtinum.

Oleum Myrtinum sit ex foliis veræ
Myrti, & oleo Omphacino, id est, im-
mature: quemadmodum oleum Myrtillo-
rum.

Quoniam vero Myrti vera recentia filia apud
nos haberi nequeunt, ideo sume folia Myrti vera
que ex Italia & Narbonensi Gallia & Candia
afferuntur denuo, & asperge ea contusa vino ve-
teri odorato, ut distum est proxime in oleo Myrti-
lorum.

CEREBRUM, nervos, cor & ventri-
culum roborat.

Oleum Menthæ.

Oleum Menthæ sit ex Menthæ crispa
sativa, & oleo omphacino, id est, immatu-
rato, eodem modo quo Myrtinum aut Ru-
taceum oleum.

VENTRICULUM refrigeratum &
imbecillum calefacit: firmat nauseam, vo-
mita-

mitumque reprimit: appetentiam excitat, coctionemque iurat.

Oleum Absinthii.

Oleum Absinthii fit ex Absinthio Pontico, & oleo omphacino claro, quemadmodum oleum Rutaceum.

Absinthium Ponticum nos non habemus, quod videlicet non adeo calidum est, sed suavioris odoris, & valde adstringens. *Nostrum vero Absinthium sive rusticum Absinthium calidius est;* & nihil fere adstringit, ut etiam Galenus scribit: ideo corrigendum est cum Rosis, quae dimidium eius pondus aequant.

CALEFACIT, ac roboret ea quæ sunt refrigerata, potissimum vero ventriculum: excitat appetentiam, obstructions auffert, lumbricosque enecat.

Oleum Rosaceum.

Oleum Rosaceum sive Rosarum, fit ex Rosatum rubetum nondum penitus aperatum decerpis foliis, & oleo omphacino, id est, immaturo, eodem modo quo Rutaceum oleum.

REFRIGERAT & astringit: inflammatio-
nibus preßidio est, astuantem ventriculum
restinguit; erosiones intestinorum cly-
steribus inditum, & dolores dentium, si
eo colluantur, sanat.

Oleum

Oleum Violaceum.

Oleum Violaceum sive Violatum, fit ex floribus Violatū [Martiarum,] & oleo Omphacino, id est, immaturo, quemadmodum Rutaceum & Rosaceum.

R E F R I G E R A T , incandescentibus inflammationum fervoribus utile est.

Oleum Nenupharis albi.

Hoc oleum fit ex recentibus floribus Nenupharis, quæ albos flores producit, & oleo Omphacino, quemadmodum Violaceum.

N Y M P H Æ A T U M o l e u m v i r e s h a b e t
Violati: refrigerat tamen magis quam Violatum, & minus quam Papaverinum:
hypnoticis, & intemperaturam partium,
ut renum, calidam sanantibus utiliter mi-
scetur; & Veneris tentiginem prohibet,
genitali inunctum: somnum etiam con-
ciliat.

Oleum Nenupharis Citrini.

Hoc oleum fit ex luteis, sive Citrinis Nymphææ, hoc est, Nenupharis floribus, & oleo Omphacino, ut Violaceum oleum.

Oleum

Oleum Populinum.

Populinum oleum fit primo Vete ex oculis Populi arboris contusis, & oleo veteri claro, loto in aqua calida aliquoties, eodem modo quo Rutaceum aut Anethinum oleum.

*Oleum Populinum D. Nicolai
Alexandrini.*

¶. Olei 3 lxxxvj. (faciunt ℥ viij. ʒ ij.)
Vini ℥ iiii.

Gemmarum Populi arboris recentium,
Veris initio collectarum ℥ iiii.

Gemmæ Populi diutissime terantur, &
macerentur in vino & oleo diebus septē,
& quotidie sepe agitentur. Octava deinde
die supra lertas prunas in duplice vase
coquito, usque ad consumptionem vi-
ni: deinde exprimatur oleum: & repon-
natur.

Porro hoc oleum efficacius erit, si se-
cundo & tertio recentes Populi gemmæ
addantur.

Gemme Populi, id est, oculi Populi.

EXPEDIT ad capitis dolorem, arthriticis,
nephriticis, & podagricis, & ubicum-
que dolor fit.

Oleum

Oleum Amygdalorum dulcium.

R. Amygdala dulcia siccata, non tamen tan-
cida: contundantur minutissime: po-
stea in sattagine aliquantulum torrefac-
tias, affuso aquæ Rosaceæ modico: po-
stea prælio exptime.

L E N I T asperitates pectoïis, gutturis
& pulmonis, duritiem & siccitatem iun-
cturarum: est suave in cibis; & confert
hecticis & phthisicis: impinguat, auger
sperma: sedat tussim & ardorem utinæ,
vesicæ & vulvæ excoriatiæ, cum fistula in-
iectum.

Oleum Amygdalorum amarorum.

Fit hoc oleum eodem modo quo ex dulcibus A-
mygdalis.

A P E R I T oppilations, & discutit
ventositates & vapores: sed potissimum
medetur surditati, sibili & dolori aurium:
lenit duritiem nervorum, & delet macu-
las faciei.

Oleum Balaninum.

Oleum Balaninum fit ex Balano My-
replica, id est, Glande unguentaria, quam
Arabes vocant Granum Ben. Fit autem ex
tuso

tuso assatoque, affusa Rosacea aqua, fru-
ctu isto.

Fructus hic ipse Avellana magnitudinem
habet, color em candicantem, & figuram ut
pluimur triangularem. Cortice tenui claudit
pinguem quandam nucleum, fungosa & alta
tunica involutum. Affertur ex Syria & Ara-
bia.

OLEUM Balaninum repurgat macu-
las, varos, lentigines, cicatricum nigri-
tias, fucos: alvum solvit; sed ventricu-
lo adversatur: dolores aurium emendat.
Item si sonant aures, vel strepitum, aut
sibilum edunt, cum adipe infusum auxi-
liatur.

Oleum de Cherva.

Oleum hoc fit ex pingui quodam semi-
ne, quod Arabes Cherva, Græci Crotona,
Latini Ricinum vocant. Fit autem eodem
modo quo oleum Amygdalorum.

Planta que semen hoc producit, vocatur à
recentioribus Cataputia maior, ab Italis Pal-
ma Christi, & Mira solis; à Germanis Wun-
derbaum, Zeckensame, & Heydnisch Sprinc-
korner.

PRODEST psoris, ulceribus capitis
erumpentibus, sedis inflammationibus,
vulvis quæ oclusæ conversæque strangu-
lant, cicatricibus fœdis, aurium dolori-
bus:

OLEA.

310
bus: potu alvum cier. si quis aquis grava-
tur: lumbricos eiicit.

Oleum Papaveris.

E semine utriusque Papaveris tam albi
quam nigri exprimitur oleum, eodem
modo quo ex Amygdalis, Balano Myre-
psica, & Cherva.

IMPINGUAT, asperam arteriam le-
nit; febrium ardorem mitigat, & info-
rarium.

Oleum Hyoscyami.

Hoc oleum exprimitur ex Hyoscyami
semine, eodem modo quo ex Papavere.

Oleum Spicæ.

Oleum Spicæ fit per destillationem ex
maiori Lavendula, quæ Spica vocatur.

Hoc oleum apud nos maioribus sumptibus fit,
quam in Gallia Narbonensi: ideo potius emendum
est à mercatoribus, qui illud è Gallia afferunt.

C A L E F A C I T, ac discutit.

Oleum Laurinum.

Oleum Laurinum apud nos non facile
fieri potest: quoniam vero in magna co-
pia

pia affertur ex Italia & aliunde, ideo facile emitur à Materialistis.

CALIDUM est & apertivum: mitigat colicam & frigidos dolores ventris, stomachi, capitis, hepatis, splenis, renum, matricis, nervorum, iuncturatum: denique omnibus agititudinibus frigidis confert.

Oleum Sesaminum.

OLEUM Sesaminum exprimitur è Semini sesami; eodem modo quo de sem. Papaveris.

Sesamum verum affertur ex Alexandria Ægypti Venetias; nunc ex Italia & Hispania: unde ematur sincerum. nam adulteratur oleo Nucum & Papaveris; sed odore & sapore facile reprehenditur à peritus dolus.

OLEUM Sesaminū impinguat, auget sperma, lenit guttur & omnem aperitatem & duritiem: & clarificat vocem.

Petroleum Flavum.

PETROLEUM clarum, quoddam est album, quoddam vero aurei coloris. Deavit autem ex petris in Italia & plerisque aliis locis, unde ad nos affertur.

CALFACIT, siccatur: essentiae tenuitate in altum penetrat, digerit: proinde mate-

materiam omnem excrementosam consumit: ob id epilepsia, paralyssi, vertigini, oblivioni, & sienis, renum, vesicæ, ute-ri, nervorum, articulorum omnium, & reliquarum partium nervosarum doloribus frigidis maiorem in modum confert.

Petroleum nigrum.

Petroleum nigrum, sive Naphtha nigra, crassius est quam flavum. Gignitur autem in agro Borchdorpiano & Brunsvicensi in Saxonia.

PETROLEUM, *id est, Naphtha.*

OPOBALSAMVM SVCCEÐANEVM
P R E T I O S U M E U R I C I I C O R D I ,
qui Valerii pater fuit, huic libro ex
Valerii Cordi scriptis nuper
additum.

Bz. Iridis Illyricæ
Zarnabi longi [id est, Zedoaria]
Zarnabi rotundi [id est, Zurumbeth]
Cubebarum Cardamomi maioris
Cardamomi minoris Agallochi
Olei Benzoi ana 3 iiiij.
Garryophyllum
Nucis moschatae Macis
Arceuthidum [id est, gran. Juniperi]
Cafix Cinnamomi Santali cittini
~ Ben-

Benzoi ana ʒ i.
 Croci Asari
 Maioranæ Schœnanthi
 Nardi Celticæ rad. Rosarum rubearum
 Cyperi longi &
 rotundi ana ʒ j.
 Camphoræ Ʒ ij. Moschi Ʒ j.

Hæc omnia trita macerentur in vino
 Rhenano tē sublimato, diebus octo. Pe-
 stea diligentissime distillentur in balneo.
 Distillatæ deinde aquæ que primo exive-
 rit, cape ȝ vi. in quibus dissolvè optimæ,
 candidissimæ, electæque Myrrhæ ȝ ij.
 sic tenuissima & præstantissima pars Myr-
 rhæ aquæ vitæ miscetur: crassior vero in-
 star fecis subsider, quæ nequaquam est se-
 paranda aut excolanda: quoniam in fun-
 do dimissa ipsum Opobalsamum aliquot
 annis conservabit incorruptum.

VNGVENTA.

Vnguentum Agrippæ Regis,
D. Nicolai.

R. Radicum Bryoniæ ℥ ij.
 Radicum Cucumeris asinini ℥ j.
 Scillæ ℥ ss. Ietros ȝ iiij.
 Radicum Filicis Radicum Ebuli
 Tribulorum aquaticorum ana ȝ ij.
 O Ceræ

Ceræ albissimæ ȝ xv.

Olei albissimi l' iiiij.

Radices omnes istæ recentes incisæ & contusæ maceretur in oleo per dies octo: deinde coquantur, postea exprimantur & in colato oleo & expresso resolvatur cera, & fiat unguentum secundum artem.

Apud Nicolaum Alexandrinum invenitur idem unguentum: sed impressi codices non habent radices Filicis & Ebuli, & Tribulos.

Oportet omnes istas radices & tribulos esse recentes, quod si necessitas urgeat, & non sint ad manus recentes; tunc sume siccataas, & affunde vini optimi p' iiiij.

A TRIBULI aquatici sive marini, sunt Wasfernusse: & ipsi fructus accipi debent.

P. C. SCHOL.

A Tribuli æquatici.] *Dessennius vero contra, non fructus, sed radices hic intelligendas esse putat.*

HYDROPICI S, omnibusque corporis œdematis succurrit. Nervorum mala sanat, urinas movet: extrinsecus illitum ventrem subducit, dolorique rerum utile.

Vnguentum Apostolorum

D. Avicenne.

R. Terebinthinae

Ceræ albæ Resinæ

Ham-

Hammoniaci ana ʒ xiiij.
 Aristolochiae longae Thutis masculi
 Bdellii ana ʒ vj.
 Myrrhae Galbani ana ʒ iiiij.
 Opopanacis Floris æris ana ʒ ij.
 Lithargyrtii ʒ ix.
 Olei, si fuerit æstas, ℥ ij.
 In hieme autem ℥ iiij.
 Aceti quantum satis est ad Hammoniacum, Galbanum, & Opopanacem dissolvenda.
 Confice secundum artem.

Flos Æris propriæ significat grana quedam parva, quæ è partibus aris prossiliunt, tum refrigerantur affusa aqua partes aris. hoc tamè loco soleatponi viride aris.

Es t' efficax contra vulnera & ulceræ difficultia, & fistulas: consumit carnem mortuam, & consumptam restaurat; duram mollit: & plagas sanat.

Vnguentum Aregon D. Nicolai.

Rz. Rosmarini Maioranæ
 Radicis Iari Serpylli Rutæ
 Rad. Cucumeris asinini ana ʒ iiiij. ℥.
 Foliorum Lauri Salviæ
 Sabinæ ana ʒ iiij.
 Pulicariæ majoris
 Pulicariæ minoris ana ʒ iiiij.
 Radicum Bryoniæ ʒ iiij.

O 2 Læu-

- 316
 * Laureolæ ʒ iiiij. ₣.
 * Nepetæ ʒ iiij.
 * Mastiches
 * Olibani ana ʒ j. ₣.
 * Pyrethri
 * Euphorbii ana ʒ j.
 Zingiberis
 * Piperis ana ʒ iiiij. ₣.
 Adipis ursini
 * Olei Laurini ana ʒ iiij.
 Olei moschellini ʒ ₣.
 Petrolei clari ʒ j.
 Butyri ʒ iiiij.
 Olei communis 1 v.

Herbae & radices Maio mense colle-
 ctæ in oleo macerentur diebus septem:
 deinde coquantur; additis, circa cocturæ
 medium, siccis reliquis: tum colentur.
 Colato oleo adiicere reliqua, &
 Ceræ 1 j. ʒ iiiij.

OLEUM debet esse purum & vetus. Porro
 auctores non ponunt certam mensuram olei: qui-
 dam iubent accipi 1 v. vel quantum sufficit. Sed
 tantum herbarum & radicum pondus & quan-
 titas non potest bullire in 1 v. olei; idco accipe
 olei 1 medicinales sex, & affunde aquæ etiam ali-
 quot libras; & coque ad consumptionem aquæ, &
 cola.

I A R U S est vera Serpentaria: pro qua peni-
 tur Aron recenter effossum.

P U L I C A R I A, id est, Conyzæ, Germa-
 nice

nice vocatur Durvurz, & est similis Enula. Campana in foliis, caulis & floribus; sed multo minor. Nascitur humidis locis, & exiccatis aquis, circa stagna.

L A U R E O L A, est planta similis Thymelae, id est, planta in qua nascitur Coccus Gnidii. Eius loco sume radices vel folia Coccum Gnidii.

O L E U M Moschellinum suo loco descriptum est.

P. C. S C H O L.

Et affunde aquæ.] Cacutit Cordus in aqua A unguentum coquens, cum in vino coquendum esse ratio dictaret.

Ceterum cum unguentum istud in ponderibus mire corruptum undique legatur, nos id ipsum, quantum nunc licuit, restituimus.

P R O D E S T malis corporis frigidis, convulsionibus, resolutionibus partium. Item dolori colico, renum, articulorumque.

Vnguentum Martiatum A

D. Nicolai.

R. Ceræ albæ ℥ iiij.

Olei ℥ viij. [aut quantum sufficit.]

Rorismatini

Foliorum Lauri ana ʒ viij.

Rutæ. ʒ vij. [al. iij.]

Tamarisci [foliorum scilicet] ʒ vj.

O ʒ Maio-

Maioranæ Sabinæ

Balsamitæ Salvie

Ocymi Polii [videlicet veri]

Calaminthæ Artemisia Enulae

Betonicæ Branca ursinæ Spargulæ

Herbæ venti Pimpinellæ Agrimoniatæ

Absinthii Herbæ paralyfis

Herbæ sanctæ Mariæ

Cimatum Sambuci

Herbæ Crassulæ Millefolii

Sempervivæ Chamædryos Centaureæ

Centumnerviæ Fragulæ Tetrahit

Quinquefolii ana 3 iij. β.

Radicum Hibisci [id est, Althææ]

Cymini Myrrhæ ana 3 iiij.

Fœnugrati 3 j. β.

Butyri 3 j. 3 ij.

Viticæ Violarum

Papaveris nigri

Menthæ Saracenicæ Menthæ crispæ

Lapathioli Polytrichi Carduncelli

Matis silvæ Maturellæ

Herbæ moschatae

Alleluia Linguæ cervinæ Crispulæ

Camphoratae Styracis calamitæ

Medullæ cervinæ ana 3 β.

Adipis ursini Adipis gallinacei

Masticæ Thuris ana 3 j.

Olei Nardini 3 ij.

Herbæ omnes in Majo mense colligantur, & incisæ macerentur in vino odorifer-

ro per dies septem: octavo deinde die co-
quantur, donec fere consumatur vinum:
postea cola: & colaturæ expressæ adde
oleum, & coque denuo donec consumatur
vinum: mox adde ceram & reliqua secun-
dum artem.

*In hoc unguento multa sunt herbarum nomi-
na, que apud probatos Autores nusquam inve-
niuntur: ideoque aliquis non facile ea interpre-
bitur.*

NICOLAUS Prepositus loco Maiorana ha-
bet Esbrium, alii autem habent utrumque. Sed
non constat quid sit Esbrium. alii enim dicunt
Maioranam esse, alii Salviam: sed utrumque in-
greditur hoc unguentum, tam Maiorana quam
Salvia.

BALSAMITA, id est, *Mentha aqua-
tica*.

BRANCA ursina vera, qua Romana co-
gnominatur, accipi debet, que habet radices
longas, multas, glutinosas, sapore Tragacan-
the. Et alio nomine vocatur Acanthus: qua-
vero Germanice vocatur Bernclavv, & ha-
ber Anethi umbellam, & semina odore &
sapore cimicum, nihil minus est quam Branca
ursina. nam semper illam Romanam Brancam
ursinam intelligunt auctores omnes. Est au-
tem urbana & hortensis herba Branca ursina
vera.

SPARGULA, id est, *Gallion*: Germa-
nico vocatur Ranritzen & Sprengelblum. Her-

ba est denso, numeroſo, conſerto & odorato flore.

C PIMPINELLA, quam Auctor intelligit,
est Sanguisorba, qua Germanice Blutſtroßlein
vocatur.

H ERBA Paralysis, id est, Himelschussel.

D H E R B A Sancte Mariæ, secundum interpre-
tationem omnium, est Persicaria.

H ERBA Crassula pinguia habet folia: naſci-
tur in muris & in teſtu: Germanice vocatur Fett-
te henne, ſive Donnerkraut.

C ENTUMNERIA, i. Plantago maior.

TETRAHIT, id est, herba Iudaica, quam
dicunt eſſe Orobum.

L UMINARIS maioris auctor Ioannes
Jacobus Manlius, pro Cymino & Myrtha habet
Cimaram Myrti. Sed neſcio quam bene: non ta-
men improbo. Porro Nicolai Alexandrini impref-
ſum exemplar habet Cymini & Myrtha: ſed Ni-
colaus Praepositus pro Myrtha habet Myrrham;
ſed male.

L APATHIOLUM, id est, Acetosa.

POLYTRICHON, herba eſt ex speciebus
Capilli Veneris.

M ENTHA Saracenicā, Germanice vocatione
Vnſer Frauven Mintze. Herba habet folia ob-
longa, Lapathio minora, & in ſummis caulinibus
aureos flores in corymbis dispositos, fere ut Tan-
acetum: tota odoratissima eſt.

CARDUNCELLUS, id eſt, herba Tur-
cha: quam nos in Germania vocamus Carduum
benedictum.

M A-

MATRISSILVA, id est Periclymenum: Germanice vocatur Speklilien: ascendet arbores ut Vitis: flores habet longos, reflexos, & odore Liliæ; Nurembergæ in hortis colunt, cum alibi proveniat sponte in silvis.

MATURELLA, id est, Phus; id est, Valeriana maior. Impressi codices Nicolai Alexandrini non habent Maturellam, sed Marathrum, id est, Eoniculum: sed male.

ALLELUIA, id est, Trifolium accosum: Germanice Buchampfer vocatur.

CRISPULA qua sit herba, non constat recentioribus alii enim Buphthalmum, alii Herbam Cancri sic vocant, nec indicant figuram herbae Cancri: ego autem ponerem eius loco Buphthalmum, id est, Cotulam maiorem, non factidam.

HERBA MOSCHATA duas habet species: una habet veluti acus longas, & est Rostrum Ciconie; altera est parva, & non habet acus, sed est herba admodum parva: folia habet similia Concava radici, id est, Holvvurtz: odorem habet in Maio mense Musci. Nascitur umbrosis locis iuxta Concavam radicem, id est Holvvurtz. In Maio tantum reperitur. Germanice vocatur Bisemkraut.

CAMPHORATA est Abrotonum, quia odore accedit ad Camphoram: quidam dicunt esse Abrotonum silvestre sive album; sed perinde est: efficacius tamen est vulgare Abrotonum.

Nicolaus Alexandrinus paulo aliter describit
hoc unguentum, ut codices impressi ostendunt:
ideoque & eius modum subiungemus. nam va-
riatur ponderum ordo & quantitas.

AD VERSUS frigida corporis mala, re-
solutionem coxendicum, nephritim, con-
vulsionem, & id genus alia valet: tumo-
res reprimit, durities emollit, livoremque
cutis emendar.

Vnguentum Martiatum magnum
D. Nicolai Alexandrini.

2. Cerae albæ l. ix.	Olei sextarios vj.
Pet. vero Coud. Cera l. xij. Olei sextar. lxvj.	
Rosmarini Foliorum Lauri ana l. ij. f.	
* Amaraci l. ij.	
Esbrii Sabinæ	
Balsamitæ Ocymi	
Elelisphaci [id est, Salvia]	
Polii [scilicet veri]	
Calaminthes Artemisiæ Eulæ	
Betonicæ Brancæ ursinæ	
Herbæ venti	
Pimpinellæ Argemoniæ Absinthii	
Herbæ paralysis	
Herbæ Sanctæ Mariæ	
Cimarum Sambuci Herbæ Crassulæ	
Sempervivæ Millefolii	
Chamædryos Centaureæ	
Centummerviæ Fragulæ	

Quia-

Quinquefolii

Herbae Tetrahit ana 1 j. β.

Radicis Evisci [seu Ibisci] Cymini

Myrræ ana 1 j.

F

Fœnugrati 1 β. Butyri 3 v.

Vrticæ Violarum

Papaveris rubri

Menthæ alterius [idest, Menthæ crissæ sativæ]

Lapathioli Polytrichi Carduncelli

Matriis silvæ Marathrii.

Herbae moschatæ

Alleluia Linguæ cervinæ Crispulæ

Camphoratæ Styracis

Medullæ cervinæ

Adipis ursini

Adipis gallinacei ana 3 iiij.

Thuris 3 ij. Olei Nardini 3 j.

Confice hoc modo: Herbas omnes atque radices in fine Maii mensis, vel circa Solsticium aestivum collectas, minutim incisas in vini sufficienti quantitate macerato per dies septem: octava deinde die coquuntur lento igne, donec propemodum viuum sit conlumptum: postea colata & expime, & affunde colaturæ expressæ olei prædictos sextarios, & iterum coque, donec omnis aqueus herbarū succus cum vino in vaporem resolutus fuerit: deinde adde Ceram in partes confiactam; & paulo post Adipes, Butyrum atque oleum Nardinum; ad ultimum vero Styracem, *-

Q. 6 atque

atque Thus in minutissimum pulverē tri-
ta: melius tamen esset, optimam & ele-
ctam Styracem, & puram instar resinæ
alicuius, una cum Cera indere. nam li-
quescit in oleo. Sed talis Styrax calamita-
rissime ad nos affertur. Porro miror in
hoc unguento, quod tam parum olei tot
herbarum libris addatur: præterea etiam
optimæ vires aromaticarum herbarum in-
coctura evanescunt.

Ita se habet unguenti huius compositio se-
cundum impressum Nicolai Alexandri exem-
plar.

S E X T A R I U S mensura est Romana, que
capit mensurales uncias viginti olei: pondere vero
habet olei uncias sedecim, drachmas quinque, scrupu-
lum unum. Sex autem sextarii olei faciunt in
hoc unguento P viii, 3 iij.

E S B R I U M quidam dicunt esse Maiora-
nam, quidam flores Salviae: ego autem acciperem
pro Esbrio Maioranam capitula, summitates &
flores.

A M A R A C U M ego hic non credo significare
Matricariam, cum per eam vocem etiam Maior-
ranam possimus intelligere. nam utraque Ama-
racus vocatur: si autem Maioranam inteceris,
multo odoratisius unguentum fiet, quam si Matri-
cariam indideris.

H E R B A venti, id est, Parietaria vera.

P I M P I N E L L A, hic non significat Ger-
manicam Pimpinellam acri radice, quam Italæ
vocant.

vocant *Saxifragam*; sed eam quam Itali vocant *Sanguisorbam*, Germani *Blutsstroffleyen*. Raaciem habet rubram, Tormentilla sapore. Nascitur in pratis una eius species, altera in montibus; & Itali acetariis miscent: habetque *cucumeris odor*-rem.

Q U I D A M non habent *Cyminum*, sed *Ci-*
mias Myrtha: est autem *Myrtha* idem quod *Myr-*
tus. Alii habent *Myrrham*, sed male.

P R O *Papavererubeo* habent alii *Papaver ni-*
grum: est autem *rubeum* *Papaver* idem quod
agreste Papaver, in agri nascens.

MA R A T H R U M, id est, *Feniculum*. Por-
ro ego hunc locum Nicolai Alexandrini credo esse
corruptum; & censeo pro Marathro legendum esse
Maturellam, id est, *Phu maius*, cuius radices ac-
cipi debent.

Lingua cervina est herba qua hodie improprie
Scolopendria nominatur.

P. C. in utrumque ung. *Martiatum* Schol.
Vng. *Martiatum.*] *Fuchsius* recte monet, A
non *Martianum*, sed *Martiatum* nominandum
esse.

Spargula, id est, *Gallion.*] *Spargulam*, B
non *Gallion*, ut *Cordus* ait, sed *Apparinen* esse
veterum, *Fuchsius* ritè sentit.

Pimpinella.] *Fuchsins* per hanc vocem, C
non *Sanguisorbam* *Germanis* vocatam, cum
Cordo hic intelligendam esse vult; sed acrem
herbam, *Saxifragam à multis appellatam*, *Ger-*
manis Pimpinella nomine cognitam; idque ea.

propter, quod adstrictoria sua facultate, huic medicamento Sanguisorbam male convenire existimet: quasi vero nihil unguentum hoc præterea recipiat quod adstringat atque etiam refrigeret. Itaque cum Italie multo prius (mo forsan in ea fabricatum) quam Germania unguentum istud cognitum futerit, Pimpisellam Italorum seu Sanguisorbam Germanorum hic intelligendam esse contendō.

D. Herba Sanctæ Mariæ.] Hanc persicariam esse, sinistre Cordus interpretatur, ut & Fuchsius quoque inquit: sed eam esse quam Salviam Romanam, & Menthā Græcam, seu Costum hortensem, ac Lassulatam Etruscis vocari constat, Vnserfrauven Mintz Germanis dictam, à Menthā Saracenica diversum. Quia in re falli nihilominus Fuchsium existimo, Menthā hanc Græcam cum Saracenica confundentem, eandem quefacientem, cum diverse sint: ni Germanis aliquibus ita eam appellare placuerit: Italī tamē secūs; qui hac in re, ob eas quas superius dixirationes, hic quoque consulendi atque credendi sunt.

E. Menthā Sarac.] Hanc Menthā Saraceniam, vocatam quoque Menthā Romanam, in suis de Stirpium libris, imagine & scripto depingit doctiss. Rembertus Dodoneus: quæ hoc loco intellegenda erit; quicquid Fuchsius ex suo corruptissimo in mediis proferat.

F. Myrrhæ.] Fuchsius Myrræ legi marvult, nescio quam bene: cum unguentum Mariationis parvum

parvum Nicol. Alexandrini, Myrtifolia mani-festerecipiat. Cur autem Myrtum aliaque ad-strigentia admittat hoc unguentum, hic dice-re non vacat. Tantummodo miror id à tanto viro non esse olfactum, nequeperpensum.

Ceterum hocce in unguento, ut & multis aliis in medicamentis, plura longe aliter exponen-da, miscenda, tractanda, atque conficienda sunt, quam à Fuchso & Francisco Alex. est facilitatum: ita ut huius Apollonon usque adeo, veluti Thrasonice promittit, nebulosissimus radius Phar-macopeos vibret, neque irradiet; quin in densa adhuc caligine aquae ut prius versatur atque de-ambulent. Quod tamen illi condonandum fo-ret; eo quod adolescentem se fateatur; nisi suel-lus et atu invenitus iudicio vacua, & hinc teme-raria rei Phæmacentices sibi inexperte, ac (ut locis millesimis) ignorata scriptione, Apolline ab-usus, illique iniurius, tantum diuum plus aquo contaminasset. Sed hac, quoniam vesperascit, citis, si voles, quadrigis.

A d frigiditatem & dolorem capitis, pectoris & stomachi, ad scirrhos hepa-tis & splenis, ac ilii dolorem; ad pa-ralyticos, arthriticos, ischiadicos, ne-phriticos, & podagricos, & ad omnes dolores; ad tumores, durities, spasmos, & febientes, ad ignem vel solem inun-dum.

Vnguen-

Vnguentum Martiatum parvum
D. Nicolai Alexandrini.

Foliorum Lauri ℥ iiij.

Rutæ ℥ ij. β.

Amaraci [id est, Maiorana] ℥ iiij.

Rosmatini ℥ j. β.

Foliorum Myrræ ℥ j.

Esbrii [accipe summitates Maiorana pro Esbrio]

Balsamitæ

Ocymi ana ʒ vj.

Butyri ʒ v.

Styracis Medullæ cervinæ

Adipis ursini

* Adipis Gallinacei ana ʒ iiiij.

* Mastiches ʒ iiij. Thuris ʒ ij. β.

* Olei Nardini ʒ j.

* Olei olivæ q. f.

Ceræ mundissimæ quantum sufficit.

Ego Olei acciprem ℥ vj.

Ceræ vero ℥ iiiij.

Pet. vero Coud. olei ℥ xxiiij. sumendas esse dicit.

Porro hoc quoque unguentum conficies ut proximum.

MYRTHA, id est, Myrtus: sunt autem accipienda folia vera Myrti, quæ ex Italia afferuntur, & non eius planta quam vocamus Germanice Heydelber.

P. C.

P. C. S C H O L .

Petrus vero Coud, olei, &c.] Si omnia
huiuscemodis dispensatoris loca manca erigenda, dubio-
sa expendenda, erronea collapsaque restituenda
mihi essent, simulque singulorum rationes scriptis
reddere deberem, in densum volumen, prater in-
stitutum, libellus omnino modo extumesceret. Hic at-
tamen (priusquam se se negotium subducat. ad
calcem enim fere perductus sum) pedem figere, ali-
quidque serii propalare, tempus & locus opporenu-
nus summopere urgere videntur: utputa, si quid sa-
lis Francisco Alex. inesset, atque vel minimum
haberet rerum medicamentariarum pharmaceu-
ticarumque peritia, experientiaque, (ut omnibus nu-
meris absolutum opus se promulgasse arrognanter
sibi persuaderet) non ita leviter oscitanteque alio-
rum errores incogitantiasq; etiam evidentissimas
transcriberet, & alioquin pagellas multas tadio-
sa, atque inani dicacitate repleret, conspurcaret-
que. Consulat ille, queso, vulgares tantum uni-
versalesque componendorum miscendorumque
medicamentorum normas, tum à seipso etiam con-
scriptas formulas; vel si volet, etiam minimos
pharmacopolas hac in re examinet; herbarum
materialium. ve libra, num olei binas ad minus
requirat. Carnis libris duabus aqua libram co-
etur & sufficere si dixeris, à coci pueru nonne
etiam rideberis? Itaque cum Cordus hoc in
inguento, suo ex sensu, olei hic libras sex tan-
tum,

tum, ad herbarum materialiumue libras plures duodecim (qua quantitate vix madescerent) accipiendas suasiſſet, ut adhuc dum eius in contextu ſonant verba: ego vero multas addens olei libras, ex sex vigintiquatuor effeci, & necedum ſufficere pro tanta materia copia ſcio, ſi olco, ut regula & ratio docent, materie ſunt corrigende. Simili insuper celeritate, ut in hoc unguento, omnes Dispensatoriorum combinatores uſi ſunt in unguento Martiato magno. Vbi enim Nicolai Alex. aliorumque exemplaria, olei sextaria ſex admodum macre legunt; ego ſexaginta ſex multo pinguius, neceſſario reponui; rationes, errorumque cauſas hic prateriens. Bone Deus, tot tantosque Aristarchos mirum est tanta laborare coryza, ut tantum intervallum, nempe à ſex ad ſexaginta ſex; à ſex insuper ad vigintiquatuor, non oſficerint; adeoque evidentes res animadvertisſe neminem. Hinc ut quantum in reliquis negleſtum fuerit, colligere facile queas: quod aſteriſci, prater omnium ſcio expectationem, ita frequentes, locorum non omnium, ſed precipuorum tantum, in hoccetam exiguo enchinatio animadverſorum indica- tivi demonſtrare poſſent. Quocirca, ut ingenue quid ſentiam tandem preferam, reique ſumma ſemel explicem; tot inter bodie Dispensatoriorum diuulgatores, nullum pane digni quid Pharmacopœu consarcinaffe protuliffeque video; nihilque fere prater aliorum ignavias transcripſiſſe, ac in ſuas chartas transfudiſſe, atta egif-

egisse; errata, & ineptias, erratis atque in-
epiis accumulasse comperio: ita ut posteriora
prioribus etiam nonnunquam deteriora, Phar-
macopoeisque inutiliora esse conspiciantur. Eius-
cmodi igitur omphacini rabulismi valeant.
Sed pedem retrahere, receptuique canere tem-
pestive, satius est, priusquam male audiens,
vilius ineptusque apothecarius, sordidusque im-
mo oolidus unguentarius, à medico quopiam
Dispensatorii corrasore appeller, nulla ratione
cum seplasario conferendo; à quo corripè repre-
hendive posse, aquitas vetitat, piaculumque pu-
tatur. Silere itaque volo, ne in Læca labyrin-
thum aliquem incautus incidens, illudere quem-
piam existimer. Verum gallus in suo sterquilinio
audet.

Cateram hic obiter etiam referre volo, un-
guentum Areon olei quoque magna tabescere pe-
nuria.

Ad podagram frigidam, sive calidam,
paralyticos, arthriticos, nephriticos,
ischiadicos, & ad omnia vitia & dolores
nervorum valet.

Vnguentum album.

R: Cerusse in aqua Rosarum lotæ 3 xvij.
Lithargyrii albi loci 3 j. β.
Olei Rosati ℥ ii. 3 iii.
Ceræ albissimæ 3 vj. aut circiter.
Confice secundum artem.

Quis-

Quidam alia ratione componunt hoc unguentum. nam alii addunt albumina Ovi: alii non addunt Lithargyrium: alii non Ceram, sed Tragacanthum admiscent.

P O L L E T aduersus ulcera, scabiem, & adustionem, intertrigines, & inflammationem.

Vnguentum Dialthæa simplex
D. Nicolai.

℞. Radicum Althææ ℥ iiij.

Seminis Lini

Seminis Fœnugræci ana ℥ jj.

Olei ℥ iiiij. Ceræ ℥ j.

Terebinthinæ ℥ ij. Resinæ ℥ vj.

Radices & semina contusa macerentur tribus diebus in aquæ ℥ viiiij, aut quantum sufficit: quarta die coquantur, donec remittant crassam & viscosam mucilaginem: eam deinde exprime: mox

℞. Expressæ mucilaginis ℥ ij. & coquum oleo: cum deiude aquosum illud in mucilagine consumptum fuerit, ceram addito, & fac secundum artem.

E M O L L I E N D I vim habet: calefacit, & humectat.

Vnguentum Dialthæa compositum
D. Nicolai.

℞. Radicis Althææ ℥ iiij.

Semai-

Seminis Lini

Seminis Fœnugræci ana l' j.

Scillæ recentis ʒ vj.

Olei ℥ iiiij. Ceræ l' j.

Terebinthinæ Gummi Hederae

Galbani ana ʒ ij.

Colophoniæ Resinæ ana ʒ vj.

Radices & semina contusa macerentur *

tribus diebus in l' viij. aut sufficienti *

quantitate aquæ: deinde coquuntur donec crassescat mucilago. Postea

R. Mucilaginis expressæ ℥ ij. & adde reliqua: ac fiat secundum artem unguentum.

V A L E T proprie ad dolorē pectoris ex frigiditate & pleuresi: & super peccus inunctum sanat omnia loca: infrigidata calefacit: mollificat & humectat.

Vnguentum Ægyptiacum

D. Mesua.

R. Æruginis ʒ v.

Mellis optimi ʒ xiiij.

Aceti fortis ʒ viij.

Coquuntur omnia simul, donec fiat unguentum spissum, & colore purpureum.

Æ R U G O, est viride aris.

C O N F E R T ad vulnera antiqua, fistulasque exterget: carnis excrescentiæ mordet, vehementerque exsiccat.

Vnguen-

Vnguentum aureum D. Mesua.

R. Ceræ citrinæ 3 vj.
 Olei boni 1 ij. β.
 Terebinthinae 3 ii.
 Resinæ Colophoniæ ana 3 j. β.
 Thuris Mastiches ana 3 j.
 Croci 3 j.
 Confice secundum artem.
 V U L N E R A certo & salubriter glutinat.

Vnguentum Citrinum [aut Citreum]
D. Nicolai.

* R. Boracis 3 ij. Camphoræ 3 j.
 Corallii albi 3 iiiij.
 * Amenti dulcis 3 j.
 Vmbilici marini
 Tragacanthæ albissimæ
 * Amyli ana 3 iij. Crystalli Entalii
 Dentalii Thuris albissimi
 * Nitti * Marmoris albi ana 3 ij.
 Gersæ serpentariæ 3 j. Cerussæ 3 vi.
 Axungie porcine recentis, non salite, sed
 præparatæ & mundatae 1 j. β.
 Sevi caprini præparati 3 j. β.
 Adipis gallinacei præparati 3 j.
 Confice sic: Axungiam porcinam atque
 adipem gallinaceum in vitreato vase li-
 qua simul; & impone, tepidis adhuc, cor-
 ticum

ticum Citrei mali satis magnam quantitatem, & macerentur per mensem unum. Postea eximito cortices, & aliquatis adipibus, ut dictum est, adde sevum caprinum: deinde addantur reliqua tenuissime trita: ultimo vero insperge Camphoram subtilissime tritam.

Notandum est in hoc vnguento non concordare exemplaria in ponderum characteribus. Nam quidam pro ȝ, ponunt ȝ; & econtra.

BORAX est Natri species, qua aurum ferruminant Aurifabri.

AMENTUM dulce, est Gypsum, quod in A capillatas venas scinditur: [al. Alumen plumosum.]

UMBILICI marini, lapilli sunt inventi in littore mari, figura Fabarum magnarum: Germanice vocantur Merbonen.

ENTALIUM testaceum quiddam est marinum, Fistula modo longum & concavum, foris striatum, longitudine digitipartum.

DENTALIUM conchula marina est parva, dentatam rimam habens.

NITRUM est Salpetra.

GERSA Serpentaria, est radix Serpentariae vera preparata, ut infra ostendemus.

P. C. SCHOL.

Amentum dulce.] Amiantum veterum A esse id, permale verterunt Fuchsius & Francis. Alex, longe enim alia res est. Barbara vocabula, doctis licet veterum vocibus quandoque sint confor-

conformia, non ea propter semper re ipsa eadem sunt, nec esse debent, idemque significare. Quia in re doctos etiam viros interdum hallucinatos videmus.

FACIEI maculas emendat: scabiem in quacumque corporis parte exterit, cicatrices extenuat; ruborem oculorum & unctiones ex insolatu factas auferit; & ea quæ aspera sunt, levigat.

*Vnguentum Populeum
D.Nicolai.*

R. Oculorū Populi arboris recentiū l. j. f.
* Axungiae porcinæ præparatæ p. iii.
Oculi Populi contundantur, & macerantur in Axungia, donec sequentes herbæ colligi queant æstate.
R. Foliorum Papaveris agrestis
Foliorum Mandragoræ
Cimarum Rubi tenerimarum
Foliorum Hyoscyami
Solani Vermicularis Lactucæ
Semperfivæ maioris
Bardanæ Violariæ
Scatuncelli ana 3 iij.

Herbæ contundantur & miscantur oculis Populi & Axungiae, & dimittantur per dies decem: deinde coquantur supra lentum ignem, cum vini odorati sufficienti uantitate, donec vinum consumatur: postea

stea colentur & exprimantur, & expressum unguentum reponatur.

M A N D R A G O R E folia ubique haberi non possunt; ideo duplex pondus foliorum Hyoscyam sumendum est.

V E R M I C U L A R I S vera, est Sempervivula minor, linguam non mordicans.

B A R D A N A, id est, Lappa maior, cuius radicem praecepit esse accipientiam Nicolaus Alexanderinus.

S C A T U N E C E L L U M , revera est Umbilicus Veneris, seu Cymbalaria, & non Krentzkraut. Folia habet pinguis, concava ut Cymbalum, radicem Aro similem: per quam pauci eam cognoscunt.

C O N T R A nimium calorem valet; & temporibus illitum, somnum conciliat.

Vuguentum Fuscum D. Nicolai.

M. Olei P j. β.

Ceræ novæ ʒ iiij.

Colophoniæ

Picis navalis

Sagapeni ana ʒ ij.

Masticæ

Galbani Thuris

Terebinthinæ ana ʒ j.

Confice secundum artem unguentum.

S A N A N D I vim habet & extrahendi.

*Vnguentum Diapompholygos
D. Nicolai Alexandri.*

R. Olei Rosacei

Ceræ albæ ana ʒ. vi.

Succi fructus uvæ Lupinæ quantū sufficit.

Cerussæ ʒ. ii. Plumbi usq; & loti

Pompholygis Thuris puri ana ʒ. i.

Confice secundum artem.

DIAPOMPHOLYGOS, id est, de Nibili albo. Nam Pompholyx est Nibili album, id est, Galmes flug.

UVA LUPINA, id est, Solanum sive Solanum.

Ad exiccanda erysipelata, vulnera soridæ, & ad sananda tibiarum ulcera, aliorumque locorum concava vel dissipata, valet; replet, refrigerat & cicatrificat.

*Vnguentum Comitissæ D. Guilielmi
de Varignana.*

R. Corticum medianorum Castanearum

Corticium medianorum Glândium

Corticis mediani Quercus arboris

Myrtillorum

Caudæ equinæ Gallarum

Corticium Fabarum

Acinorum Uvarum

Sorborum immaturorum siccorum

Mc.

Mespilorum immaturorum siccatorum
Foliorum Pruni silvestris
Radicum Chelidoniæ ana 3 j. β.
Contundantur aliquantulum, & coquuntur in aquæ Plantaginis 1 viij aut quantū sufficit, donec media pars consumpta fuerit: deinde in colatura laventur sequentia novem vicibus, semper recentem aquam decoctionis affundendo, quotiescumque laveris.

R. Ceræ novæ 3 viij. β.

Olei Myrtillorum

Olei Mastichini ana 1 j. β.

Postea insperge sequentium rerum tenuissimum pulverem:

R. Corticis mediani Castanearum

Corticis mediani Glandium

Corticis mediani Quercus arboris

Gallarum ana 3 j.

Cineris ossium cruris bubuli

Myrtillorum Acinorum uvarum

Sorborum siccotorum ana 3 β.

Trochischorum de Charabe 3 ij.

Confice secundum artem unguentum.

A C I N I hic significant lignea semina que sunt in ueris.

S O R B A sunt fructus similes Mespili: Germanice vocantur Sporling, Sporbirn, Sporepfel, & Dreckst.cke.

P R U N U S silvestris, id est, Schlichendorn.

I N C E P T U M aborrum prohibet, hæ-

morroïdas sifit, ac laxatos tenes conciliat, [menses retinet.]

*Vnguentum de Arthanita maius.
D. Mesue.*

R. Succi Arthanite $\frac{1}{2}$ ij.
Succi Cucumeris asinini $\frac{1}{2}$ j.
Olei Irini $\frac{1}{2}$ ij.
Butyri vaccini $\frac{1}{2}$ j.
Pulpæ Colocynthidos $\frac{3}{4}$ iij.
Polypodii $\frac{3}{4}$ vj.
Euphorbii $\frac{3}{4}$ β .

Arida omnia contundantur, & mace-
rentur in succis per dies octo, affuso etiam
oleo in vase vitro, diligenter obturato:
nona deinde die cōquātur lento igne ali-
quamdiu, postea colentur: Colaturæ adde
Sagapeni in aceto dissoluti aureos v.

Myrræ aureos ij.

Coquantur iterum usque ad consum-
ptionem succorum: postea adde

Ceræ $\frac{3}{4}$ v. Fellis taurini aureos v.

Ferveant simul, donec liquefacat cera:
postea insperge sequentium rerum tenuis-
simum pulverem:

R. Scammonæ Aloës Mezereon
Colocynthidos ana aureos v.

Euphorbii aureos ij.

Salis gemmæ aureos iij.

Turbith aureos v.

Pipe-

Piperis longi Zingiberis
Chamomillæ ana aureos ij.

Confice secundum artem.

Omnia fere exemplaria habent Colocynthidos
ana aureos v. meus autem manuscriptus Mesua
habet aureum j. quod magis probo: sed textum
nolui immutare.

ARTHANITA est Cyclamen, sive Cycla-
minus: quidam male vocant Panem porcinum. Si
radices eius non adfint recentes, tum accipe radi-
ces eius siccatas circiter vij. contundantur & co-
quantur in aqua, & eliciatur succus, ut ex Gly-
cyrriz afit.

ILLITUM stomacho vomitu purgat:
hypogastrio autem inunctum alvum deii-
cit, ob id hydropicos mire iuvat, serosum
excrementum large vacundo: vermes
quoque necat, & educit: adhibetur non
potentibus sumere medicamentum pur-
gans.

Vnguentum de Arthanita minus

D. Mesua.

R. Succi Arthanitæ

Viscositatis que exprimitur è radice Filicis

Succi Cathengit ana 3 ix.

Succi extremitatum Tamarisci 3 ij.

Oesypi [id est, Hyssopi humida] 3 v.

Olei Irini l' ij.

Bdellii Hammoniaci ana 3 j. β.

p 3 Aceti

Aceti quantum satis est ad Hammonia-
cum dissolvendum.

Cerae Cittinæ 3 vj.

* Corticum radicum Capparis 3 j. ss.
Spicæ 3 iij.

Confice secundum artem unguentum.

F I L I X non significat Polypodium, sed eam
herbam quæ Germanice vocatur Walifaren, &
Creutzfaren.

C A T H E N G I T significat Ebulum: est au-
rem hoc vocabulum valde corruptum in plurimis
exemplaribus.

O E S Y P Y S, id est, Hyssopus humida, & est
pinguedo lanarum succidarum.

S P L E N I S tumores etiam scirrhosos
dissolvit, & strumas.

Vnguentum Potabile.

R. Butyri recentis sine sale 1 ij.

Rubiae tinctorum.

Castorei

Spermatis Ceti

Tormentillæ [radicum] ana 3 j.

Bulliant simul in vino odotifero ad vi-
ni consumptionem, ac fiat unguentum
secundum artem.

D A T U R ad consolidandum casum ex
alto. [Sumitur ab uncia dimidia ad inte-
gram.]

Vnguentum Rosatum D. Mesiae.

R. Axungiæ porcinæ recentis quantitatē
quam volueris, & lavetur in aqua cali- *
da novies, & tandem cum aqua frigida
lotione ultima: deinde teratur cum ea
Rosarum rubearum recentium æquum
pondus, & dimittantur marcescere per *
dies septem: postea coquantur cum fa-
cilitate, ac percolentur, & iussus tan-
tundem Rosarum rubearum teratur
cum ea, & dimittatur per alios dies se- *
pem marcescere: atque adfundatur
succii Rosarum pars dimidia, olei Amy-
gdalini pars sexta; & rursum concoquā-
tur cum facilitate, dum succi evane-
scant. Quod si parum Opii in aqua Ro- *
sarum colliquatum inter decoquen-
dum iniicatur, sit efficacius.

PHEGMONAS, erysipelata, herpe-
tas sedat: Cephalalgiam calidam, & ven-
triculi ac hepatis intemperiem calidam
mitigat.

Vnguentum Pectorale.

R. Mucilaginis seminis Psyllii
Tragacanthæ
Gummi Arabici Seminis Lini
Fœnugræci ana 3 P 4 Adi- *

Adipis gallinæ Medullæ vituli
Butyri recentis loti cum aqua Violarum
ana ʒ j. β.

Olei Violati

Olei Amygdalorum dulcium ana ʒ j.
Ceræ albæ quantum sufficit: fiat unguen-
tum.

M I T I G A T dolores pectoris & tussim:
digerit, maturat, facilitat sputum, & re-
solvit pleuresin.

Vnguentum Album Caphuratum.

R. Olei Rosati ℔ j.

Ceræ albæ ʒ iiij.

* Cerussæ ʒ vj.

* Albumina ovorum num. iij.

Caphuræ dissolutæ cum aqua Rosarum ex
arte ʒ ij.

Fiat unguentum secundum artem.

Vnguentum Rubeum Caphuratum.

R. Olei Rosati ℔ j. β.

Lithargyrii ʒ ij.

Minii ʒ iii. Cerussæ ʒ j. β.

Tutiae

Caphuræ ana ʒ iiij.

Ceræ ʒ ij. in æstate: Sed in hieme ʒ j.

Fiat unguentum in pila plumbea cum
pistillo plumbeo.

C E R O.

CEROTA.

*Cerotum Infrigidans Galeni
ex Mesue.*

Rz. Ceræ albæ ʒ j.

*

Olei Rosati omphacini ʒ iiiij.

*

Cōquassentur simul cum modico albi & clari aceti. Oleum vero Omphacinum antequam Rosas recipiat, s̄epius est lavandum cum aqua fontis gelidissima: deinde confice secundum artem.

REFRIGERAT febres ardentes, calorem hepatis, & sedat dolores capitis, circum tempora, super hepar & spinam dorsi linitum.

Cerotum Santalinum D. Mesue.

Rz. Rosatum ʒ xij.

Santali rubei ʒ x.

Santali albi

Santali citrini ana ʒ vij.

Boli Armeniaci ʒ viij.

Spodii ʒ iiiij. Camphoræ ʒ ij.

Ceræ albæ ʒ xxx. Olei Rosati ℔ j.

Confice secundum artem.

OLEUM Rosatum debet fieri ex oleo acerbo,
id est, ex immaturis olivis expresso.

P HLEGMONAS & intemperaturas
omnes calidas ventriculi, hepatis, & par-
tium aliarum potentissime extinguit.

Cerotum Stomachale Galeni
D. Mesue.

R. Rosarum rubrarum ʒ ii.
Foliorum Absinthii ʒ xv.
Masticis ʒ xx.
Spicæ Nardi Indicæ ʒ x.
Cera mundæ ʒ iiiij.
Olei Rosacei ℥ j. β.

Cera & oleum aliquoties ex aqua Rosa-
rum laventur, & excolata omni aqua ruf-
sus ad lacentum ignem resolvantur: deinde
alia omnia insubtilissimum pulverem tri-
ta inspergantur.

V E N T R I C U L U M & hepar roborat:
horum dolorem à frigido lenit, appere-
tiam exercitat, coctionem iuvat.

EMPLASTRA.

Emplastrum Diachylon simplex.
D. Mesue.

R. Mucilaginis Fœnugræci.
Mucilaginis seminis Lini
Mucilaginis radicum Althææ ana ℥ j.
Olei

Olei veteris clati ℥ iiij.

Lithargyrii ℥ j. β.

Coquuntur secundum artem, & fiat Emplastrum.

DIACHYLON vocatur hoc Emplastrum à succis viscosis sive mucilaginibus: hodie corrupto nomine dicunt Diaquilon.

Mucilagineis ista debent esse spissæ & viscoſæ: ideoque oportet ut quantitas seminum & radicum sit satis magna, undeſini debent mucilagineſ.

SCIRRHOS hepatis, lienis, ventriculi, & aliorum partium, ipsas etiam chœradas & durities reliquas emollit & iuvat.

*Emplastrum de Mucilaginibus,
sive Diachylon compositum.*

℞. Mucilaginis Radicum Althææ.

Mucilaginis seminis Lini.

Mucilaginis mediani corticis Vlmi

Mucilaginis Fœnugræci ana ʒ iiiij.

Olei Chamæmelini Olei Liliorum

Olei Anethini ana ʒ j. β.

Hammoniaci Galbani Opopanaxis

Sagapeni ana ʒ β.

Ceræ novæ ʒ xv.

Croci ʒ ii. Terebinthinæ ʒ ii.

Gummi sive lachrymæ resolvantur in vino optimo, & conficiatur secundum artem Emplastrum.

Porro hieme licet oleorum & Terebinthinae pondus augere.

VLMUS arbor est quæ vocatur Germanice Ylmen & Rustern. Cortex eius mediocris est similis cortici Tiliae: Gleich wvie ein bast: ex eo debet fieri mucilago.

CHAMAMELUM, vulgo vocatur Camomilla.

*MATURAT apostemata, & mollit du-
rities; partim resolvit, & partim digerit,
abstergitque saniem ruptorum apostema-
tum, & sanat phlegmones.*

*Emplastrum Diachylon magnum Filii
Zachariae, ex Mesue.*

*¶. Lithargyrii mundi tenuissime triti, &
per cribrum excussi ʒ xij.*

Olei Irini

Olei Chamælini

Olei Anethini ana ʒ viij.

Mucilaginis seminis Lini

* *Mucilag. rad. Althææ*

Mucilag. Fœnugræci

Mucilag. Ficuum pinguium

Mucilag. Passularum

Succi Ireos Succi Scillæ Oesypæ

* *Glutinis Alzanahan ana ʒ xij. ℥.*

* *Terebinthinae ʒ iiij.*

Resinæ Pini

Ceræ citriæ ana ʒ ij.

Con-

Conficiatur secundum artem Emplastrum.

Succus Scillae, est mucilago ex trita Scilla expressa.

Oesypus, est pinguedo lanarum succidarum; cuius faciendi modum in ultimo tractatu indicabimus: vulgo vocatur in Pharmacopoliis *Hysopus humidus*.

Gluten Alzanahan vel Alchanach, sive *Alzanach*, est Ichthyocolla, id est, gluten, sive colla piscium: vulgo Haufenblasen. [Alii sumunt *Lamacum succum*.]

Hoc Emplastrum debet habere consistentiam spissitudinem Ceroti.

Resolvit & maturat omnes durescences & inflammations.

Emplastrum Diachylon parvum

D. Meſue.

R. Lithargyrii ʒ vj.

Olei veteris clari 1 j.

Mucilag. Psyllii ʒ iiiij.

Mucilag. Hyoscyami ʒ j. f.

Mucilag. seminis Lini

Mucilag. rádicum Malvæ ana ʒ ii.

Conficiatur secundum artem Emplastrum, Ceroti alicuius spissitudine.

TUMORES calidos digerit & maturat,

*Emplastrum de Meliloto
D. Meſua.*

- Rz. Meliletii ʒ vi.
 Florum Chamælii
 Fœnugræci Baccarum Lauri
 Radicum Althææ
 Absinthii ana ʒ iii.
 Seminis Apii
 * Cordumeni Iros Cyperi
 Spicæ Nardi Indicæ
 Castæ lignæ
 * Ammios ana ʒ ii. β.
 * Sampsuchi [id est, Maiorana] ʒ iii.
 Hammoniaci [id est, Harmoniaci] ʒ x.
 Styracis calamitæ
 Bdellii ana ʒ v.
 Terebinthinæ ʒ i. β.
 Ficus pingues num. xij.
 * Sevi caprini
 Resinæ ana ʒ ij. β.
 Ceræ ʒ vi. Olei sampsuchini
 Olei Spicæ ana quantum sufficit.
 Confice Emplastrum sic:
 Rz. De Meliloto prædicto ʒ v. ʒ ii.
 Fœnugræci
 Chamælii seorsum præter prædicta ana
 ʒ iiij
 Coquatur in l' iiiij. aquæ aut quantum
 sufficit, donec remaneat l' j. deinde om-
 nia

nia arida cum reliquis sex drachmis Meliloti tubilibissime pulverisentur. In decoctione autem colata secundum artem dissolvantur Hammoniacum & Bdellium: dissolutis addatur Ficus per se minutissime incisa & contusa, & optime misceantur. Postea ad ignem simul liquefiant Terebinthina, Sevum caprinum, Ceta & resina Pini, & addantur olei Spicae Nardi, olei Sampuchiana circiter 3 v. Cum deinde omnia sunt mixta, addantur pulveres triti, & fiat secundum artem Emplastrum.

Porro potes etiam sequenti ratione conficer. 3 vj. ingredientis Meliloti una cum reliquis aridis tundito, & iisdem permisceto: postea 2z. ad decoctionem privatim Meliloti m. iiiij. & gummi, videlicet Hammoniacum atque Bdellium, in vino dissolvito: Olei vero Sampuchini atque Olei Nardini accipere tum oportet ana circiter 3 viij. aut 3 viij. & confice secundum artem Emplastrum.

O L E I Sampuchini compositione supra traditur in tractatu de Oleis.

Per Oleum Spica, Mesue intelligit oleum Spica Nardi, sive oleum Nardinum. Mesue enim nusquam meminit Lavandulae maioris, quae hodie Spica vocatur; neque eius olei quod vocant oleum Spice.

E M O L I T omnem duritatem que in iecinore, liene & ventriculo existit. Dolorem

lorem item vehementer sedat, hypochondriaque tensa sanat.

* *Emplastrum Triapharmacum Mesua,*
cui sub Vnguenti nomine
describitur.

R. Lithargyrii subtilissime triti
 Aceti vini ana ℥ j.
 Olei veteris ℥ ij.

* Fiat coctione secundum artem Emplastrum.
 F A C I T nasci carnem in vulneribus, &
 consolidat ea.

Emplastrum Oxycrecum
D. Nicolai.

R. Ceræ Picis Colophonias
 Croci ana ʒ xij. Terebinthinæ
 Galbani Hammoniaci Myrræ
 Libani [id est, Thuris]
 Mastiches ana ʒ iiiij.
 Aceti phialam unam.

Galbanum & Hammoniacum in aceti sufficiēti quantitate dissolvantur, & rursum ad lentorem coquantur, donec acetum in vaporem evanuerit: tum addantur liquefactis simul Ceræ, Pici, Colophonias & Terebinthinæ: postquam omnia

nia sunt commista, inspergito etiam Myrrham, Libanum & Mastichen subtilissime trita: ad ultimum vero etiam Crocum per se in tenuissimum pulverem redactū. Et fiat secundum artem Emplastrum.

O X Y C R O C E U M dicitur hoc Emplastrum, ab ingredientibus Croco & Aceto.

Nicolaus Alexandrinus secundum hunc modum tradit Oxycrocei confectionem. Alii autem qui ex eo hoc Emplastrum scripsérunt, teriam eius partem describunt: & cum ʒ iij. in tres partes dividere conarentur, tertiam earum partem stauerunt ʒ j. ʒ iij. itaque resultat ʒ j. Nam ter tria novem faciunt: quapropter nos maluimus ex fonte haurire huius Emplastri confectionem.

P. C. S C H O L.

Nicolaus Alexandr.] Fuchs prave hic censet Cordum in ponderum ratione errare, re non bene ab ipsomet ponderata.

P R O D E S T ossibus fractis, item partibus quæ dolore aliquo affliguntur: duritiam denique omnem emollit & discutit.

Emplastrum Apostolicon D. Nicolai.

℞. Lithargyrii ʒ vj.

Ceræ fulvæ

Colophoniæ ana ʒ ij.

Propoleos

Visci

354 E M P L A S T R A.

- * Visci quercini ana 3 j.
Hammoniaci
Lapidis calaminaris ana 3 vj.
Masticæ Olibani
* Mumiae ana 5 iiiij.
Terebinthinæ Bdellii Galbani
Myrræ Ætis usci Squamæ æris
Viridis æris Sarcocollaæ
Diætamni Cretici
Aristolochiæ rotundæ
Opopanacis ana 3 iii.
* Olei veteris quantum satis erit.
Vini clari quantum Galbano, Hammo-
niaco & Opopanaci dissolvendis satis
fuerit.

Confice secundum artem & diligenter
Emplastrum.

Nicolaus olei quantitatem non exprimit: qua-
ren nonnulli p. j. iniciuntur.

P R O P O L I S non sunt sordes alveariorum
apum, sed est Cera odorata; qua apes an-
te hiemen foramina alveariorum obiurant: Ger-
manice vocatur Bet & Nebenwax: eam
apes colligunt ex oculis Populi & Betula arbo-
rum.

V E S C U M quercinum hic non significat li-
gnum visci quercini, sed gluten illud lenticum
ex visco quercino extractum, quo capiuntur
aves, hoc est, Der vogellem aufz Eichenmistel
gemacht.

S Q U A M A æris est duplex: una est crassa,
que

qua vocatur Germanice Kupferschlach; altera farina modo tenuis & rufa: hæc vocatur Kesselbraun, & est efficacior, & hic debet ponii.

VALER ad dolores cervicis potissimum & renum, sagittas ac surculos corpori infixos extrahit.

*Emplastrum Apostolicon D. Nicolai
Alexandrinus.*

R. Lithargyrii 3 xviii.

Ceræ rubræ

Colophoniæ ana 3 vij.

Propoleos

Visci Quercini ana 3 iiij.

Hammoniaci

Lapidis Calaminaris ana 3 iiij.

Thuris Mastiches

Mumia ana 3 j. s.

Terebinthinæ Galbani

Bdellii Myrræ

Chalcu cecaumenu Sarcocollæ

Lepidos chalcu Opopanaxis

Dictamni Cretici Aristolochiaæ

Praesii viridis ana 3 i.

Olei veteris quantum sufficit.

Coquitur Lithargyrium secundum artem in oleo, donec fiat massa purpurea, & non adhæreat manibus dum refigeratur tractatur, quod Græci vocant Amolyn-
tum: deinde omnia sigillatim secundum artem

artem iniiciantur. Galbanum & Opopa-
nacū in vino dissolvantur: reliqua Gum-
mi terantur & inspergantur. Dictamus
Creticus verus solus ultimo addatur.

Nicolaus Alexandrinus non ponit olei pondus
aut mensuram: mihi autem videntur sufficere uni-
cia sex.

CHALCU CECAMBNU, id est, Æ-
ris usq*i*.

LEPIS Chalcu, id est, Squama aris: Ger-
manice Kafferschlag, vel Kesselbraun: C*o*effica-
cior est altera eius species qua Kesselbraun voca-
tur.

P R A S I U M viride hic significat Æruginem,
id est Viride aris.

AD omnia vulnera recentia sive antiqua,
& ad nervos præcisos vel musculos, ad
puncturas vel morsum terrestrialium anima-
lium vel maritimorum peculiariter con-
gruit: educit ab eis humores & putredini-
nes intime immersas, & concavitates ea-
rum pura carne replet; repletisque cicat-
ricem absque detimento inducit: Sagit-
tas, calamos, & similia altius membris
infixa, sine dolore extrahit.

Emplastrum Album coctum.

R. Olei P. ij.

Cerussæ l' j. β.

Cera albæ ȝ iiiij.

Co-

Coquantur secundum artem, & fiat
Emplastrum.

OPI T U L A T U R excoriatis à calcea-
mētis, & scapellatione, vel ab alia causa.

*Emplastrum griseum, de Lapide
Calaminari.*

R. Lapidis Calaminaris præparati 3 j.
Lithargyti 3 ij. Cerussæ 3 f.

Tutiae 3 j.

Terebinthinæ 3 vj.

Ceræ albæ 3 j. f.

Sevi cervini 3 ij.

Thuris electi 3 v. Mastiches 3 iiiij.

Myrrhæ 3 ij. Camphoræ 3 j. f.

Confice secundum artem.

D E S I C C A T, replet & cicatrisat ulcera.

Emplastrum viride.

R. Ceræ novæ Resinæ

Terebinthinæ ana 3 iiiij.

Olibani [id est, Thuri] Mastiches

Viridis æris ana 3 iiij.

Confice secundum artem.

Emplastrum Basilicum magnum.

R. Ceræ albæ

Resinæ Pineæ Sevi vaccini

Picis

Picis navalis Terebinthinæ Olibani

Myrræ ana ȝ j.

Olei quantum sufficit: fiat Emplastrum.

V L C E R A phlegmone carentia, præ-
sertim partium nervosarum, terget, &
carne implet.

*Emplastrum de Crusta panis
Montagnanae.*

R. Mastiches Menthæ Spodii

Corallii rubri

Santali rubri

Santali albi ana ȝ j.

* Crustæ panis tostæ & maceratae in aceto
per hotam medium ȝ ij.

Olei de Mastiche

Olei Cydoniorum ana ȝ j.

Farinæ hordei quantum sufficit.

Fiat Emplastrum.

V A L E T in vomitu puerorum, & his
qui cibum retinere non possunt.

*Emplastrum de Baccis Lauri
D. Mesue.*

R. Thuris Mastiches

Myrræ ana ȝ j.

Baccarum Lauri ȝ ij.

Cypeti

Costi ana ȝ β.

Mel-

PRÆPARATIONES QUORUND. SIMP. 359
Mellis calidi colati quantum ad cogen-
dum satis est.

Si vero triplum Cyperi, & stercoris vac-
earum aut capraturum siccii ad pondus om-
nium accipiatur, erit efficacius ad hydro-
pisin, & inflationes discutiendas.

V E N T R I C U L I , intestinorum, hepa-
tis, renum, vesicæ, utesi, & partium alia-
rum dolorem à flatibus aut intemperie
fugida ortum placat.

P R A E P A R A T I O N E S
Q U O R U N D A M
S I M P L I C I U M .

*Aloënum Aromatibus
ablucendi modus.*

Rz. Aloës purissimæ & cribratæ T. j. *

Casæ ligneæ

Spicæ Nardi Indicæ

Asari Schœnanthi

Carpobalsami [aut succedanei eius]

Xylbalsami [aut succedanei eius]

Cinnamomi Ligni Aloës

Croci Mastiches

Laccæ ana 3 iii.

Decoquantur aromata in aquæ quanti- *
tate sufficienti secundum artem, in dupli-
cī vase;

vase; deinde colentur. In colatura dissolve Aloën, continue agitando: & pone ad sole in vitrea aut vitreata patina, donec exsiccatur. Oportet autem patinam linteolo puro rectâ soli exponere, ne aliquid incidat. Quod si hieme lavanda est Aloë, in aestuarium ad fornacem ponatur: oportet etiam fundo vasis insidentes arenas, & siquæ sunt aliæ sordes, diligenter auferre.

Aloën simplex abluendi modus.

R. Aloës purissimæ & tritæ l. ij.
Aquæ cœlestis q. l. aut l. vj.

Misceantur in patina vitrea, ita ut aqua calefacta prius infundatur: deinde subsidere finito sordes & calculos; & puram pinguemque aquam, cui se pura Aloë miscuit, sensim excolato, & sordes in fundo abiicito; postea colaturam rectam linteolo in sole exiccato.

Laccam abluendi modus.

Modus abluend*i Laccam*, qui passim à scriptoribus traditur, admodum absurdus est: & qui eum primus invenit aut tradidit, Laccam naturam penitus ignoravit. nam quidquid purum, sincerum & efficax est in Laccam, illius aqua miscetur, quam illi dicunt abiiciendam esse, & quod remanet, in Trochiscos formandum,

dum, hoc est, calculos, ligna & sordes. Nos vero rectius modum trademus.

R. Aristolochiae longæ

Schœnanthi ana. ʒ. ij.

Decoquantur in aquæ ℥. iiiij. aut q. s.
donec remaneant ℥. iiij.

Colaturæ insperge

Laccæ integræ l. j. ʒ. iiij.

Decoquatur Laccæ deinde lento igne,
donec aqua fiat coloris sanguinei: & quid-
quid in Laccæ boni fuerit, dissolvatur;
tum per filtrum aut laneum pannum eo-
la, & remanentes sordes abiice. Excolatā
vero & sanguinei coloris aquam lentis
prunis in duplice vase usq; ad mellis spis-
itudinem coquito, & tepidam massam in
Tröchiscos fingito. Hic itaque verus est
modus abluendi Laccam.

Plumbum lavandi modus.

R. Mortarium plumbeum: in eum infun-
de aquam cœlestem, & agitato aliquot
horas aquam in mortario, donec aqua
colorē acquirat lividum, & crassescat
in modum limi. Limum hunc per lin-
teum exprime, & exiccatum reponere
[in pastillos.]

Limatura ferri, quam Scoriam vocant,

preparatio.

R. Limaturam ferri optimi, aut Chaly-

bis,

36. **P A R A P A T I O N E S**

bis , aut Squamam , hoc est , Batituram eius : purga eam ab omnibus immundiis , hoc modo : Projiciatur in aquam clarissimam , & fricitur manibus : postea sordidam aquam effunde totam , deinde impone linaturam in vitream patinam , & affunde medicum aceti , ut tantum humectetur , nec emineat acetum : postea macera diebus xxx . ultimo tere , & repone .

Scammoneam preparandi modus .

R. Scammoneæ optimæ ʒ iiii.

Contere in subtilissimum pulverem : deinde insperge illi olei Violati optimi medicum , ut fiat massa : deinde excava aliquot Cydonia mala magna , & in cavitatem eorum impone massam Scammoneæ , & coöperi foramina Cydoniorum : postea assa in fornace cum pane , donec Cydonia perfecte sint assata : deinde exime Scammoneā , & impone sequenti diluto : R. Carnium Myrobali Citrinorum ʒ j . Succi Cydoniorum ʒ iiii.

Conterantur Myrobalani , & misceantur cum calefacto Cydoniorum succo , & stent in infusione horis xxiiij. deinde leniter colo : colatur vero infundere Scammoneæ , & optime simul misce : ultimo in loco calido exicca , & exiccatam repone Scammoneam : [quod Dacrydium , Dacrydium & Diagridium vocant .]

Cole-

Colocynthidis preparatio.

R. Colocynthidis pulpx 1 j.

Bdellii

Tragacanthæ ana 3 xij.

Incidatur *Colocynthis* minutissime:
Tragacanthum vero & *Bdellium* disslove
 in aquæ *Rosarum* q.s. & dissoluta insper-
 ge incise *Colocynthidi*, & fac *Trochiscos*,
 quos in sicco aliquo loco siccabis: exsicca-
 tos deinde *Trochiscos* iterum subtilissi-
 me terito, & reforma *Trochiscos*, adhibi-
 ta Mastiche in oleo *Rosaceo* dissoluta.
 [Porro *Trochiscorum Alhandal confe-*
gio, est vera *Colocynthidis præparatio.*]]

Scilla preparatio.

R. Scillam magnam, recentem, neque
 putridam, neque gelu flaccidam: abiice *
 eius exteriores aridas tunicas: involve
 deinde eam massæ sive pastæ pistorum
 unde panis fit: assato postea in furno
 cum panibus, donec panes percocti
 fuerint: hinc è furno exime *Scillam*, &
 sigillatim omnes tunicas detrahe, &
 funiculo traictas in calido loco exsic-
 cato: abiicito vero medium *Scillæ cor*,
 unde germen evasci solet. Porro *Scille*
 non est incidenda ferreo aliquo cultro,

Q 2

scd

sed è ligno solido aliquo facto. nam
contrahit à ferro venenosam quandam
subiginem.

Mezerei fol. præparatio.

R. Foliorum Mezerei quantum libuerit:
ea macera in aceto vini horis xxij: po-
stea exsiccentur: cum vero uti iis voles,
contere, & in contundendo abiice co-
rum venas & nervos.

Esula rad. præparatio.

Esula tam maior quam minor, præpa-
ratur eodem modo quo Mezereon.

Gersam Serpentaria faciendi modus.

R. Radices Serpentariæ veræ, vel loco
eius radicum Ari, id est, Aronis ʒ iiij.
Terantur subtilissime, & affunde eis
aqua Rosaceæ ʒ iiiij. deinde exsiccentur
ad sole in vitrea patina, linteolo tecta.
Postea secundo tantum aqua rosacea
affundito, & simili modo exsiccata: ter-
tio eadem aqua Rosacea quantitas in-
sperrgatur: & ultimo siccatam farinam
cum vino odorato in Trochiscos sive
orbiculos finge, & repone. Ingreditur
autem hec Gersa unguentum Citrinum,
& re-

Quo RUND. SIMPLE. 365
& reliqua quæ ad nitorem cutis conficiuntur.

Spodium preparandi modus.

R. Eboris in partes secti l' j.

Pone id in novum & nondum crematum fictile, & crudo operculo tegito, & iuncturam luto sigulino diligenter oblinito: postea in fornacem figuli mitte, & cremari sinito, donec fictilia percocta sint: deinde exemptum Ebur in tenuissimum pulverem terito & cibrato, & infunde ei in patina vitrea aquæ Rosarum l'ij. & exsiccati sinito. Deinde secundo terito, & alias ij. l' aquæ Rosaceæ affundito, atque similiter exsicca. Tertio etiam terito, & admisce aquæ Rosarum l' j. in qua diligenter dissoluta sint Camphoræ tritæ subtilissime 3 iiiij. Tere omnia in tabula marmorea durissima, & finge Trochiscos: quos repone in denso vase aliquo, ne exspirent. Porro si Ebur habere non poteris, loco eius sume Cornu cervinum, & similiter præpara. est enim hoc quoque efficax medicamentum ad multa, præsertim contra venena.

Ebor crematum, melius est ut [non] operofictili fiat, alias enim non candidum, sed nigrum fit.

Q 3

Pal-

Pulmonis Vulpini preparatio.

R. Pulmonem Vulpis recentem : extrahe ex eo arteriam sive fistulam, & lava in vino odorato calefacto : mox olla impositum exsicca in tepido furno : deinde exsiccatum repone in loco sicco, & involve Absinthio, ne putrefascat.

Hepatis Lupini preparatio.

Hepar Lupi eodem modo præparatur quo pulmo Vulpis.

Sanguinis Hircini preparatio.

Hircum mediocris ætatis domi alito, & per mensem nihil aliud dato præter Pimpinellam, Apium, Petroselinum, Levisticum, & similia : deinde sanguinē eius, qui ex arteriis fluxit, excipito, & concrescere finito ; atque aqueum illud effunde; grumos vero sanguinis in furno exsicca. Mactandus autem est Hircus Veris exitu, id est, principio ætatis, cum Sol Cancrum ingressus est.

Adipum vel Pinguedinum preparatio.

R. Adipem vel Pinguedinem cuiuscumque ani-

animaliss & lava in aqua aliquoties, donec pura defluat aqua, & non amplius sa-
nitosa, aut cruenta appareat: deinde minu-
tim incisam liqua in duplice vase; & eli-
guatam in frigido loco sepone, sine sale.

Medullarum preparatio.

Medullas ex ossibus auferre Autumni
initio, & lava, & liqua in duplice vase,
secundum modum qui traditus est in Adi-
pum sive Pinguedinum præparatione.

Oesypum faciendi modulus.

¶. Lanæ succidæ, hoc est, nondum puc-
gatae, ex collo, feminib[us] & femori-
bus ovis detonsæ, quantitatem satis
magnam; infunde ei aquam fervidam,
& lava diligenter, quoisque omnem
suam pinguedinem in aquam deposue-
rit. Postea expressam lanam sepone, &
aquam illam pinguem & sordidam va-
sculo aliquo diutime ex alto fundito
& refundito, donec spumosa sit: tum
sinito spumam subsidere, & collige
aqua innatantem pinguedinem; ite-
rumque aquam refundito, donec spu-
met, & subsidentem pinguedinem au-
ferro, & rursus refundito, donec non
amplius spumet, & nulla concrescat

Q 4

supra

supra aquam pinguedo. Tum collectam pinguedinem iungito, & in aqua lato, manibusque diducito, donec pura fiat, & aqua clara defluat & albescat, & pinguedo linguam admota non mordet: tum repone in fistili denso, loco frigido. Porro hic Oesypus hodie vocatur corrispto nomine Hyssopus humida: sed non bene præparatus habetur in Pharmacopoliis.

Terebinthinam resinam coquendi modus.

R. Resinæ Terebinthinæ, aut eius loco Laricinæ resinæ, quam Terebinthinam hodie vocant, p. j. affunde ei aquæ Pxxij, & coque in magno vase, donec odorem amittat, & inspissetur, adeo ut refrigerata digitis in pulverem teriqueat. Hoc modo usta [seu cocta potius] resina ingreditur in quædam Vnguera, Olea, & in Trochiscos Cyphi, qui pertinent ad Mithridatium.

Acacia Succedanea.

Acacia vera apud nos non potest confici: eius autem loco sumunt nostri Pharmacopola totius fere Europeæ, succum Prunorum silvestrium, id est, Schlehencaff. Sed hec, quam describemus, proprius ad vera Acacia vires accedit.

R. Sc-

R. Seminum Thamarindorum
Sumach ana p. i.

Contundantur, & affunde eis aquæ cælestis [seu pluviae] p. viij. aut q. s.

Macera deinde per horas xxiiij. Postea coque donec tertia pars aquæ remaneat: excolatam deinde aquam, cum albuminis ovorum clarifica & despuma: despumata deinde iterum coque supralentas prunas, ad spissitudinem iustum; deinde reponit, ut Acaciam ex Prunellis silvestribus factam.

PONDERUM RATIO.

PONDERA quibus hodie Medici uti-
tur, hac sunt: Libra, Quartarium vel
Quadrans, Uncia, Drachma, Scrupu-
lus, Obolus, Lupinus, Granum, Siliqua, Lens: Et
hac quidem à Gracis atque Romanis mutua-
runt.

Prater hac sunt alia que à Barbaris atque
Arabibus desumperunt; qualia sunt, Mani-
pulus, Pugillus, Aureus, Kist, Kirath, & Danitz;
quorum nominibus Mesueri potissimum uti con-
stat.

Libra itaque, que & Pendo etiam dicitur,
in duodecim uncias dividitur. Errant itaque
indotti huius aetatis Pharmacopola, quis libram

Q. S. fide-

sedecim unciarum, quod sane mercatoria ac negotiatoria est, in medicamentis conficiendis accipiunt. Ea autem illos uti libra facile ex quartis colligitur, quibus uncias quatuor assignant; quas si quater sumpseris, sedecim prodibunt uncie. Quartam autem libra partem, Latini Quadrantem nominant, sicut iterum Trentem, sextam Sextantem. Quadrans itaque, vel (ut nostri loquuntur) Quarta, vel Quartarium, pondus extitrium unciarum; Triens vero quatuor; reliqui Sextans diuarum unciarum.

Porro Uncia octo drachmas constituit; denarios septem: Drachmas scrupulos tres: Scripulum vero, qui Gracis $\frac{1}{2}$ leuula dicitur. (Quasi primum ponderis elementum) nonnulli Scrupulum etiam nominant: habet vero obolos duos. Obolus pendas grana duodecim; qua idcirco viginti quatuor scripulum constituant. Nicolai tamen scripulum ex viginti tantum granae constat.

At & alia pondera Graecorum Medici usurparunt. Drachma enim novem Lupinos pendit: Siliqua vero, qua Gracius $\frac{1}{2}$ anov, est dimidium Lupini: Siliqua itaque sex, Lupini tres, scrupulosuspendent. Semen autem in Siliqua contentum, non tota Siliqua, intelligitur: & id mediocre, non enorme & habitus; neque strigofum & emaciatum: qualis Hordei aut Tritici grana usurpamus, qua hodie minimum pondus faciunt, veluti olim grana Lentis. Unum vero Siliqua gramum sex Lentu seminibus pondere responderet: quasi sexies sumpseris, in universum tri-

triginta sex Lentis semina prodibunt, que scrupulo-
lum constituant.

Nunc ad ea, quibus Arabes & recentiores usi
sunt, veniemus: inter quae primum Manipulus
nobis occurrit. Sic autem vocant herbarum fa-
sciculum, quem manus prehendere & complecti
potest. Pugillo autem perperam pro pondere ut-
tuntur recentiores, cum sit diminutivum potius à
pugno, qui compressis fit digitis. Aureus, illus pon-
dus unius drachme cum dimidia significat. Da-
nich pondus octo granorum: Karath vero qua-
smor.

P. C. S C H O L.

Danich.] *Centra Georgii Agricole, aliorum-
que doctorum virorum sententias, Cordus Daniach
pondus granorum sex, & Kirath trium faciebat.*

Q. 6

N O T A E

372
 NOTÆ PONDERUM
 QUÆ HODIE IN
 USU SUNT.

Grani	Nota est.	¶. Ein grein oder Gerstenkornlein schwur.
Scrupuli		¶. Ein scrupel , ein dritteileins quintlins.
Drachmæ		¶. Ein quintle , oder gulden schwur.
Vnicæ		¶. Ein vntz, iſt zwrey lot.
Quadrantis		¶. Quad. Ein quare, vj. lot.
Libræ		P. Ein pfund.
Semis		¶. Halb.
Manipuli		M.
Pugilli		P.

FINIS eorum qua Valerius Cordus Neobergenſe Senatui exhibuit.

VALE.

VALERII CORDI

DE

EXTRACTIONE,

UT VOCANT,

PURGANTIVM MEDICAMENTORVM,
ET

OLEORUM DISTILLATIONE;

in genere primum; deinde privatum deOleo è Chal-
cantho duplice, uno austero (vel acido) altero
dulci;

*Libellus tripartitus, à CONRADO GESNERO
primum publicatus, & VAL. CORDE
Annotationibus in Dioscoridem ab eodem an-
nexus.*

PARS PRIMA.

De Extractione. Cap. 1.

EXTRAHITUR ex medicamentis So-
lutivis ipsa qualitas purgans eque ac
Olea, sed diversa ratione. Olea pro-
pter aëriam substantiam ascendunt in di-
stillatione: Solutiva vero facultas, quo-
niā terrestri corpori inseparabiliter in-
hæret, non ascendit, sed in fundo relin-
quitur, excepto uno atque altero, flore
videlicet Pruni silvestris & Persici, quo-
rum aquæ distillatæ alvum subducunt, &

QJ

hoc

hoc quia flores hanc vim obtinent. nam
hi melius à Sole excoquuntur, & subtili-
iores vites, quæ facile resolvuntur in
vaporem, acquirunt. Sed quæ proprie-
solutiva vocantur, ut sunt radices, aut radic-
um liquores, aut succi, aut cortices, aut
semina, omnibus inest tenaciter inherens
& viscosa qualitas. Ideoque eorum solu-
tiva vis non potest ascendere in distilla-
tione, sed manet in substantia decoctionis,
ex ea evaporante quicquid est aqueū.
Excogitata autem hæc est extractio pro
delicatis & nauseabundis, ut qui magnam
solutivi dosim non ferunt.

Ellebori nigri extractio. Cap. 11.

R E C I P E rad. Elebori nigri recent. li-
bras iiiij. laventur, dum sunt saccō prædi-
tæ : deinde incide minutim, ac superin-
fundē sequentis decoctionis colaturam.

* Sucei Buglossi, Borag. ana ℥ iij. Succi de-
purentur, & colentur diligentissime, ut
auri claritatem acquirant, & reponantur
ad tempus conveniens.

* Deinde ℥. rad. Foeniculi, Cichoreæ,
Asparagi, Petroselini, ana unc. iiij. Fruct.
Iuiubarum, Sebesten ana ȝ ij. Semina

* Melonum, Cucumeris, Cucurbitæ, Ca-
trulli, ana ȝ β. decoquantur secundum ar-
tem in aquæ f' xij. Colaturaæ infusæ præ-
dictas

dictas l' iiiij. succorum: deinde sine ebullire paululum ad ignem. Postea incisas & contusas radices Ellebori iiiiice, & coque lento igne paulatim, usque dum radices emineant: deinde expime rursum per filtrum. Colaturam coque ad Mellis crassitudinem, clementi igne; adhibita assidua cura, ne adulatur. Postea repone, & utere, faciendo periculum in dosi, à scrup. semilise, usque ad scrup. unum.

P. C. S C H O L.

Sebesten ana 3 ij.] Cum Gesneri editio ana 3 ij. legit, ego ex industria (si pondere metiendi sunt hi fructus) ex drachmis uncias feci, & legendas esse puto. alioquin cuiusque uncia una ad minus sumi debet. Cumque semina frigida ponderibus carerent, ego cuiusque 3. adscripti. Si cuius vero hac non placuerint, illi, ut suo more loca hac restituat, permittitur.

Extractio Rhabarbari. Cap. 111.

R H A B A R B. electi l j. minutim incidatur, & grosso modo teratur: postea affunde facci depurati Boraginis, Buglossi, ana l ij. maceretur per horas xxiiij. deinde coque ad lentissimum ignem, usquequo extra emineat Rhabarbarum. Exprie postea fortiter, & expressam decoctionem per laneum colatorium transmite &

ex-

376 VALENIX CORDI DE ARTIS.
exprime, ut substantia in colatorio ma-
neat: colaturam coquē ad mellis spissitudinem, adiectis Zacchari uncisi ii. Qui-
dam in balneo Mariæ ad spissitudinem
coquunt, ne aduratur; quod melius est,
quemadmodū etiam in duplice vase. Pur-
gando deglutendum cum gutta olei Cin-
namomi, aut Anisi mixtum, & azymo in-
volutum; faciendo in dosi periculum à
scrup. j. usque ad scrup. ij. Quidam, quia
Rhabarbara per se non valde purgant,
acuunt totam extractionem cum modico
Diactidii optimi, quod nihil nocet.

*De Extractione è Massis Cata-
potiorum. Cap. 1111.*

Cum virtutem solutivam ex massis pi-
lularum extracturus es, necesse est, ut prius
diligenter dispensata sit massa, sumpta
Aloë purissima, & aliis medicamentis ele-
ctis. Deinde recipe quamcumque volueris
massam, & concide in minutās partes; ac
macera per octiduum in aqua pluviali,
succorum Boraginis, Funiculi ana q. s.
Coque deinde in vitro duplice vase per
integrū diem: deinde exprime per la-
neum pannum mundissimum, qui nulos
pilos emittat; & iterum in balneo vel in
duplice vase ad iustum spissitudinem dili-
genter coquito, & forma pilulas minutās.

da

da scrup ii. aut circiter unum. Hoc modo extracta massa est purissima, tenera, & facile in manu liquefcit. Porro reliquorum purgantium medicamentorum vires similiiter exprimi possunt. Sed animadverendum, quod semper sint admiscenda in decoctione lenientes & lubrici succi, quales prædicti sunt: & melius multo est, ut omnia in duplice vase coquantur.

Aloë quomodo optime layetur.

Cap. v.

A L O E N optimam, fulvam, pellucidam, facile in manu liquecentem, confringe in partes minutæ, & pone in patinam vitreas, mundam: & infunde de super sufficientem quantitatem aquæ pluvialis: dissolve in duplice vase omnino, & permitte denuo refrigerari. postea aufer innatantes, si qui sunt, pilos; & sensim quod est liquidissimum ad spissitudinem in duplice vase coque. Quod vero in fundo vasis est crassiusculum, in alios usus servetur.

PARS SECUNDA.

De Distillatione Oleorum. Cap. i.

Q U O N T A M Aromata quædam, & omnium umbelli ferarum herbarum semi-

semina fere constant magna ex parte, calida, tenui & aëria substantia: ideo necesse est, ut aliquid de oleaginosa substantia habeant. Nam talem habet mixturam proprium omne oleum. At cum oleum & pinguedo, quæ in simplicibus medicamentis continentur, duplex sit, quædam monenda sunt. Naturę periti, duplex invenerunt oleum in simplicibus medicamentis: unum terrestre, crassum & viscosum, & totaliter suo corpori, in quo est, commixtum: quale est oleum Nucum, Amygdalarum, Baccarum Lauri, Seminum Lini, Hyoscyami, Sinapi, Papaveris, & omnia similia, quæ in fructuum aut seminum nucleis continentur. Hæc autem, omnia propter totalem cum substantia cui insunt, commixtionem inseparabilia sunt, necullo modo per distillationem elici possunt: quare vi exprimenda sunt è substantia. Alterum tenui, aëriumque est, & separabiliter suo corpori inheret: & hoc est segregabile. Ascendit enim facile in distillatione, nec difficulter à suo, cui inest, corpore decedit. Tale autem est quod continetur in aromatibus, Carlobalsamo, Cardamomo, Pipere nigro, Cubebis, Cinnamomo, Garyophyllis, Macere, Nuce moschata, Ligno Aloës. Item quod continetur in seminibus umbellifera-
rum herbarum: quales sunt Ligusticum,
Ange-

Angelica, Angelicam̄inor, Libanotis mi-
 gra, Magistrantia, Pastinaca, Carios, Cy-
 minum, Ammi, quod appellant Amo-
 mum: item Apium, Petroselinum, Gin-
 gidium, Pimpinella, Anisum, Foeniculum,
 Anethum, &c. Eliciuntur autem hæc olea
 per distillationē in arena, ita ut tusa aro-
 mata aut semina iniiciantur in cucurbi-
 tam vitream lato intactam optime: una
 autem vice ad Iij. iniiciantur, & sint tri-
 ta secundum capacitatē cucurbitæ: in-
 fundatur deinde ad vj. lib. aquæ clarissi-
 mæ, ac miscetō diligenter. Pone deinde
 cucurbitam in capellam aptam fornaci,
 & arena imple, & non attingat fundūm,
 sed intēsit arena. Cucurbitæ impone
 alembicum vitreum, cuius rostrum des-
 nat in stanneam vel ferreā fistulam, stan-
 no intus & foris illitam: ea fistula trans-
 eat in obliquum per vas quod habet in
 se aquam frigidam, ut inter distillandū
 egrediens cum oleo liquor refrigeretur,
 claude iuncturas accurate, madefacta pa-
 pyro vel linteo; & suppone exceptorium.
 Postea accende ignem lentum, & vide ne
 nimium surget & ebulliat in alembicum,
 quod in cucurbita continetur. Semina
 enim quædam (ut Anisum) propter rati-
 tam substantiæ suæ, simulque viscosum
 quod habent, largiter ebulliunt; ideo non
 statim alembicū impōnere debemus: sed
 postea

postea quam bullas excitari videris, & vaporem sursum ferri. Quod cum fieri, depone alembicum, & immisso b. illo agita; ita resolvetur in vaporē. Ima, quæ postea mediocri igne moderari, compescet & excitari potest. Quo facto, impone rursum alembicum, & circumlutato satis, ac distillato sine cessatione, donec conieceris nullum amplius intus contineri oleū: quod visu & gustu statim percipies. nam cum gustu distillantes guttae non amplius resipient inlecti aromatis saporem, desistendum est, ne aroma fundo cucurbitæ inhæreat & exuratur. Deinde segregat contentum in distillata aqua oleum, optimo quo potes artificio. Porro notandum est, quædam ex his oleis aquæ innatate, quædam fundum petere. Innatant Piperis nigri, & recentis Cardamomi, & Anisi: Fundum petunt, Cinnamomi, Macis, & Garyophyllorum, &c. ut videtur. Aqua Cinnamomi & Anisi cum distillantur, lacteum habent colorem: & lacteum hoc paulatim in oleum convertitur. Reservanda aurem Cinnamomi est aqua, præsertim quæ primo exierit.

Natura & vires Oleorum.

Cap. 11.

FOENICULI & Anisi olea, naturam mira-

mirabilem habent. nam in hieme utrumque concrescit instar butyri, ita ut aspectu imitetur forma Ceti; præsertim Anisi, nam hoc æstate media concrescit aspectu niveum: reliqua omnia liquida permanent. Reponuntur optime in loco frigido & puro, præsertim Cardamomi & Piperis. Ea enim omnium tenuissimam substantiam habent, adeo ut aeglecta omnino evanescant. Vites autem habeat earum rerum, è quibus extracta sunt; sed multo efficaciores. Nam efficacia quæ uni libræ inest, in paucas drachmas cōtrahitur. Garryophylli enim unciæ xvj. contrahuntur in unciam unam semis, aut duas: Cinnamomi in drachmas duas semis, aut duas: Piperis, in drachmas duas & semis, aut tres. Miscentur autem in confectione guttæ x, vel xv, aut xx, libræ Succari pro delicatis: sed infundendum est ultimo cum morsellis, quos facis, vel orbiculis, optime miscendo.

PARS TERTIA.

De Oleo Vitrioli faciendo. Cap. 1.

OLÉU M Vitrioli, quod à quibusdam Oleum Vitæ appellatur, aut Melancholia artificialis, nihil aliud est, quam

382 VALERII CORDI DE ARTIF.
quam aluminosa qualitas , & substantia
ex Vitriolo per artē extracta, modicoque
Sulfuri mixta. Nam ipsum Vitriolum, è
quo fit, triplici constat mixtura, videlicet
multo Alumine,modica Ærugine , & pau-
co Sulphure. Aluminosa enim aqua in
metallis per Æris venas & Marchasitā di-
stillās, æruginosam qualitatem acquirit,
& Sulphuri (quod Marchasitæ inest) mix-
ta, paulatim concrescit, aut industria ad
spissitudinem coquitur: in distillando au-
tem aluminosus & sulphureus vapor tan-
tum ascendunt, æruginosa qualitate in
fundo retortæ relicta ; quo fit, ut hoc
oleum Aluminis , & non Æruginis sap-
orem habeat. Est autem duplex hoc oleum,
nempe austерum & dulce. Austерum du-
plici constat mixtura , scilicet Alumine
multo, & modico Sulphure : Dulce vero
simpliciter Sulphure constat. Nihil enim
aliud est, quam liquidum Sulphur ex au-
stero oleo extractum. Quapropter gustu
nequaquam Alumen , sed Sulphur æmu-
latur. Faciendum est autem utrumque
maxima cura & diligētia ; adhibitis aptis
fornace,retorta,& receptaculo: siquidem
aptitudo instrumentorum. ut aiunt Chy-
miste, magistrum parit. Quapropter se-
quentes Canones diligenter obseruentur.

Electio

Electio Vitrioli. Cap. 11.

Cum plurimæ sint Vitrioli species, opera pietum est indicare, quænam species eius huic operi potissimum cōducat. Et quamvis omne Vitriolum hoc oleum reddat, nullum tamen est ex omnibus præstantius cæruleo aut viridi: quoniam plurimū fugiti vi Sulphuris obtinet, quo adiuvatur, ut facilius oleum ascendat. Notandum etiam, melius esse factio nativum Vitriolum, & maxime Vngaricum: aut si huius copia non sit, Goslariense. Eligendum præterea est quod magnis rācēmis conseretur, & maioribus cubis concretum sit. Quod autem fractum, minutiū & pulverulentum est, veluti inutile non est recipiendum; quemadmodū etiam quod Solis vel aëris iniuria candorem & pulv-
erulentam canitatem contraxit.

Coctio Vitrioli. Cap. 111.

At quia Vitriolum multum in se ha-
bet aquei & excrementi humoris, qui
oleum diluit, & non nisi longo tempore
& magnis molestiis per distillationem ab
oleo separari potest, compendiaria est in-
venta via, qua brevi temporis intervallo
id absungi queat, ne longa mora artifici-
fasti-

fastidium pariat. Recipe igitur prædicti Vittioli l' xij. coniice eas in ollam magnam, novam & optime crematam: ollam impone fornaci profundę, supra ardentes prunas. Cum liquefieri & bullire cōperit, spatula agitetur, ut integrum liquefacto misceatur, donec & ipsum liquefiat. Bullire demum finito, usq; quo nullam prossus bullam amplius exciter, & donec totum densetur. Deinde exemptam ē fornace, cum Vitriolo ollam refrigerari permittito, loco neque humido neque ventoso, sed sicco & tepido. Postquam refrigeratum fuerit, ex olla eximito; & considera an superficies eius undiq; rubescat. nam si rubescit, bonum est signum, & facilius calcinatur, ut iam dicemus.

Calcinatio Vitrioli. Cap. 111.

EXEMPTUM olla Vitriolum, in minutas partes confringe, & in mortario subtilissime tere: deinde tertia aut quartam eius partem in novam ac bene coctam ollam coniice, ac rursus in profundam fornacem, sicut ante, dimitte, & aliquamdiu urito, donec rufus fiat color. Mox ollam ab igni depone, & move eam, ut videoas notam, an satis calcinatum sit Vitriolum. Nam si in olla fluctuat argenti vivi aut liquefacti plumbi modo,


&

& exilentes bullas ejaculatur, satis usque
esse intellige: tunc effunde in magnam &
recentem ollam, prius calefactam, & effluet
quasi sit liquidum, aut ad modum argenti
vivi. Quod autem reliquum est Vitrioli,
similiter sigillatim, ut calcinetur, uras.
Cum ustum fuerit, commisce rursus opti-
me in mortario; modeste agitans, ne pul-
verem excites, nares & fauces offensurum.
Cum hae omnia executus fueris, Vitrio-
lum in bilancem ponito, & animadverte
pondus ipsius. Nam si vj. lib. id est, me-
diata superfuerit, bene omnia facta sunt.
Sed hae sufficient.

De fornace facienda. Cap. v.

MATERIA quae di-
stillanda est, quomodo
præparanda sit, iam in-
dicavimus. Nunc au-
tem dicere de fornace,
res & ordo postulat.
nam si hæc inepta fue-
rit, fructus omnia fient.
Exstruenda igitur est
fornax ex lateribus in
planum positis, quo
crassioribus parietibus
ignis facilius & diutius
contineatur: fiet etiam
quadrata & æqualiter

R. cras-



386 VALERII CORDI DE ARTIF.
crassa; intusque habeat propemodum duarum spithamarum latitudinem, non tam
amen omnino, sed dempta tertia parte spi-
thamæ. Extratur autem hoc modo: Pri-
ma & infima cavitas habeat altitudinem
semipedis, cui per transversum imponan-
tur ferramenta satis crassa, ut ignitis car-
bonibus non inflectantur: secunda cavi-
tas, quæ est constituta supra ferream cra-
tem [id est, über den rost] habeat duum pe-
dum altitudinem, & ex anteriori parte fo-
ramē, per quod carbones iniiciantur. hoc
incipiat lateris transversi crassitudine su-
per eratem. Per medium deinde cavitatē,
in ipso medio insipienti fornacem, per
transversum infigatur ferreus axis, qua-
drangularis, crassitudine pollicis, qui im-
positam retortam sustineat. In latere
deinde sinistro fornacis, relinquatur mea-
tus, per quem retortæ collum exeratur.

Distillatio Vitrioli, Cap. vi.

POST QUAM fornacem extruxeris,
eligitur retortam capacem, aptamque ante
omnia, ex vitro Venetiano aut saltem
Hessiano factam, prius undique luto obdu-
ctam: in eam coniicito totum Vitriolum,
ita ut aliqua pars retortæ relinquatur va-
cua, quo facilius à Vitriolo spiritus ascen-
dere queant. Mox transversam & ferream
tra-

trabem in fornace optime luto obducito;
eique in medio superponito perlutatum
testæ fragmentum: super id collocabis re-
tortam, ne à candentè ferro immediate
disseetur, ita tamen, ut in medio forna-
cis retorta constituta sit, eiusque rostrum
extrosum modice pronum promineat, &
meatus per quem collum suum è fornace
exerit, diligentissime luto sarcinatur atque
obstruatur. Postea accipe quinq; tegulas,
& fac ex iis tectum supra fornacem, sub
quo lateat retorta ad eum modum quem
depinxi. Tectum luto undique obducatur,
quatuor pro summo foraminibus relictis, in
singulis angulis singulo, ea amplitudine,
ut crassissimus pollex libere intromitti &
exeri queat. Fac etiam quatuor conos ex
luto, quibus foramina obstruantur: quo
facto, applica retortæ orificio receptacu-
lum grande ex vitro Venetiano aut Hes-
siaco, quo enim maius id ipsum fuerit, eo
liberior spiritus recipiet: si vero parvum
fuerit, periculum est ne spirituum copia
dilatentum rumpatur. Infunde etiam in re-
tortam aquæ clarissimæ unc. xvij. aqua
enim cito spiritus ad se rapit, & prohibe-
ret ne constringatur receptaculum. Ita ap-
plicatum optimo luto diligentissime ob-
struatur, magna adhibita cura, ne quic-
quam in receptaculum incidat. tinctur
enim inde in rufum colorē oleum. Cum

omnia hæc feceris, dimitre per integrum noctem lumen exsiccati, ac si quæ fatis contumæ, luto illinantur. Mane deinde per lucidum accende ignem, ex putris & magnis carbonibus; aperto uno superius foramine, per quod fumus exreat augeaturq; successive ignis usque ad vesperam quo tempore aperiendum est secundum foramen: & attende diligenter an appareat spiritus, qui è retorta egrediuntur, veluti si quis candidum effaret fumum. Nocte sequente vigili cura cavendum ne ignis remissior fiat, sed actior, pugnaciam tamen. Ita deinde auctum ignem in vigore reneas: Ac altera die tertium aperi foramen; augendo sigillatum ignem, usque quo etiâ retorta collum candescat. Sequenti secunda nocte auge ignem; & post medium noctem aperi quartum foramen. Cum ita inservi mox vigore ignis fuerit constitutus, videbis spiritus egredi, veluti conglomerata nubes: qui cum cessare voluerint, aperi omnes fornacis aditus, & sine intermissione carbones ingere, usquequo etiam receptaculum excedenscat; studiose caveno ne quicquam frigidum aut humidum super retortam aut receptaculum incuria aut casu decidat. Agenda hæc sunt in loco clauso, quo neque imber, neque ventus ingrediatur. Conservandus autem ignis est, donec nulli proslus spiri-

tus in Vitriolo relinquuntur: quod visu facile percipi potest. Cum autem nulli amplius egredientur, sine ut per se extinguitur ignis: ac totum opus integrum cum nocte diem quiescere ac refrigerari finito. Postea aufer cum contento humore receptaculum, & repone, donec oleum ab aqua segregabis. Tum confractam retortam inspice, & vide an caput mortuum nigrum sit. hoc enim signum est perfecti operis. Est autem caput mortuum, exustum in retorta Vitriolum.

Segregatio infusæ aquæ.

Cap. VII.

Q U O N I A N in receptaculo continetur una cum Vitrioli oleo aqua, segreganda hæc est, ut Vitrioli liquor sincerus reponatur: segregatur autem per distillationem in balneo aut cinere subtili; tamen tamen in balneo: quapropter totum humorum qui est in receptaculo, in encorbittam vitream Venetianam aut Hessiacā infunde; (superponendo Alembicū è simili vitro factum;) quæ bene luto circumlinatur: sub balneo deinde accenso igne, paulatim sine aquam extillare, donec habeas unc. xvij. illas quas infudisti. Si Vitriolum non bene calcinatum fuerit, plus egredietur: quare vide ut prædictæ xvij

R 3

unciae

390 VALERII CORDI DE ARTIF.
unciæ sint bonæ mensuræ. Cum hoc fece-
ris, refrigerari balneum finito, & aquam
quæ distillavit abiicito. Quod vero in
balneo cucurbitæ in fundo reliquum fue-
rit, purum est Vitrioli oleum: habet ta-
men plerumque rufum colorem; ideo se-
cundum sequentem modum rectifican-
dum est, ut clarum fiat.

Rectificatio olei Vitrioli. Cap. VIII.

A C C I P E retortam Venetianam, aut
saltem Hessiacam, antea luto optimo ve-
stitam: in eam funde quod in cucurbita
continetur oleum: retortam pone in mi-
norem fornacem, in capellam, quæ pura
& lata arena repleatur. Et quemadmodū
antea in balneo, ita nunc in arena distilla;
paulatim igit aciendo, ut sigillatim ex
intervallo delabantur guttæ. Retorte ori-
ficio applica receptaculum ex eodem vitro
factum; ac commissuram optime luto
claude, ne quicquam exspiret: cum dein
detorū è retorta distillaverit, refrigerari
finito: ac postea aufer, & infunde sen-
sim in purum vitrum Venetianum, quod
habeat angustum orificium; ac repone, ceu
præsens in multis morbis remediu. Hoc
est austерum Vitrioli oleum, cuius vites
& naturam non indicabimus, quas ex-
cellentes & efficaces habet.

Vires

Vires eius. Cap. IX.

M E R U M ac non dilutum, neque debet
neque potest intra corpus sumi: nam pro-
pter nimirum acrimoniam, ignis modo in-
teranea, & quicquid attingit, adurit: omi-
nia nempe corrodit, præter vitrum & pin-
guia, veluti ceram, picem, sevum; & li-
quidorum etiam oleorum colorem im-
mutat; præsertim olei Macis; cui si miscea-
tur, sanguineum reddit colorem. Si etiam
in duobus vasculis contineatur quantum-
vis frigidum, & repente sibi ipsi miscea-
tur, adeo incalescit sua sponte, ut mani-
bus vix teneri queat. In terram effusum
bullit, quemadmodum etiam pura melan-
cholia: quare etiam Melancholia artifi-
cialis appellatur. Quemadmodum enim
melancholia, ita etiam hoc oleum ven-
triculum confortat, & ad cibi appeten-
tiam invitat ac stimulat; frigidum ven-
triculum calefacit, phlegma consumit;
crassos & viscosos humores incidit, colici-
æ ac dysenteriæ opitulatur, sitim ac fer-
vorem interaneorum in febribus extin-
git: singultum prohibet confestim, &
nausea ac cibi abominatione auertit. Sed
temperandum est cum aliis quibusdam.
Quare exemplum unum atque alterum
ponemus.

Adversus Calculum.

R. Olei Macis

Olei Terebinthinæ clariss. ana guttas xij.

Aquarum Anisi

Fœniculi ana unc. ij.

Syr. Liquiritiæ unc. j.

Olei Vitrioli tres aut quatuor guttas.

Misce omnia optime, & gusta: si habet acetositatem, quæ dentes non in stuporem trahat, bene est; si non est acetosa potio, instilla adhuc unam aut alteram guttiam, & consule palatum, ac propina secure.

Ad Ventriculum debilem.

R. Syr. de Mentha unc. j.

Aqua Cinnamomi unc. iiiij.

Olei Cinnamomi guttas ij.

Olei Vitrioli guttas iiij.

Da secure.

Ad calorem & sitim in febribus.

R. Syr. ex Succo aut infusione Violarum unc. j.

Aquarum Cinnamomi unc. j.

Hordei unc. iiij.

Olei Vitrioli guttas iiij. aut iiiij.

Misce,

Misce, & contrahet puniceum colorē,
& saporem vini austeri Cinnamomo aro-
matisati.

Ex austero quomodo dulce fiat.

Cap. x.

ANTE ADICTUM EST, Austerum Vitrioli
oleum dupli constare mixtura, videli-
cer multo Alumine, & paucō Sulfure.
Quare cum ex austero oleo dulce extrahi-
tur, nihil aliud sit quam quod Sulfur ab
Alumine segregetur. EST ITAQUE DULCE VI-
TRIOLI OLEUM NIHIL ALIUD, QUAM OLEUM SUL-
FURIS AUT IPsum Sulfur in liquidam sub-
stantiam redactum. Et hoc proprie oleum
dici potest. EST ENIM PINGUE UNCTUOSUM-
QUE, quemadmodum ipsum Sulfur, quod
in oleo, & non in aqua liqueficit. SEQUI-
TUR autem modus segregationis.

Modus segregationis.

Cap. xi.

RECIPE vini ardantis acerrimi, & ter
sublimati unc. vj. Olei Vitrioli austri
tantundē: misce in Venēto vitro, & pone
in cucurbitam parvam, angusto orificio;
& optime luto orificium clade: dimitte
ita per integrum mensem aut duos. Dein-
de effunde in cucurbitā cui sit immedia-

R 5 te vi

ze vi ignis agglutinatum & annexum
alembicum, [hoc est, ein kolb mit einem an-
geschmolzten helm,] cuius figuram subii-
ciemus: pone deinde in parvam fornacem,
ac dimidiam partem eius cinere obtue:
postea applica recipientem, & luto iun-
cturam clade diligenter, & extrahe unc.
vj. vini ardantis, quas infudisti. Ut vero
tutius hoc fiat, pone in balneum Mariæ;
sic solum vinum absque oleo ascendet.
Cum extraxeris autem per balneum infu-
sus sex unc. vini ardantis, pone id quod
residuum est, in fornacem, ut arena me-
diam cucurbitæ partem attingat, ac novo
& vacuo recipiente (eoque non magno)
applicato, luto iuncturam diligenter clau-
de. Accende deinde lentum ignem, & sensim
extrahe omnem humiditatem quæ
relicta est in cucurbita, donec nihil humi-
di amplius in fundo appareat, adhibita
semper maxima cura & diligentia, ut igne
ita modereris, ne ebulliat usque ad ale-
mbici canalem. Nam si hunc ebullitio atti-
gerit, sedari non potest, nec prohiberi,
quin in receptaculum egrediatur, ac to-
tum oleum corruptat. Solet enim facilli-
me ebullire. Cum autem sensim extraxeris,
aufer statim recipientem cum suo humo-
re: tum videbis duo contineri in eo, vi-
delicet aqueum humorum, & oleosum, ac
pinguem. Segregabis autem unum ab al-
tero,

tero statim, ita ut nihil aqueū in oleo re-linquitur, nam aqua illa perdit oleum. Solet autē oleum ipsum plerumque aquæ innatare : maxi-mē si infusum prius vinum om-nino per balneū extractum fue-tit : sed statim poteris tactu discernere oleum ab aqua. Oleum enim pingue est, aqua minime. Segregatū oleum deinde usui refer-va.

Ein Kolb mit einem angeschmolzten helm, der muß man etlich auf der Glasbuttten be-stellen zu machen, aus zerbrochtem Venedischē glaz, oder aus Hessischem glaz.

Vires eius quod segregatum est.

Cap. XII.

VIRES habet quascumque & Sulfur: sed omnia efficacius prestat ; quia propter liquiditatē facilius penetrat, & ad actiones properat ; quod Sulfur non potest, quia impeditur à soliditate & spissitudi-ne sua , quo minus penetrat. Illud vero

396 VAL. CORDI DE ARTIF.

* amplius potest Sulfure hoc oleum, quod valeat potenter ad omnes in corpore putrefactiones, & præcipue ad pestem. Ad educendum è pulmone in pleuritide, & peripneumonia, & difficili tussi, pus, & crassos viscososque humores. Tuto enim absque omni periculo intra corpus sumitur. Calculum neque in renibus, neque vesica coalescere finit: exulceratam vesicam sanat. Dosis eius est una aut altera guttula, aut tres, in vino modico temperatæ. Misceatur etiam rotulis & morsellis è saccharo factis. Diligenter autem reservandum est. Nam modicum fit ex lib. j. austeri olei Vitrioli, & facile propter tenacitatem partium evanescit.

F I N I S.

E P I -

397

EPITAPHIUM
VALERII CORDI,
qui
sepultus est Romę, in æde D. Mariæ
de Anima, regione Parionis.

VALERIO Cerdò Simesufio Hef-
so, Enricii filio, moribus, ingenio, co-
mitate præstansiss. Doctorum omnium
admirationem merito : Qui naturæ ob-
scuritatem & herbarum vires adoles-
cens senibus explicavit. Cum expleri
cognoscendi cupiditate non posset, per-
lustrata Germania, Italiam adiit, Ve-
netiis in honore habitus ; & Romam
vix ingressus, subito morbo inter ami-
corum lachrymas, non recuperabili stu-
diorum iactura, opt. atate extinguitur,
anno salut. M. D. XLIV. VII.
Calend. Octobr.

Ingenio supereft Cordus ; mens ipsa recepta est
Cælo: quod terra est, maxima Roma tenet.

AP-

APPENDIX
EX SCRIPTIS
D. IACOBI SILVII,
MEDICI PARISIENSIS,
pro instructione Pharmacopolarū;

D E
SINGVLORVM MEDICAMENTORVM
SIMPLICIUM

exacto Delectu, Collectionis tempore le-
gitimo, Repositione commoda, & Du-
ratione eorum.

DE RADICIBUS.

RADICES evellende sunt, cum medica-
mentosasunt maxime: Quae dos omnibus
eodem non inest tempore, sed alio alia ve-
geta magis sunt: quamquam sunt qui potest
omnes radices legendas Autumno, ubi folia de-
ciderunt: alii Veris initio, priusquam in folia
aut caulem erumpant. Omnes tamen integrae
sunt, si fieri potest, vellende, & unaquaque
in solo & calo nature ipsius maxime familiari,
bene nutrita, bene habita, non pra alimenti
copiam enormous, neque ob inepiam strigosa, te-
naces, rugosa: mox aqua lavanda, & radiculis
por-

portionem quandam alimenti repetentibus, &
stolonibus etiamdum trahentibus, purganda:
post (nisi utendi recentibus aliqua incescerit vel
commoditas vel necessitas) siccanda, quadam
umbra & vento, ut Apii, Foeniculi, Iridis, &
que alias sunt vel minores, vel sicciores, vel ra-
viores, quarum rires sol seu ignis prompte dis-
sipet: quadam contraria dictis sole & vento,
vel igne siccantur, si calura est nubilum, aut
hiems: & saepe versanda, ne mucida aut pu-
trida fiant: ut Bonya, Gentiana, Mandro-
gora, Rhei Pontici. Si vero siccatis cito est opus,
patella ignita imposita sepe versando siccabis.
Quadam item integra siccantur, ut Gentiana;
alia in taleolis dissecta, ut Iridis; alia lignosa
matrice (sic enim cor Plantarum Gaza ex Theo-
phrasto vocat) adempta, ut Foeniculi, Petrose-
lini, Apis. Deinde reponuntur loco non insola-
to, non infumato, non humido, non pulveris-
lento, sed sublimi, puro, siccо, aut septentrio-
nem, aut potius meridiem spectante, prasertim
quando hanc planta quadam adhuc humidio-
res requirunt, modo non flent austri. Eademo
quamdiu vegeta adhuc sunt, servanda; parva
sulcet ac tenues & rara: ut Asari, Asparagi,
anno tantum, quamvis Elleborus uterque etiam
triennio servari posse, ut magna & crassa es-
senzia pradita, Bryonia, Rheon Ponticum, Art-
stochia, Gentiana. Hac autem tria, colli-
gendi tempus legitimum, repositio commoda,
& duratio; non in radicibus solis observanda
sunt,

sunt, sed etiam in aliis plantarum partibus,
atque adeo quibusdam animalium aliquorum
partibus, ut sanguine hircino, hepate lupi,
pulmone vulpis, vesca apri. Propterea Chama-
pityn, Chamadyn, Thlaspi, Centaurium, Po-
lion, Hypericum, aliaque florentia capiebat Ga-
lenus, Theriacem vel aliud medicamentum com-
positurum, non sole astivo siccata, neque dum fru-
ctus eorum adhuc crudi & imperfecti sunt. Ju-
bet idem continua speculazione cognoscendum,
quando fructus sunt futuri, quando aduntur,
quando augentur, quando denique vigent.
Quo tempore potissimum eos commode dc-
cerpas, & in siccis domunculis repositas custo-
dias, ne à solis radiis urantur, neque humidé-
tate à techo vel muris madefiant. Ob id domo
non vult subterranea eos reponi, nec alii vici-
na, neque sub tegulis, sed horum media, qua
ostia meridiem spectantia habeat; prope que
tamen medicamenta ne reponas. Omnia igitur
legenda, quando summarum sunt virium; &
accusandi tum mercatores, tum herbarii, qui
radices, liquores, succos, flores, germina, fructus
extra anni tempus carpunt, & in urbes confe-
runt. In quibusdam & astrorum observatio va-
lere putatur. Paonia enim radix ad epilepsiam le-
genda decrescente Luna quibusdam videtur, &
Alysson sub astu Canicule vult legi Galenus, ut
& Eschiron cancos fluviatiles cap. contra rabiem.
unde est herbe nomen, A^ναυστ^ο, tanquam
vis quadam illis contra rabiem à sidere accedit,
rabiem

ra biem canibus afferente. Plantas item calidas ex calidi regionibus, & ex harum editis & siccis locis, ut Creta montibus, praeferat Galenus.

DE HERBIS.

QUAE prius in Radicibus dicta sunt, de collectione, repositione, duratione illarum, ad Herbas etiam transferri possunt, nisi quod his fere recentibus utimur, quibusdam omnino, ut Portulaca, Lactuca, Buglossa, Atriplice, Beta, Brassica, Acantho, Nasturtio, Hellebore, Mercuriali, Viola nigra, Intubo, Fumaria, Hyoscyamo, Mandragora, & aliis permultis. Quibusdam vero recentibus utimur, quando his matioribus opus est: ut Rata, Menthha, Absinthium, Abrotonum, recentes minus calent, ob mistam humiditatem excrementosam; siccatae vero calidiores sentiuntur; & Fumaria recens minus aluum subducit, magis siccata.

Colliguntur fere cum floribus Herbae, aut seminibus: sic Benedictus Carduus, Acanthium putatus, Centaurium parvum, Calaminthe, Chamaedrys, Chamapitys, Daucus, Fumaria, Maiorana, polium, Pulegium, Origanum, Serpyllum, Thymus: aut saltem cum vigent folia magnitudine, odore, colore, praesertim que cuminum sunt propria.

Siccantur in umbra magis, nisi si que scapo sunt crassiore, aut folio humidiore, & ob id apto putre-

patrere. Vnde probescant siccatae, reponuntur uti radices: sed minus diu servari possunt; ob id quotannis mutanda.

DE FLORIBUS.

Flores, ut plantarum partes reliqua, legantur cum maxime vigent, ut Capparis in gemma, Rosa expandi capta: reliqui sere aperti; sed haud ita pridem, & ex quibus vis nondum exhalavit. Siccantur sole magis, minus, pro varia ipsorum natura. Quidam siccandos volent, donec ex ponderibus decem unicum super sit. Reponuntur, ut alia. Quotannis mutentur, quamvis Schewanthes etiam decennium efficax servari posse: Chamomelum item diu vegetum est, ob fortissimum suarum missionem.

Flores & omnia que iucundum odorem efflant, arculis tiliaceis nullo situ obductis reponuntur.

DE SEMINIBUS.

Legendae sunt Semina cum sunt matura, & fructus quibus includuntur, matu*i*. Maturi autem sunt, cum simile possint procreare, ut Aristoteles libro de Affectibus minorum docet. Semina vero quotannis mutare praeferit, etiamsi pleraque diutius servari possint.

Venerie perennant, charta autem oliis apte involventur.

DE

DE FRUCTIBUS.

Fructus ut maturi decerpantur neceſſe eſt.

DE CORTICIBUS.

Cortices ut recondantur, eximere convenit,
cum herba suis foliis exuuntur. Siccantur
etiam expurgata inibi, locis asperginem⁹
non redolentibus: Sed cum luto aut pulvere sun⁹
obſita, aqua elui debent.

DE SUCCIS.

XYΛος, id est, Succus ex plantis totis vel plan-
tarum partibus concisis & tuis, torculari-
vel manu, vel aliter expressus, aqua inter-
dum aspersa aut vino, aut liquore alio, vel recens
us impatur, vel vase aut loculamento aliquo repo-
nitur; hicque vel liquidus, vel siccus. Liquidus
item aut per ſe ſervator, ut Vinum, Acetum: aut
mixto ſale, ut Omphacium, Oleum: aut ſo-
perfusophiale oleo, ut Succus Rosarum, Gra-
natum, Limonum, Cydoniorum, Sambuci, Ebuli, &
ſimiliorum: aut ſole, vetustateve, aut igni per ſe ſie-
catur, ut Succus Glycyrrizae, Opos Cyreniacum,
Scammonium: aut coctione cum melle, vel ſaccha-
ro ad iusta crassitatem facta ſole vel igni, ut in plu-
rimis ſyrupis audies. Qui vero ſucci ſine melle aut
ſaccharo reponuntur, plurimum corumpantur,
raſi

uisi igne diutius cocti, aut sole astivio usque ad mediocrem crassitatem siccari fuerint. Idem temporis spacio sicciores evadunt, pluribusque annis servati, eo siccitatis veniunt, ut Balaustios similiter levigari possint: quales sunt succus Hypocisthis, Vvae acerba, Glycyrrhiza, Centaurii, & alii prope omnes. Qui vero ex his leniorem quendam natura habent, dilatantur magis quam levigantur, nisi siccioribus multis mista horum vaporio. Portulaca, Sempervivum, Cotyledonis, & aliarum similiter glutinosarum succus, lentore nimio per se non potest exprimi: quare cum Omphacio probe trita herba exprimitur: alii tritas igniente calcificantur; alii tritas loco frigido, ut cella vina ia, vimineo vase impositas in catinum subiectum destillare permittunt. Xullos etiam, id est, succus, sepe cum humore aliquo extractus ex partibus plantarum, ut semine Psyllii, Cydoniorum, Lini, Foenugreci, lentorem aut velut cremorem & mucorem significat: unde dictum est emplastrum οἴα χολῶν, id est, de glutinosis quibusdam succis; diversum tamen ab eo quod est de mucilaginibus, ut in compositis leges.

Liquidis medicaminibus densior materia, argentea, vitrea aut cornea convenit. Filiis etiam si modo rara non sit, accommodatur, & lignea, prorsertim è buxo: sed anea vase oculariis medicamentis liquidisque, &c.

Da

DE LACHRYMIS.

A'^{λερον}, id est, lachryma, seu humor ex
planta sponte sua defluens, sive in gummi
aquea res concrescat, sive in resinam liquefacat
oleagina eius substantia. Arborum partibus,
præsertim truncis à germinatu incisis & scari-
ficatis, etiam resinas eligimus. Accensis autem
arboribus resinosis, ut Pinu, Picca, Lirice,
Terebintho, Teda, Cedro, ex resinosa substantia
igni parum siccata fit Pix liquida: cui quod si-
pernat, Pissanthum tenui consistentia & fa-
cilitate est adstringe; ob id canitatem sine ulla
noxa tardat, ut Pissatum, id est, Pix liquida,
cum oleo mixta. Galenus lib. 1. comp. ph. part.
Pissaphaltus autem est Mumia Serapionis. Si
Pix iterum coctione siccatur, Palimpissa dicitur,
sicca adeo ut pulvis sari possit, qualis est Graeca,
etiam Colophonia, & Hispana, & Gallica dicta.
Piso a Bporia lib. 8. comp. pharm. part. &
Dioscoridi probatur, & Lyzia. Est etiam Dio-
scoridi ex iisdem arboribus resina liquida & sicca.
Resina omniscalfacit, siccata: tenutum est par-
tium, magis minus.

DE ANIMALIBVS,
ET BORUM PARTIBUS.

Sanguinis Hirci quadrimi, bene habiti, ali-
quando nutriti vino albo, Fæniculo, Seseli,
Laure,

Lavro, & ceteris calculum frangentibus, Augusto
mense ingulati, medium effusens (nam primus te-
nuerit, postremus & assiduus potatur) vase vitro re-
ceptus, tenuis linteo raro, Sole siccatus, etiam cum
Myrra, foliis Lauri, & similibus, calculum po-
tenter frangeredicitur, Tralliano, Avicenna &
ceteris practicis.

*Adipem & Medullam flanneis vasis recondi
convenit.*

Medulla loco siccо & edito, & Septentrionem
spectanti reponitur, cum foliis Lauri siccis, ne pu-
trefiant, aut sicum ducant; qua iniuria in locis
humidis Meridiem spectantibus eis accidit. Sunt
quireponant bifariam, Adipum modo.

A D V L T E R I A S I M P L I C I U M M E D I C A M E N T O R U M.

Acacia succo & carne Prunorum agrestis
representatur, dolo parum malo, cum u-
traque viribus convenient.

Aloës crassa partes & impure, lotione sepa-
rate, aqua marina & Croco Messae adulterantur:
sed Croci odor dolum aperit. Alii Acacia, alii
Gummi immiscendo adulterant: tuncque minus
est ad minima friabilis; & odor & sapor est
alius.

Ambra,

SIMP. MEDICAMENT. 407

Ambra, pulvere Ligni Alcēs, Styracis, Lan-
dani, Ambra largioris Moscho in aqua Rosarum
soluto. Sed hac manuum attritu multo, cens
cera, mollescit; vera non mollescit. Platea-
rius.

Amomum, planta Anomide simili, sed inodo-
ra, ex Armenia delata. Seminis dissimilitudo vi-
tium dedit.

Asphaltum, id est, Bitumen Pice missum, Dio-
scorid; licet adulterari non posse, ut neque Car-
pobalsamum, neque Xylobalsamum, scribat Gal.
lib. 1. Antid.

Ærugo multis modis adulteratur Dioscoridi:
sed hodie sincerior videtur. Si adulteratam suspi-
ceris, notas ex eo repete.

Æris flos, limata aris scobo.

Bdellium adulteratur Gummi: sed ita viti-
atum, minus est amarum, & suffitu odoratum:
Dioscorid.

Balsamum, id est, Opobalsamum, vitiatur
Terebinthina pawco Opobalsamo mixta, vel sine
hoc Croco Orientali, & succo foliorum Citri,
vel oleo Nardino. De quo in Opobalsamo plura
leges.

Bitumen adulteratur Pice, ut in Asphaltu
dixi.

Castorium varie adulteratur. Viciū autem
facile deprehendes, attentus notis quas in vero &
laudatore Castorio diximus in partibus animalis
medicamentosis.

Cofrus, radice prædura Helenii Comagenis:
sed

sed odor Helenii minus vehemens, neque caput tentans; & sapor minus acer, quam Costi.

Crocus mixto Crecomagmate usq; flore Cnici, vel olio & pulvere Bersiliu, ut vocant: qui fricando dolum detegit, velsepe subliu: & Lithargyro, vel plumbagine, ad pondus augendum. Verumque minus odore vegetum est: præterea hoc est pulvrenulentum. Adulterati quoque Croci color & odor celeriter evanescunt, veri diu permanent. Galenus primo Anidot.

Casta odorata, corticibus Capparis & radicis Tamaricis mistis.

Caphura, gunimi Iuniperi: sed hoc est minus odorum, & durius; illa est friabilis, & odore valentiore. Platearius.

Garyophylli vestutate exanimati, vinopulverem optimorum Garyophyllorum habente irrigantur, siccantur: foris solum Garyophyllos olen, & vix ad dies decem: molliores sunt integris.

Carpobalsamum adulterari semine Hyperici simili, quod Petra Palestina & oppido assertur, auctor est Dioscorides. Adulterari tamen non posse affirmat Galenus 1. Anidot.

Euphorbium latte hedino, Sarcocolla & Glutini mistione consurgatur. Experientia veri est difficults. nam Euphorbium levi gustu os diu accendit, ita ut omnia gustata Euphorbiu respiciant. Idem iniectum igni odorem edit fastidiendum, Dioscor.

Ebur usum (quod cur Spodium vocet vul-

§185,

gus, non video) ossibus canis ustis, vel albo marmore usto: id vero gravitate proditur; illud forma ossis, & linearum desiderio.

Galbanum mutatur Resina, Farina Fabarum ex corticatarum, Hammoniaco, Dioscorid. ex cuius notis sincerum deprehendes.

Galanga acris Cypero Europae insipido, vel salso; vel Bistortæ, ut vocant, radice austera: si vero dictæ radices aceto pulverem vera Galanga & Piperis habente biduo macerentur, foris solum Galangam referunt. Platearius.

Ladanum, stercore Caprino, & pulvere nigro. Id autem tractando non mollescit, sed in pulvrem abit, modo Ladani vetustate exsucci. Viribus præterea & odore Ladani caret, quod sic uitium est.

Lasfer omne antequam succescat, adulteratur Sagapeno, aut Fabæ lomento: sed maleficium deprehenditur colore, odore, sapore, dilutione. Diosc.

Lycium quibusdam Amurca, Succo Absinthii, Felle Tamri: sed id à viribus sinceri multum recessit.

Lemni am terram sic adulterant, ut nemo veram à falsa possit secernere: sic & Lycium Indicum, & plurima alia, ut verorum nota à falsorum notis non exacte discerni possint.

Ligustici semen adulteratur semine quodam simili; quod facile gusto discernitur, amarum enim est: alijs semen Fœniculi aut Seseleos admiscentes, Ligustum dolo vitiant.

Lentiscina resina, id est, Mastiche, Thuris & Resina Pineae nucis mixtura.

Moschus pelliculis incisis, pulvere carnis Columbae siccata, sanguine Hadino, & pane asso. Si eius certum pondus pelui madenti impositum aliquamdiu, sit gravius, est legitimum; si prisum pondus servat, suppositum.

Manna Arabum, Saccharo & Folliculis Sennae.

Myrrha adulteratur gummi macerata in aqua, in qua Myrrha maduerit, Dioscorid.

Nardus adulteratur Stimmi, seu Stibio cum aqua aut palmeo vino inspissationis ponderisque causam inspirato.

Nardus Celtae adulteratur imposta herba simili, qua Hirculus ab odoris gravitate vocatur: sed herba candidior, sine caulinulo, minoribus foliis; radice nec amara nec odorata, uti vera Nardus est.

Opi omnes adulterantur addito Sagapeno, antequam inarescant; colore, odore, sapore dolus deprehenditur; & quia cum aqua vel saliva non mox solvuntur adulterata. Adulterantur etiam Eufure & Farina; præcipue rugulæ, id est, qui ex caule defluit, quia dilutior; piæcæ vero, id est, qui ex radice, perlucidior & purior. Quarvis enim radice incisa aut caule, quod effluit crassum & lentum, Oπος, id est, Liquor dicitur, lib. 6. simpl.

*Opium, semine *Lactuca agrestis*.*

Opopanax, Hammoniacum aut Cera: tunc in aqua,

aqua, si digitis teratur, non solvitur, nec lactescit
ut sincerum. Diosc.

Os ex corde cervi cartilaginosum, simili ex ma-
iorum animalium [presertim bovis] corde.

Opobalsamum tam varie adulterant & astu-
te, ut eius adulteria etiam excruciatissimos fal-
lant. Hec vero adulteria invulganda non cen-
so, ne maligni etiam vitient a nobis edotti. Vi-
tiatur misto unguento terebinthino, lentiscino, cy-
prino, balanino, fusino, metopio, melle, vel Cy-
prica cera liquida: sed maleficium facile depre-
henditur. Nam verus liquor in vestem laneam
fusus, maculam non facit, & post lotionem notam
non relinquunt, cum vitiatus iahereat. Adhac me-
rus, lac, si instillatur, coagulat; & in aqua
aut luteo celerrime liquatur, & colore lacte-
scit. Alias quasdam notas apud eundem &
Simeonem, si liber, legeris potius, quam apud bar-
baros hoc seculo adhuc legis solitos, profunda ho-
minum ignorantia, & magno mortalium in-
commodo.

Piper longum fraudulenter preparatum est,
herba quadam flava, que a Xene assertur, aspe-
ctu quidem, non autem gustu, Macropiperi si-
milis: hec autem aqua irrigata solviuntur; na-
tivum Macropiper insolubile permanet, Gal.
lib. 1. Antidotorum. Piper longum verum ex
Barbaria assertur: adulteratum vero duplex
est; alterum, quod in Alexandria maxime con-
ficitur; alterum herba cuiusdam germen.
Quod fallitum est, si per diem totum in humo-

re maceretur, illico liquatur ac solvitur, lib. 4. sanit. tuend. Illud forte ex massa subacta aqua, in qua dissolutum aut maceratum sit Piper, & informas effectas coniecta, post siccata. Vidi etiam adulteratum ex germine & velut nucamento Betulae & Coryli.

Pastilli Theriaci, ex radice Pentaphylli, id est, Tormentilla, Venetiis male componuntur, non ex Viperarum carne. Hermolaus in Coroll. Musa.

Phu, radice Risci admista vitiatur: sed maleficium facile deprehenditur; quia hac dura est, frangi contumax, & sine illa odoris gratia.

Pompholyx, taurino Glutine, ovillo vel Marino pulmone, aut Grossis, vel quibusdam aliis crematis.

Pentapetalon, Pentaphylon, Polium, nihil simile habent in plantis; ob id non adulterantur.

Rha-Ponticum, radice Centaurii magni. Rhabarbarum examinatur maceratum aqua diebus quinque, postea siccatum idem minus in crocumento, intus nigricat, varietatem in fracturis amissit; densus est, astringit magis: ex aqua vero illa siccata trochisciunt regibus.

Rheum cum viget ac integrum est, valenter astringit, densum est ac contractum tota substantia; tamen celeriter perforatur. Incole regionis in qua gignitur, coctione vires eius in aquam trahunt; deinde Rheum siccatum, tamquam

quam integrum sit, nec coctum, transmittunt:
sed id rarius est & laxius integro, nullam aut mi-
nimam adstrictionem retinens. Quantum alii
notis Rheon à Rhabarbaro differat, alibi dixi-
mus.

Sagapenum, succo Laseris & Galbano, Diosc. Id
non liquefcit, sed verum vino vel aqua affusa
statim dissolvitur, Galen. lib. 1. Antid.

Sarcocolla pulverizata est suspecta adulterii,
Diosc. à quovis pulvere mixto: integra eliga-
tur.

Styrax modis multis Dioscoridi adultera-
tur: sed dolus facile deprehenditur notis ab eo
dictis.

Santalalignis aliis; Rubrum Bersilio inodoro;
Flavum & Album ligno Cedrino odoratiore, lin-
guam calefaciente.

Scammoniam laete Tithymali & Sarcocolla,
vel Erui farina. tunc linguam minus valenter
pungit & mordet.

Saccharum, intus faculentum aut spuma succi
Canna eius auctum: tunc in ore vanescit, & fra-
ctum nigricat.

Turbib, Gummi dissoluto quibusdam radici-
bus extremis illito: verum autem si frangitur,
gummosum est intus.

Thamar Indi Prunis adulterati non splendent,
humidiiores sunt; sapore & nucleo Prunorum mul-
tum à semine Tamar Indorum diverso.

Thus, Pini Resina, & Gummi. suffitum au-
tem Gummi flammarum non edit, Resina autem

Thuris cortex, Pini aut Nucis Pinæ cortice:
horum tamen index ignis. nam reliqui cortices
suffici, quamquam incenduntur, sine odore fu-
mant; Thuris vero cortex ardet, & odorum fu-
mum edit.

Thuris manna adulteratur cibrata Pini Res-
na, aut polline aut cortice Thuris contusso: sed hac
igne comprehenduntur.

Hec abundanter, ei præsertim qui veras sim-
plicium sincerorum notas, ex nostro libro simpli-
cium primo accurate didicerit. Nam cum rectum
sui & obliqui sit index, ut initio secundi docuimus,
& in unoquoquerum genere quod per felissimum
est, idem sit simplex ac unicum: id si cognoveris,
alia ei congenaria, aut etiam arte affinia, nullo
negotio secreveris.

SIMPLICIS ALICVIUS NOMINE ABSOLVTE SCRIPTO, QUID ACCIPIENDUM.

IAM tradamus, Simplicis alicuius nomine
scripto absolute, & sine determinatione se-
xus, coloris, magnitudinis, figura, loci,
temporis, vel notarum probitatis aliarum, vel
partis eius simplicis, radicum, foliorum, flo-
rum, seminum, &c. quodnam sit eligendum. nam

pro

pro variis scopis varia, sed in scopo efficaciora deligimus: Quam in rem te iuvabit nostra Simplicium per locos communes descriptio. Quae enim radicibus solis sunt efficaces plantae, illarum nomine radices veniunt: quae foliis, floribus, fructibus, seminibus, cortice, ligno, liquore, succo, gummi, sunt utiles ac medicamentosa magis, dum planta nomen effertur, partem eius usurpari solitam elige. Quoniam vero pluribus sui partibus ad res etiam varias valent, quibus sit opus, coniecta ex partium illarum facultate & affectus natura, & medicamenti constituendi forma. ut Ammi, Anisum, Apium, Carum, Cucus, Cuminum, Gith, Libysticum, Nasturtium, Psyllium, Seseli, Staphys agria, semine sunt præstantiora; idque solum illarum nomine intelligendum: in aliis multiis similiter.

Anisum, Cretense, lib. 4. sanit tuend.

Agnus, [seu Vitex] id est, floreius aut semē, licet folia etiam sunt utilia.

Agaricus, albus & famineus.

Aloë, id est, succus eius, Aloë Indica, lib. 9. simplicium in Diphryge.

Alumen, scilicet scissile, quia præstantissimum, lib. comp. pharm. gen. primo.

Acetum, ex vino, non hydromelite, vel cerevia.

Aristolochia, pro re proposita explicanda est. rotunda enim, cum multum tenuare crassum humorē, tergere ulcerā, digerere ex utero; longa

autem, cum mitiora hac volumus. Clematis
autem, quia fragrantior, in unguentis expeti-
tur.

*Amomum, Scythicum, lib. 8. comp. pharm.
part.*

*Ammi, Illyricum, lib. 9. eiusdem; Ægyptum
alii laudant.*

*Balsamum, Opobalsamum potius intelligendum,
quam Carpobalsamum aut Xylobalsamum, lib.
2. comp. pharm. part.*

*Bryonia, alba, quia efficacior, quam ni-
gra.*

*Buglossum utrumque, foliis & flore efficacius;
radice tamen non inutile.*

*Cassia vel Cassia in libris Gracorum. Cassia
syringa optima, & Cinnamomo viribus & toto ha-
bitu finitima. In libris Arabum eadem Lignea
dicitur: altera vero, Fistula his dicta, ponitur, cum
medicamentum est purgatorium.*

Cardamomum, maius.

Capparis, cortex radicis.

*Centaurium, Minus, in purgantibus medica-
mentis; in ceteris Maius, dictum à facultate mul-
tiplici & efficaciore.*

*Calaminthe, montana, quia efficacior quam
domestica.*

*Costus, amarus, cum subamarus & valde acer-
solum nominetur; dulcem tamen nescio quem A-
rabes invexerint.*

*Cypressus, id est, nuces eius, in adstringenti-
bus medicamentis: lignum aut folia, in diureticis.*

Cin-

Cinnamomum, optimum; de quo in simplicibus
abunde.

Corallium, rubrum.

*Cuminum, Æthiopicum, lib. 4. sanit.
tuend.*

Daucus, agrestis. nam sativus *Pastinaca*
est, alimentum verius, quam medicamen-
tum.

Elleborus, niger Mesue, quia salubrior: albus
Galen. Aph. I. lib. 5. Óbserva igitur an composicio-
*sit *Arabica* aut *Græca*. *Elleborus* uterque & *He-**

lenium ex locis editis præstant.

Eruca, silvestris, quia efficacior hortensi.

*Epithymum, Atticum, melancholiam ex ven-
triculo purgat: id in *Græcis* compositionibus usur-
pandum; in *Arabicis* *Arabicum*.*

*Fœniculus, semen; sed in collyriis succus folio-
rum auradicum.*

Galla, solida efficacior, quam perforata.

*Gummi, Arabicum. id enim omnium perfectissi-
mum, vel Plinio auctore.*

*Gluten, Mastiche, cateris Glutinis efficacius, ut
vitrum etiam glutinet, quibusdam intelligitur:
aliis Ichthyocolla: aliis Taurocolla magis placet
Glutinis nomine.*

*Hyssopus, montanus hortensi melior, ut
Calaminthe montana efficacior domestica.*

*Hyssopum Cilicium Dioſc. Creticum vero Ar-
chigenes, apud Galen. lib. 8. comp. pharmac.
part.*

Hyoscyamus, albus, seu album eius semen:

S. 5 quod

418 SIMPL. ABSOL. SCRIPT.
quod tamen interdum exprimitur, frequentius ta-
cetur.

Iris, radix Iros Illyrica & veteribus, nunc phar-
macopolarum ignavia Florentina usurpatur, cum
illa per Venetos facile haberiqueat.

Lupinus, amarus: nam dulcis esculentus est;
ut ille, amaritudine per macerationem in aqua de-
posita.

Lactuca, semen; præterquam in viclus ratione,
ubi herba potius intelligitur.

Lapathum, *Oxylapathum* efficacius rotun-
do.

Lithargyros, *Auri*; tamen *Lithargyros*
Chrysitis aliquoties in lib. comp. pharm. Gal. le-
gitur.

Mastiche, *Chia*, lib. 7. meth. & alibi passim.
Ægyptiam tamen ac recentem, ob id pinguissimam
laudat, lib. 2 ad *Glaucou*.

Marrubium, album præstantius nigro.

Mel, apum: alterum, aëromeli seu mel aërium
& roscidum.

Margarita, solidam meliores perforatis; nisi etiam
sint flaves, obscuræ, solidis parcs.

Medulla, si non additur cuius animalis, & va-
lens futurum est medicamentum, cervina miscen-
da, valentior quam vitulina, lib. 6. compl. phar.
part.

Nuclei, pini, olivæ; dactyli autem *Avicenna*.

Oleum, olivum, exolivis expressum.

Opium, *Thebaicum*, *Galenus* lib. 7. simpl. &
post cum omnes.

Petro-

Petroselinum, Macedonicum, & in hoc Astreometricum, & huius semen maxime in usu est, lib. 8. comp. phar. part.

Pruna, si alius deicienda est, Damascena & Hispana seu Iberica, hodie Augustana & Cathalaunica Italica dicta, sunt multo praestantiora, vel si qua his similiter sunt pinguia, dulcia. Si ad cohibendum & astringendum sit medicamentum, Damascena immatura, vel potius qua Iorana nobis dicuntur, S. Iuliani & Tironica.

Papaver album, semen.

Piper, album, quia acerius, & linguam magis pungit, quam nigrum, à quo per adustionem vis exhalavit. Gal. lib. 8. simpl. sed album id maturum intellige. Nam album ex Macro-pipere in racemum granatum dehiscente, recens factum, minus acre, & Macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem est accipendum.

Pix, liquida in suprantibus & tergentibus: secca, in siccantibus longuentis epuloticis & glutinantibus. Gal. lib. 7 simpl.

Peonia, mas, seu eius radix velsemen: Mānardus atatis nostra medicus longe doctissimus in Epistolis.

Polypodium, quercinum vulgo usurpatum: murale, & à saxis prætulerim cum Narbonensis quibusdam, quod frequentissimum, & pro quercino omnes venditant, nisi si quando adstrictione opus est; quaratione hedera quo-

Quatuor emollientia:	<i>Malva</i> <i>Althaea</i>	<i>Viola nigra</i>	<i>Acanthus</i> , id est, <i>Branca urfina</i> .
Quatuor semina	<i>Frigida</i>	<i>Maiora</i> : <i>Melonum</i> , <i>Cu-</i> <i>cumeris</i> , <i>Cucurbita</i> , <i>Citrulli</i> .	<i>Minora</i> : <i>Lactuca</i> , <i>Por-</i> <i>tulaca</i> , <i>Intubus</i> , <i>Cichorii</i> .
Calida	<i>Calida</i>	<i>Maiora</i> : <i>Cumini</i> , <i>Car-</i> <i>vi</i> , <i>Anisi</i> , <i>Feniculi</i> .	<i>Minora</i> : <i>Apii</i> , <i>Dauci</i> , <i>Ammeos</i> , <i>Amomi</i> .

Quinque radices ureticas: *Apii*, *Petroselini*, *A-*
sparagi, *Graminis*, *Rusci*.

Resinarum primas non iniuria meruit *Lan-*
tiscina, id est, *Mastiche*: inter alias vero praefertur *Terebinthina*, quia melior quam *Colo-*
phonia, & *Ficta* dicta; aut illius loco ponitur
Larica dicta, *Terebinthina* prope similis, Gal. i.
Comp. phar. gen. Recentioribus vero Pinea intel-
ligitur.

Ruta, folia *Rute agrestis*: *Gracis* vero fo-
lia *Rute domesticæ*. Illam vero & illius semen,
Moly, vel *Hesananum*, vel *Hesasa*, vel cum *Sy-*
ris, apud quos nascitur, *Hermola* fere vo-
cant.

Rosa, *rubra*; *recens in purgantibus*; *secunda in*
astringentibus.

Raphanus, *filicestris*.

Rosmar.

Rosmarinus, folia; interdum flos, quem nescio
cur hodie vulgus A^m, & C^o, id est, Florem absolute
appellet.

Rhus, cortex fructus Sumach dicti.

Stachas, Stachados Arabica flos.

Styrax, Calamite: nam liquidus vulgo dictus
est Myrrha Stacte, si vetus sit.

Santalum, flavum.

Spica Nardi, Indica.

Sulfur, & niger, id est, ignem non expertum, seu
vivum, est nobilissimum: ad quendam extinctum,
ceu nobis familiarius, praesertur.

Zedo^r, id est, luncus: pro Schoenanthos.

Tres flores cordiales: { Violarum
Buglossi
Boraginis.

Thymum, Atticum, aut ex editis locis & sic-
cis, lib. 4. sanit. tuenda.

Viola, nigra seu purpurea, vulgo Martia &
quadragesimalis, quod in ea tempora flos fere
incidat, & eadem recens, si haberi potest, nam sic-
ca inefficax.

Zizipha, id est, Iuniper, recentia & bene ma-
tura, aut saltim integra, non patria aut vetusta-
te exsucta; quod illis post sextum mensem fere ac-
cidit.

Sique singula in singulis regionibus sunt
præstantissima & laudatissima.

Alumen, Milesium.

Agaricus, Ponticus, Andromacho juniori in
Theriaca.

Mysti, Cyprium.

Nitrum, Berenicium.

Sinon, Syriacus.

Cuminum, Hispanum, alibi: Aethiopicum, melius Aegyptio.

Anisum & Thymum, & alia plurima, Cretica. lib. 4. sanit. tuend. in diatirion piper. & diacalaminth.

Meon, Hispanum & Macedonicum.

Aristolochia, Pontica, & has melior Cretica. lib. 10. comp. phar. part.

Phu, Ponticum.

Castorium, Ponticum.

Daucus, Creticus, semine & radice bonus: ceteri solo semine.

In Dicaearchia, que nunc vocatur Puteoli, AErugo, Cerossa, AEs, Squama AEris, & alia nonnulla. Roma argenti spuma fit optima. Ex Sicilia ite magna Libya, & Creta quotannis multa praestantissima Romam afferebantur.

Huc usque Silvius.

DIA-

DIARIUM
 PHARMACORVM
 PARANDORVM,
 ET SIMPLICIVM
 LEGENDORVM,

A

MATTHIA LOBELIO collectum.

IN universum annum optime instructurus officinam Myropola, per dies & menses operariis, famulis & officinae cculis intungit quæ facientes sunt; quia nonnulla medicamenta omnitempore parari nequeunt: quorum quidem aliqua si concinnari possent, tamen non debent, quia omnia simplicia suo tempore, & in summo virium vigore (ut scite Diosc. & Gal. docuere) colligenda, recondenda, preparanda, & aliis miscenda. Nonnulla vero quovis anni cardine, solo & calo, vel minori sumptu preparantur, & miscentur. Exemplo igitur sumpto ab iis qui opera locarunt, exordium sumemus.

IANVARIO.

MENSE primo & anni primis diebus perlustranda quæ supersunt valida & integra in officina; ut vitiata, cariosa, antiquata, depravata & putrefacta abiiciantur;

FEBRVARIO.

Quæcumque imperata sunt mense Ianuario, fieri possunt hoc & sequenti mense. Et circa finem in regionibus calidis, in quibus omnia præcoccia sunt, collige Violas ad syrapi præparationem, Conservationem sive Conditum, ad Oleum, & ad pulveres cordiales siccatas servandas; quas & tardius colligere potes, ut sicciores sint, & calor maior adsit ad siccandas eas.

Collige item Keyri.

RADICES COLLIGENDI
TEMPS.

Circa finem Februarii initio Martii, & primo Vere collige radices in varios usus, priusquam vis in folia erumpat.

Censuit tamen Dioscorides, omnes incipiente foliorum defluvio esse legendas, & cælo sereno: cui in quibusdam Galenus, Avicenna & Mesues consentiunt; in aliis diversa sentiunt.

MARTIO.

RADICES quovis anni tempore colli-

ligi possunt, quæ hominum cultu & sa-
tione crebra in omnem anni partem vege-
tæ incident: quales fere sunt hortenses
alimentoſæ, ut

Apii vulgaris

Buglossi utriusque

Betæ

Lactucæ

Intubi

Oxalidis

Raphani

Napi

Pastinacæ

Sisari

Cepæ

Porti

Allii.

Æstate, siccatis foliis, plenæ sunt, & fre-
quenter Autumno regerminant, alimenti
pinguis & crassi copia.

{ Dauci
Gingidii
Caucalidis

{ Asari
Dracunculi
Cyclaminis
Periclymeni
Cotyledonis.

Et præter has erraticæ,
Nam hæ quin-
que, ut bulbosæ
quædā aliæ, etiam

Silvius. Quæ vero solius naturæ sponte
crescunt, aut semel à nobis tempestive
seruntur aut plantantur, fere sunt opti-
mæ, solo aut Vere, aut (ut dixi) Autumno,
paucissimæ Æstate aut Hieme. Quin &
hæ quas multis anni partibus communes
diximus, sunt præstantiores, cum tempe-
stive satæ adoleverunt & vigēt: aliis vero
temporibus ignaviores, quando vi qua-
dam & olitoris opera & irrigatione co-
guntur adolescere sub cælo sibi parum
pro-

própitio; quale aestivum est ac autumnale
& hiemale. Sic Vere ipso, quando pri-
mum germinare incipiunt, nobis legen-
tur in annum

Enula	Hyoscyamus
Althæa	Angelica utraque
Iris	Anonis
Acorus	Asarum
Symphytum	Asclepias
Ruscus	Bistorta
Asparagus	Betonica
Petroselinum	Buglossum
Apium palustre	Carlina
Fœniculum	Caryophyllata
Bryonia	Centaurium maius
Agrimonia	Chelidonium utrū-
Meum	que
Phu	Cotyledon
Cyperus	Cynoglossum
Rubia, quæ potius	Dictamnus albus
Autumno	Elleborus niger
Saxifraga	Eula maior
Eryngium	Farfara
Tormentilla	Filipendula
Pentaphyllum	Filix
Pæonia utraque	Filix florida
Polypodium	Gentiana
Gramen	Iarus
Lilium	Aron
Alni nigrae radicis	Imperatoria
cortex	Lepidium

Man-

Mandratoras	Pityusa
Narcissus	Cortex rad. Populi
Nymphæa	Sigillum Mariæ
Radix cava	Orchides
Capnos Plin.	Raphanus sylvestris & rusticanus
Rubus	
Scrophularia	Muscus arborum
Petasites	Cort. rad. Sambuci
Petrosel. Macedon.	Radices Ebuli.
Peucedanum	Cortex rad. Fraxini
Pimpinella	Cortex rad. Lauri.
Pistolochia	Cortices arborum.

HERBÆ ET FLORES.

Viola Martia ad

Syrupum
Conſervam } in regione temperata,
Oleum
& cordiales confectiones.

Keyri.

Aquæ distillantur ex Violis & herbis hie-
me vegetis, ut Aqua

Vmbilici Veneris

Mandratoræ

Sempervivi

Capillorum Veneris.

Adiantum omne, Asplenium, Phyllitis.

In regionibus calidis Syrupi ex herbis re-
centibus parati possunt, ut

Capillorū Veneris simplex & compositus.

Grana-

APRILI.

Quæcumque omnia Martio mēse, initio Aprilis parari & colligi possunt.

Keyri Primula Veris

Narcissi flores ad oleum

Cochlearia Orchides Salvia vita.

MAIO.

Quæ prætermissa sunt mense Aprili, fiant initio Maii.

Distillentur herbæ quæ ad statum per-
venerunt.

Herbæ quæ iam caulem producunt, &
semen edunt illo mense, conservantur ad Theriacam vel aliam compositionem. Re-
ponantur in altiori parte domus.

Vnguenta ex succis fiunt.

Emplastræ ex succis herbarum parantur.

Conservationes ex plantis.

Colliguntur

Absinthii coma ad conser.

Eupatorium ad succum.

Paludapium Fumaria

Daphnoides Genistæ flores

Cichorium Lactuca syl.

Seri-

Serides	Phyllitis
Lens palustris	Borago
Leucoïa	Buglossum
Lichen	Burrs pastoris suc-
Mezereon	cus
Napi semen	Limonium Germa-
Plantago	nicum, seu Pyrola
Lupulus	Ophioglossum
Tamariscus	Pulmonaria utraque
Thlaspi semen	Rosæ
Vinca Pervinca	Rosmarini flores
Bugula	Flores Sambuci.
Asplenium	

IVNIO, & initio IVLII.

Abrotonum	Cassitha
Agrimony	Centaurium minus
Alchimilla	Chamædrys
Altercum, sive	Chamæpitys
Hyoscyamus	Rosæ in regionibus
Althææ flores & fo-	temperatis
lia	Syrupi Ros. conser.
Anethum	oleum, unguen-
Anthemis utraque	tum, succus
Artemisia	Betonica
Asari folia	Brassica marina
Ballote	Botrys
Calamintha móntana	Branca ursina
Calendula stillaticia	Cari semen
Carduns benedictus	Coriandrum

Epi.

Epithymum &	Papaver Rhœas
Epithymbra	Parietaria
Equisetum	Parthenii sive Co- tulæ flores
Euphrasia	Periclymeni flores, & fructus, & folia.
Galega	Petroselini Macedo- nici semen
Genistæ semen	Phlomos
Gratiola	Pilosella
Hypericum	Polium
Hysopum	Polygoni aqua & succus
Iacobæa	Portulacæ succus & stillaticia
Labrum Veneris	Ros solis
Laurus	Ruta utraque
Lysimachia lutea	Sabina
Maiorana	Salvia
Marrubium	Sanicula
Marum	Satureja
Matricaria	Serpillum
Melissophyllum	Scordium
Mentha	Verbena
Menthastrum	Veronica.
Mercurialis suc.	
Millegrana	
Nepita	
Numularia	
Opium	
Origanum	

IVLIO.

In régionibus temperatis, quæ præter-
missa sunt Iunio, facienda.

Quæ-

Quæcumque Solis fervorem requirunt,
paranda, ut Theriaca, quæ in calidiori-
bus regionibus parari solet Iunio mense,
ubi omnia sunt præcoccia.

Parantur Trochisci Aliptæ moschatæ,
quia mollescunt Ladanum & Styrax, si So-
li exponantur.

Quod si quis eo tempore hæc neglexe-
rit aut prætermiserit, licebit aquam Rosa-
ceam addere calide, & vi caloris lique-
fcant, (sicuti balneo,) quod melius est,
quia illa longa insolatio exsolvit vires
odoratorum.

Apud nos quia semina serius mature-
scunt, insolatio & fermentatio Theriaces
potest iuvari, & accelerati in balneo vel
hypocausto.

Colligenda in regionibus calidis:

Absinthium	Sem. Seseli
Abrotonum	Massiliensis
Ageraton	Sem. Lithosperma- tis
Coriandrum	Lupinus
Dauci Cretici se- men	Sem. Malvæ
Sem. Petroselini	Flores Meliloti
Hydropiper	Sem. Anethi
Pulegium	Morus
utrumque	Orobus
Lavendulæ flores	Capita & Sem. Pa- paveris utriusque
Ligustici semen	Psyl-

Psyllium

Sophiæ semen

Ribes

Tanacetum.

AVGVSTO.

Quæcumque neglecta aut omissa sunt
præcedente mense, fiant Augusto.

Colligenda:

Althææ semen	Fraxini semen
Sem. Cataputiaæ	Milium
Cnici semen	Flos Nymphææ
Cornus	Petum. Mel Peti
Cynosbatos fructus	Omphacium
Dauci vulgaris se- men	Prunus syl.
Cucumis Elaterii	Sem. Sambuci &
Rhamni Cathartici sem.	Ebuli
Polium	Momordica
Ricinus	Scordium
Spica Lavendulæ	Seseli Æthiopici se- men
Tribulus aquaticus	Sem. Hyoscyami.

SEPTEMBRI & OCTOBRI.

Antispodium è Myrto & Cydonio
Cortices Castanearum
Coronea mala Halicacabum Mespilus
Rhamni cathartici semen
Radices nonnullæ omissæ Vere novo ut,
Iridum Pæoniæ Acori.

NO-

NOVEMBRI & DECEMBRI.

His duobus mensibus, Novembri vi-
delicet ac Decembri, eadem erit ratio, si
modo in eis cōtigerit eiusmodi cæli tem-
peries, ut radices adhuc validæ nulla vel
frigoris vel nivis tempestate cōcutiantur.
nam sæpe iisdē mēsibus contingit, ut sine
ulla cæli iniuria Pharmacopœis quod re-
liquum est radicū in hortis remanentium,
et que ac in p̄cedentibus, colligere liceat.

Sequuntur & nonnulla purgantia medica-
menta M. Lobelii.

ALIQUOT

MEDICAMENTA
COMPOSITA
HABERE IN PROMPTV
OPERA PRETIUM.

DOLUM esse, si quis Compositis utatur,
Villanova dixit, ubi in promptu ha-
bentur Simplicia: Variis tamen de cau-
sis nonnulla Composita pharmaca non minus
utilia quam necessaria sunt. Prima & potis-
sima, quotiescumque precipites implicati morbi,
eorumdemque sævissima symptomata adeo ur-
gent,

T

gent, ut nova medicamenta, Magistralia vocata, repente per otium concinnare non licet. Secunda, & alia, quia multe comprobatae, & usus & ratione recepta compositiones fermentatione egent; unde nova & optata exoritur facultas; quandoquidem simplicia quovis loco, calo, & solo, ad munus esse nequeant, ideo quo tempore maxime vident, in annuum usum ex his composita nonnulla medicamenta preparari, permisceri & asservari opera pretium est. ut Theriaces compositio, Mithridatica, Philonis antidotus, & huiusmodi. His rationibus ductus, quia medicamento purgante indies utendum, aliquot tuta eaque pauca pharmaca composita, llando nulloque labore evacuantia, singulis humoribus dicata, nobis elegimus; quibus diu felicissime usi sumus, & ex duabus tribusve compositionibus unam fecimus, ne mole & copia compositionum obruamur; que diu in officinis asservari solite, sepe paucent, non sine Pharmacopœorum & agrotantium dispendio.

CHOLAGOGVM ROSATVM

CLEMENS, OMNI ATATI UTILE; ori, ventriculo & visceribus gratum; febribus & affectibus biliosis aptum. Respondet Ele-
ctuario Rosato, & Electuario è Prunis soluti-
vo, & Electuario è Psyllio.

R. Succii Rosarum rub. ʒ xv
Sacchari albi ʒ xxx. [xxxvj. al.]

Mel.

COMPOSITA, LOBELII. 435

Mellis candidi despumati 3 vj.

Prunorum 3 xx. quæ exhibent pulpæ
solidiusculæ 3 vj.

Passularū à sti pitibus mundatarum 3 xij.
quarum pulpa solidiuscula est uncia-
rum vj. Pruna & Passulæ coquantur se-
paratim ad mollitiem ex decocto se-
quenti, & per seraceum cernantur:

2. Cichorei totius .

Boraginis Acetosæ

Polytrichi, vel Adianthi

Endiviae

Hordei integri m.j.

Glycyrrhizæ mundæ 3 j. f.

Florum Violarum

Boraginis ana m. j.

Anisi 3 iiij.

Fiat omniū decoctio in l. q. aquæ ad l. iiij.

In cuius colatura coque in vase occluso

Pruna & Passulas. In residuo infunde, co-

que leniter

Seminis Psyllii

Quatuor seminū frig. maiorū

Sem. Lactucæ

Oxalidis

& Portulacæ contusorum

Dissolve gummi Tragacanthi 3 j. f.

Saccharum, Mel, & Succus Rosarum co-
quantur ad Electuarii solidiusculi con-
sistentiā: deinde pulpæ & emulções
seminum addantur, iterumque coquan-

T 2 tur

tur lento admodum igni; tum demum
insperge pulverum

Cinnamomi electi ʒ β.

Santalorum rub. ʒ j. β.

Santal. alborum ʒ vj.

Caryophyllorum

Surculorū vel foliorū Lētisci } ana ʒ i. β.
vel Garyophyllorū ʒ ij. Ʒ j. [in pe-
nuria foliorum Lētisci]

Macis Ʒ iiiij.

Adde denique singulis lib. sive ʒ xij.
huius Electuarii, Scammonii optimi ʒ i.
cocti in ʒ j. β. Succi Rosarum lento igne
vel cineribus calidis, quemadmodum co-
quitur à Mesue in suo Elect. Rosato.

Tota compositio est librarum v. & ʒ v.
Dosis à ʒ iiij. ad ʒ iiiij. v. & vj.

Si velis minus purgare, utere minori
dosī medicamenta enim validiora minori
dosī assumpta, debilia sunt.

Hæc & quamplurima huiusmodi purgā-
tia, in Chylismata redigere operæ p̄tiū.

EXTRACTVM MELANAGOGVM,

SANGUINEM DEFAECANS, ET
serosa excrementa evacuans, omnibus cutis &
cuticula virtutis, lepre & elephantiasi cōveniens,
sive à bile, sive à pituita salsa: Spleneticum &
Hepaticum medicamentum efficax.

R. Succorum Rosarū rub. defecatorū Ʒ ij.
Suc.

Suc. Fumariæ

Lupulorum

Boraginis

Pomorum dulcium

Mercurialis

Endiviae vel Cichorei

Vini albi

Quibus decoque sequentia in balneo
operculo occluso.

Rx. Polypodii recentis, & adhuc viridis &

Quercu vel Fraxino ʒ vj.

Foliorum Senae mundatorum ʒ ix.

Summitatum & florum Thymi,

Cassithæ

& Absinthii

Radicū Lapatthii acuti virentiū

Helenii Ebuli, vel

Corticis radicum Sambuci

Corticis rad. Fraxini

& Populi nigri (trichi)

Capillorū Veneris vel Poly.

Asplenii Chamædryos

Chamæphytros

Florum Chamæmeli Romani

& Cotulæ fœtidæ sive Parthenii ana m.j.

Seminis Cnici ʒ iiij.

Seminis Anisi

Fœniculi

Carvi

Contusis, infusis, decoctis, expressis &
transcolatis infunde

T. 3.

Ag. 4.

Agarii candidissimi & levissimi

Hermodactylorum, &

Pulpæ Colocynthidis ana 3 j.

Omnium Myrobalanorum ana 3 ij.

Zingiberis Cinnamomi

Schœnanthi Macis } ana 3 j.

Galangæ Garyophyllorum

Iterum expressa & defæcata perco-
quantur lento admodum igni, cum mellis
candidi P. tribus, ad mellis vel Electuarii
liquidi crassitudinem. Addendo singulis
P. Scammonii præparati vel cocti in succo
Rosarū, ut ante diximus, 3 p. pul. Gummi
Arabici 3 j. Dosis a 3. iiij. ad 3. ivij. & vj.

Extremis morbis adiiciuntur universæ
compositioni

Hellebori albi

& nigri ana 3 p.

Fiat Chylatiū. Dosis à drachmaj. ad duas.

CATHARTICVM HYDRAGOGUM.

R. Radicum Graminis 3 vj.

Rad. Asari 3 j.

Granorum Hederæ arboreæ 3 ivij.

Garyophyllorum Galangæ tenuis

& Cinnamomi ana 3 ij.

Coquantur ex arte, ut dixi modo, in

f. q. aquæ mulsæ, & P. j. vini albi, ad P. j.

Colaturæ adde Succorum rad. Iridis &

Braffi.

Brassicæ marinæ ana l. f.

Succo:ū Chamæléon:ū densatorū, ut docui-
& Thymelææ *I*mus capite de Cha-
mælæa, ana 3 iij.

Vel eorundem vice in regionibus frigi-
dis, quæ carent vel non abundant Cha-
mælæa & Thymelæa, same

Extrauti Laureolæ vel Gratiolæ 3 j.

Percoquantur igni lento cum Sacchari
l.j. Ab igne ubi abstuleris, adde pulveris
Radicis Mechioacæ 3 j. f.

Tartari albi & Spec. Aromatici Rosati.
ana 3 f.

Macis 3 ij.

Olei stillatitii Cinnamomi, Garyoph. &
Anisi ana 3 f.

Datur ex aqua Graminis & mulsa à 3
iii ad 3 iiiij. cum pari quantitate Melano-
gogi, & Asari decocto.

DIACNICVM CVM CITRO,
SOLUTIVUM, PHLEGMAGOGUM
& Hydragogum, quartana febre affectu, ut si
quod aliud, utilissimum. Respondet Diacarha-
mo & Eluctuario ē Citrosolutivo Monspeliens-
ium.

Hæc Compositio à Cnico sive Carthamo-
nomen accepit, tanquam precipuo agente: me-
rito igitur 3 iiiij. Medullæ seminis Cnic.
cum Rondelletio legendum, pro 3 iiiij. (ut de-

pravate habent omnia exemplaria) censemus. Ad
hoc Cnici semen omnium viscerum obstrukiones
referat, colluziem propellit, & pituitam purgat
egregie.

Recipit autem Medullæ seminis Cnici
3 iij. vel eius loco sume seminis Cnici
boni & pleni 3 xiiij. 3 vj. 3 ij.
(ex 3 j. autem seminis habebis 6 vj. me-
dullæ)

Contundantur, & fiat emulatio ex aqua
mulsa, vel iure gallinacei, ut docet Diosc.
Conser. Corticis Citri melle conditi [ad
deteriorationem pituitæ] 3 j. β.

Conser. Violarum &

Florum Boraginis ana 3 x.

Carnis Dactylorum vino albo macerato-
rum 3 j.

Pul. specierum Diatragacanthi frigidi
3 j. β.

Turbith 3 j. 3 vj.

Diagridii vel Scammonii 3 j.

Zingiberis albi 3 ij.

Hermodactylorum 3 iiiij.

Spiritus Anisi, vel

Fœniculi Cochlearia tria

Mellis optimi despumati 3 xij.

Sacchari albi 3 xx.

Dissolvatur in 3 j. β. Succi Cydoniorum
& s. q. aquæ mulsa.

Terenda terantur & permisceantur.

A N T I -

ANTIDOTI DIAPHOENICI

Mesua emendata descriptio.

Dactylorum Cheyron, id est, è Chayro oppido, non Cirrhon sive fulvorum, ut male ex Græco vertit Ruellius, non nullas officinas secutus, ʒ xij. & β.

Macerentur vino albo [Rondelet.] loco tepido ad mollitiem, terantur, cernantur per cibrum.

Pinearum (non Penidiorum) aqua hordei mundatarum & infusarum ʒ v.

Turbiti optimi ʒ iiiij. ʒ iij.

Amygdalarū dulcium purgatarū ʒ iiij. ʒ vj.

Scammonii ʒ j.

Zingiberis Piperis longi)

Cinnamomi Macis

Galangæ Xyloaloës

Foliorum Rura siccorum } ana ʒ ij. s.

Anisi Fœniculi

Dauci Cretici, vel eius loco Cati seminis aromati ci

Probe trita omnia excipiantur libris tribus Mellis despumati ex infusione vini. Dactylorum & aqua Hordei, in qua post lotionem Pineæ & Amygdalæ maceratae sunt.

Tota compositio est fere lib. v. & ʒ xij. Dosis ab ʒ β. ad ʒ vj.

T. 5

Hæc

Hæc compositio ad evacuandos crassos
humores facta est.

E L E C T V A R I U M I N D U M.

Dissuadet præparationem Electuarii Indo noster Rondeletius ; quia non multum differt à Diaphœnico. Adstringentia & attenuantia Electuario Indo addiderunt, quæ deteriorem potius compositionē fecerunt, & depravarunt, ut explorandi facile patebit.

L E N I T I V A è C A S S I A.
medicamenta.

E Cassiæ Ægyptiæ siliquis à diversis auctoribus multa & varia medicamenta lenitiva descripta , minime paranda aut dispensanda censemur, quia vel acescunt vel exiccentur, & eorum laxandi vis depeditur.

F L O S C A S S I A E,
seu Cassia extracta.

E Cassiæ recentis & prægnantis fistularibus siliquis pulpa elicetur, quam Florem Cassiæ & Cassiam extractam vocant: Sed cum Cassiæ Siliquæ sive fistularis recens pulpa melius asservetur in sua theca, quæ excreta; quid extractione ante usum opus est? Triplex Cassia extracta in officinis pro-

prostare solet: Cassia extracta sine Sena & cum Sena; Cassia extracta cum Manna; Cassia cum Saccharo & cum Melle, pro clysteribus & pauperibus. Si præscribatur à medicis, paretur hoc sequenti modo.

C A S S I A extracta communis
Nicolai.

P. Florum Violarum

Violariæ sive foliorum Violarum;

Malvæ,

Mercurialis, Betæ

Parietarie ana M. j.

Absinthii Pontici sive vulgaris M. f.

Herbæ istæ virides coquuntur artificiose in s. q. aquæ; è cuius colato ablue fili-
quas Cassiæ; & dilue in eius portiun-
cula pulpæ Cassiæ P. j. Mellis ex reliqua
colati parte despumati P. β. Percoquan-
tut lenio igne ad electuarii formam.

D I A C A S S I A cum M A N N A non mul-
tum differt à Diacatholico, nisi Sena,
Rhabarbaro & Polypodio.

D I A C A T H O L I C O N Nicolii,
vel potius è Dia-catholico
Liquamentum.

Huius universalis medicamenti varia
est descriptio. Exemplaria vulgata habet

T. 6 pro.

pro pulpæ Cassiæ Thamar-Indorum ana
z duabus Sacchari ij. id est z xxiiij. An-
dernachus autem pro l'ij. Sacchari perpe-
ram addit Cassiæ & Thamar-Indorum &
Senæ mundatæ ana z vij. Rondeletius
vero z vj. mediocritate fretus. Hoc Ca-
tholicon lene, sive mite, in suavissimam &
lenissimam, cum Cassiæ operatione maxi-
me convenientem compositionem, rede-
gimus: quam è Diacatholico Liquamen-
tum sive Extractum diximus; neglecto
Diacatholico maiore Fernelii, quod reci-
pit Turbith & Diagridium, ab his beni-
gnis medicamentis & intentione Nico-
lai multum aliena. Paretur ergo in hunc
modum:

R. Radicum Filiculæ sive * Polypodii re-
centium, fol. Senæ mundatorum ana
z xv.

Glycyrrhizæ rafæ

Anisi ana z ij.

Seminis Fœniculi z i.

Foliorum Violarum M. iiij.

Florum Violarum M. j. β.

Quatuor seminum frigidorum maiorum
ana z j.

Contusa omnia, dempta Sena, & semi-
nibus frigidis, floribusque Violarum,^{24.}
horas vel biduo aquæ pluvialis l.v. vel q.s.
mадefacta, decoquuntur leviter ex arte in
balneo Mariæ; mox paulo antequam ab
igne

igne deponantur, Senam adiiciunt, cum seminibus frigidis & floribus Violarum; maceranturque calide aliquot horas in balneo. Vbi tantisper refrixerint, linteolo excolantur, & leniter exprimuntur, ne Polypodii & Senæ vis adstrictoria eliciatur. Colatum iterum decoquitur, dum mellis crassitudo fiat, adiectis Sacchari boni subrubti, perdulcis, vel albi pinguis P iiiij. Postea ab igne remotis additæ Floris Cassiae, vapore decoctæ præscripti extractæ, & Thamar Indorum ana 3 vi. Sacchari candi & Penidiarum ana 3 j. β. Succi vel Infusi Ros. 3 iiii. Estate addi poterit decocto libra una succi Mercurialis defæcati & purificati, & pro divitibus in singulas 3 scrupulus vel 3 β. Rhabarbari selectissimi.

* Polypodii magma [secundum Rondeletiū] aut crassamentum, quia copiosos flatus gignit, ventrem laedit, cumque magis obstruit quam referat, leviter Polypodium decoquendum iussimus, ut efficacius suas vires, easque suaviores, exserat. Decoctionem enim mediocrem sustinet, quemadmodum Sena & Turbiti, uti monuimus in nostris Stirpium Observationibus Latinis. Pondus eius etiam adauxi, quia vili emitur, pauperum commodo; longeque majori pondere in decoctis, uti Sena, & alia permulta, quam in substantia, ut vulgus loquitur, assumitur.

T 7

Aliqui

Aliqui omitunt Saccharum, Penidiarum; levi incommodo, quia Penidiæ parentur ex Saccharo pingui, leniente.

E L E C T V A R I U M L E N I T I V U M.

Elect. Lenitivum convenit cum Diathlico & Diacassia: quare eo catere possumus. Hæc de Electuariis lenioribus sufficiant, pluribus humoribus, exustis potissimum, expurgandis idoneis.

D I A - S E B E S T E N.

Dia Sebesten Montagnanæ bilem tenuem evacuat. In Italia & regionibus calidis magis usitatum quam in hisce frigidis tractibus, ubi raro dispensatur, quemadmodum Elect. è Psyllio Mesuæ, quo etiam catere possumus. Recipit copiose Scammonium cum trochis. è Spodio vel Antispodio, ex Oxyacantha, trochis. Dia-rhodon, quo Scammonii vires remissiores sint, & alvi fluores dispendiosæ vitentur. Pro hisce inusitatis Electuariis medicus doctus facile Cholagogum Rosatum decocto convenienti sive è Myxariis sive è Psyllio, Fumaria, Epithymo, Eupatoria, Rhabarbaro & huiusmodi, pro ratione & natura morborum, diluit.

ELECTVARIUM è Succo Rosarum Nicolai fortissimum est cholagogum, & minus castigatum aut emendatum,

Anti-

*Aneidotus sive CONFECTIO HAMECH,
apud Mesuem.*

Ex veterū Antidotis retinent hanc confectionem neoterici, ob insignes vires ad omnes morbos ex pituita salsa, flava bile, adustisque humoribus ortos, & pravos eorum ichores; scabiem, impetiginem, elephantiasim, luem Venereum, & quævis cutis & cuticulæ vitia. Improbandi tamen sunt qui hac compositione utuntur in pituita crassa evacuanda, ob Myrobalanos, quæ magis impingunt materiā lentam, ex Galeni & antiquorum sententia. Sed quia hæc compositio (ut scite monet Rondeletius) sine arte composita videtur, & contra theorematā à Galeno, Mesueo & aliis tradita, (nam infunduntur diutius & coquuntur maxime inæqualia, ut Polypodium, Myrobalani, Agaricus, Colocynthis, Rhabarbarum &c.) lubuit eius parandi rationem explicare. Quid enim opus quinque diebus in macerando Polypodium ex sero lactis? cū nostra ætas ipsum Guaiacum, lignum durissimum, eiusque cortices, & huiuscemodi, 24. horis aqua tantum feliciter maceret. Serum autem diutius asservatum facile acescit, situm ducit, & putret. Octo vel 10. horarum Rhabarbari infusum (præterquam in alvi fluo-

fluoribus, ventriculi & intestinorum imbecillitatibus, lubricitatibus & levitatis à bile alimentis permixta, ubi sollemus exhibere fortē Rhabarbari expressionem, & ipsum Rhabarbarum in tota substantia) commēdatur à perbonis medicis, ne vis adstrictoria eliciatur. Hęc monuimus, ut nonnulli ē nostris pharmacopœis sint paulo diligentiores in patandis pharmacis, edificantq; rationem componentorum medicamentorum, quā ipsi modum faciendi vocant.

R. Myrobalanorum flavarum ʒ iiiij.

Cepularum Indarum

Rhabarbari

Epithymi ana ʒ ij.

Agarici Colocynthidis

Polypodii querri ana ʒ xvij.

Absinthii Thymi

Senæ ana ʒ j.

Violarum ʒ xv.

Anisi Rosarum Fœniculi ana ʒ vj.

Succi Fumariae Mercurialis ana ʒ x.

Pruna numero sexaginta

Vvātū pastarum à vinaceis purgatarū ʒ vj.

Polypodiū leviter contusum, cum Pastulis, Absinthio, Prunis, Fœniculo & Aniso 24 horas mадefactum ex seri lactis asini vel caprini q. s. in vase oris angusti obturato, ferre fac aliquot levioribus ebullitionibus; deinde addatur Colocynthidis.

this contusa & forficibus incisa, cū Agarico, nodulo laxo excepta: Thymum, Epi-thymum, Myrobalani, Sena, Violæ, Rosæ & Rhabarbarum macerentur 12. horas, & unice fervefactione parum per decoquantur, addito Succo defæcato Fumariæ, quia paucam aut fere nullam sustinent decoctionem. Cola leniter exprimendo. In colati portiuncula disslove Mannæ 3 ij. & coletur. Coque igne tantillo colati reliquam portionem, addita sesquilibra Sacchari boni, usque dum mellis crassitudinem habeat, mox ubi refrixit, tepenti adhuc syrupo misce Cassiā, Thamar-Indos, Mannam & Scammonii præparati 3 j. & paulatim inspergendo pulverem hunc: Myrobalanorum flavarum

Cepularum

Indarum ana 3 ℥.

Bellericatum

Emblicatum

Rhabatbari

Seminis Fumariæ ana 3 iiij.

Seminis Anisi Spicæ Nardi ana 3 iij.

TRYPERARUM differentia.

Tryperarum variae sunt descriptiones. Quæ Galeno adscribitur apud Mesuem, recipit multa quibus Galenus nunquam usus est, ut sunt Moschum, Ambar, Garyophylli,

Tryphera magna Nicolai cum Opio parabatur, & sine Opio; sed cum Opium affertur, adimendi Hyoscyamus & Mandragoras; cum non minus sterilibus mulieribus adversentur quam Opium.

Est & alia Tryphera minor, ad differentiam maioris, ex arte Phenonis. Item Tryphera Moschata Mesuæ &

Saracenica duplex { Mesuæ, &
Nicolai.

T R Y P H E R A P e r f i c a .

Trypheram Persicam Mesuæ, quia apud multos usu recepta, & à medicis Rhomagenisibus & Rondeletio comprobatur in refrigerando ventre, eodemque relaxato confirmando & roborando, omnesque humores fere evacuando cum astrictione, & refrigeratione, siue ulla ventris lesionе, retinuimus, delicatis & imbecillis tutiorum futuram quam Antidotum Hamech; ob Diagridium & Colocynthida: quamvis validiora medicamenta mitescant cum aliis in pauca quantitate exhibita. Sic enim paratur.

R. Succorum Solani

Endivie sativæ

Apii defæcatorum ana p ij. aut q. f.
Succi Lupulorum p. j.

Pru-

Pruna Damascena numero l.

Violatum recentium & Rosatum recentium ana 3 iij. vel 3 vi. Succi, penuria
Rosarum recentium siccatur.

Foliorum Senæ

Myrobalanorum Citreatum

Cepularum

Indatū confritataū in oleo
amygdalino dulci

} ana 3 ij.

Agarici 3 j.

Cassithæ 3 β.

* Epithymi 3 v. * pro 3 4. Epithymi, ac
Spicæ Nardi Indi in veteri exemplari le-
cæ 3 iij.

gitur, Cordus, Antiv.

Fervefac paulisper, dotsarium Florentinum
& alii nonnulli 3 40. legunt. Succorum au-
tem prescriptorum P j. Quæ quantitas longe
superat omnia huius medicamenti simplicia: adde
quod calidior forct eius operatio, & succi ingre-
dientia vix caperent quæ infundi debent: coque
quidam decoquunt, & infundunt in balneo ocello.
So. Syrupus ex Epithymo Mesne, cui nomen ab.

Epithymo tanquam præcipuo agente, 3 xx tan-

tum Epithymiprimo loci habet.

cola, & in colati dimidio dissolve

Pulpæ Thamat Indorum 3 iij.

Pulpæ Cassiae 3 iiiij.

Mannæ 3 l. β.

Io-Sacchari sive Sacchari Violati 3 xii.

Alteri colati parti adde Sacchari optimi

3 xxxvj.

Ateti

Aceti boni ℥ j.

Coquantur igne lenissimo, & supradictis
commisceantur.

Deinde adde sequētia in pulvē redacta:

Rhabarbari selecti ʒ ij.

Myrobal. Citrinarum ʒ j. f.

Indarum

Chebulatum ana ʒ j.

Bellericarum

& Emblicarum ana ʒ f.

Seminis Fumariæ

Trochilorum Diathodon

Macis Mastiches Cubebarum

Spodii vel Antispodii è Myrto vel Cydonio

Santali citrini ana ʒ ij.

Seminum Gucubitæ

Citrulli

Melonum

Cucumeris mundatorū } ana ʒ ij. f.

Anisi ʒ f.

Spicæ Nardi ʒ ij.

Tenuissime trita involvantur oleo Viola-
to: & fiat omnibus mixtis Electuarium ar-
tificiose.

PILVLÆ AGGREGATIVÆ,
ex inventione D. Mesuæ, inter om-
nes Aggregativas potissima.

Quia omnes humores implicatos è capi-
tē, ventriculo, hepate & visceribus eva-
cuant,

cuant, Catholicæ vocantur, aut Diacatholico comparantur: & quoniā ad multa uriles, multique usus quotidiani; earum descriptionem damus ex veteri exemplari depromptam.

Rz. Myrobalanorum Cittinarum

Raued seni ana 3 iiiij.

Succi Eupatorii Mesuæ, id est Agerati
Diosc. seu Herbæ S. Mariæ

Succi Absinthii ana 3 ij.

Diacredii sive Scammonii præparati suc-
co Rosarum

Turbith boni. Aloës ana 3 vj.

Myrobal. Chebularum Indarum

Agatici candidissimi

Colocynthidis

Polypodii ana 3 ij.

Masticæ

Rosarum

Salis Gemmæ

Epithymi

Anisi

Zingiberis ana 3 j.

Elect. Rosati Mesuæ q. f.

Fiat pilulæ. Ne fortiores sint, fermentur
cum Elect. è Succo Ros. ait Rondeletius.

In his pilulis hoc reprehensione di-
gnum, quod vulgus pharmacopœorum,
Cordum, Wecherum & alios sequēs, tum
in Superiori Germania, cum & Inferiori,
pro Eupatorio Mesuæ, Gratiolam, visce-
ribus

ribus impendio effrenatum hostem, substituunt. Ageratum enim esse Meluæ Eupatorium, superabunde docuimus in nostris Stirpium Adversariis.

HIERA AROMATICA, sive Pilule ex Aloë aromatice.

℞ Aloës Succotinæ aliquoties maceratae
succo Rosarum rub. & exsiccatæ in cli-
bano ʒ iii.

Agarici Trochiscati tenuissime triti ʒ iii.

Cinnamomi

Rad. Asari

Spicæ Nardi

Masticæ

Garyophyllorum

Macis

Galangæ

Schœnanthi

Xyloaloës

Croci

Cum Syrupo è Stœchade excipientur.

PLURA iam non excutiemus, freti, D. Ron-
deletii Pharmaceuticam Officinam mendis innu-
meris vindicatam, tandem in publicum prodi-
tam.

Querenti autem Medicamentorum varia &
comprobata genera, eiusdem Rondeletii Remedio-
rum formula obiificantur.

Quia vero in hisce Aquilonicis pla-
gis

gis tot Seplesiarii, Salgamarii potius quam pharmacopœi, Barbitonsores, Lithotomi, Circumforanei, Agyrtæ, Luditmagistri, medicamentarii indocti, & sacrificuli vaftri, rapaces & lucri avidissimi, nulla medicinæ parte illis probe pervestigata, per hominum mortes experimenta agitantes, tam repente hodie Medici aut potius medicastri fiunt: qui tandem in locum experientissimorum Medicorum irrepererunt, magno ignaræ gentis, rudis & rusticæ turbæ applausu: apud quos sordet, laceratur & male audit ars Medica divina, nobilissima & antiquissima, summo ægrotantium dispendio, & tædio proborum medicorum; consulto dataque opera eatenus & parcus attingimus, imo prætermisimus (tanquam nefas plagiumque profanate & perdere artem) medicatos succos sive nobilissimam Liquamenta, Extracta Cathartica vocata, quæ longe minori noxa & mole, maiori cum efficacia in corporibus egregie operantur; tamdiu, usq; dum leges cessabunt in hos indoctos & inexpertos carnifices, qui se medicos profitentur, ubi aliquot remediorum formulas memoria didicerint, animadvertere.

S V C.

S U C C E D A N E A,
Q U I D P R O Q U O V O C A N T.

ANn̄ēam̄ōd̄p̄a, hoc est, Simplicia, que alio-
rum facultate similiū penuria supponi
possunt medici consilio, que nomine Gale-
ni circumferuntur, & à Paulo ad verbum prope-
citantur, Galeni non esse hinc liquet, quod statim
ipso initio Galenum citat. Adhuc Anacardi fru-
ctus mentionem facit, qui Galeno ignoratus fuit.
Postremo multa supponit absurdissima: ut loco
Agarici, Euphorbium; pro Serpylo, Potamogito-
na; vice Gallæ, sordes gymnasiorum; in locum
Polypodii, radicem Chamala & aut Chamaleontis;
pro Polytricho, Absinthium; & alia eius generis
plurima viribus dissimilia. Tamen qua recipi-
enda magis sint, tum indidem, tum ex Galeni
libris, tum etiam ex Arabibus utcumque profere-
mus: ut

P R O Ajuua pluvia, supponi potest Aqua
fontana pura, & ab omni mistione since-
ra. Galenus lib. 1. comp. pharm. part. in dia-
codio.

Acatia, succus & caro Primorum agrestium, vel
Hypocistis, Avic. 2. Canon.

Asaro, Acori par pondus & dimidium. Carpesium
quoque pro Asaro & cum Asaro, lib. 2. comp.
phar. part.

Absinthio, cum Galen. Abrotonum: & econtra pro
Abrotono, Absinthium.

Aca...-

Acanthi semine, Lychnis, & econtra *in Cattaro-*
epos.

Acantha Arabica, seu Egyptia herba (qua Su-
caba [al. Sucaba] Serapioni dicitur) Acanthæ
lenee nostras, eidem dicta Bedegar.

Alicacabo, semen Solani.

Asphaltho, Pix liquida, Brusia.

Aethiopica olea lachryma, lachrymarum Acacia
partes duas; seu pro gummi Elemnii, gummi A-
rabicum.

Acoro, ad flatus & hepar, ac lienem iuvandum,
Cumini par pondus, & tertia pars Aristolo-
chia. Avicenna.

Anchusa, Hyacinthus.

A senico, Sandaracha.

Amylo, secca Farina.

Amygdalis amarus, Absinthium.

Aristolochia quavis, una ex tribus Aristolochiis,
quamcumque habueris. Galen. lib. 3. comp.
phar. part.

Adipe vulpis, in sinus.

Adipe cervino, anserinus.

Alumine, Sal fossatus.

P R O Balaustio, Malicorium.

Buccinis, Ostrea usta.

Balsami liquore, Myrrha stacte.

P R O Cinnamomo, Casia, aut Amomi du-
plum, ad odoris gratiam. Gal. lib. 5. comp.
phar. in dentifricio. Pro Cinnamomo, du-
plum optima Casia, vel cum Quinto me-
dico duplum vel multum Carpesii, vel certe

- non paucior *Casia*. Gal. lib. 2. 3. & 8. comp.
phar. part. & lib. antid. Quidam carentes Cinnamomo, invicem eius ponunt & quale fondus
Semine Cardamomi. Damocrates in Cypl
lib. 2. Antidotorum Gal.
- Casia*, *Cinnamomum*. Galen. lib. 2. comp. phar.
part.
- Casia* cortice, *Nardus Indica*, vel *Malobathri* fo-
lium; vel contra, lib. 6. comp. phar. part.
- Chamomeli* floribus, duplum foliorum & radi-
cum.
- Costo* hodie rarissimo, *Pyrethri* dimidium, vel bac-
ca *Cedri*, vel radix *Helenii* vel *Ireos*.
- Cimolia* terra, ex *Cimolo* una *Cycladum*, retri-
mentum ferri & mola simul attritorum.
- Cardamomo* maiore, minus; & contra.
- Calaminthe* omni, *Menthastrum* & *Pulegium*
similia sunt facultatibus: ob id invicem sunt
antiballorena.
- Croco*, *Crocomagma*.
- Cypero*, *Iuniperus* maior.
- Cumino*, semen *Rute* vel *Agni* [*casti*]
- Clinopodio*, *Heliotropium*.
- Colocynthide*, semen *Ricini*.
- Capparis* radicis cortex, cortex radicis *Tamaricis*
vel *Ericae*.
- Cicuta* semine, *Coriandrum*.
- P R O *Dictamno*, *Eleclisphaucus*, vel *Nepita*.
- Doronicum*, dimidium seu due tertiae *Garyophyllo-*
rum. *Avic.*
- Damasonio*, *Eryngium*.

P R O

PRO Elaterio, succus foliorum Cucumeris a-
grestis.

Ebno, lignum Guaiaci; & contra. Nam quas
vires hodie in ligno Guaiaci experimur, Ebno
tribuit Gal.lib.6.simpl.

Eupatoria Mesae, Absinthii & Asari ana dimi-
dium pondus eius, ut ambo simul mixta equent
pondus Eupatoriai Mesae, ab Eupatoria Greco-
rum diversa.

PRO Folio, folium Garyophylli, Nardus Indica, si
inveniatur, Casia, id est, vulgare Cinnamo-
num, Macis. Avicenna 2. canon.

Ferrum, ferrugo, squama ferri, idem prope pollent;
& pro se mutuo ponuntur.

Fimo palumbis, fimus columbae.

Fell: suillo, vel perdicis, vel piscium.

PRO Gentiana, Asari, & radicus Capparis ana
dimidium.

Gong. Ude, Heliotropium.

Glycyrrhiza succo, & equalis radicis eius. Androm. in
arter. 15.apud Gal.lib.7.comp.ph.part.

Gnidio Cocco, semen Lathyridis; & contra.

Galbano, Sagapenum.

PRO Hammoniaco, Propolis.

Hermodactylo, in doloribus iunctoriarum, folia
Anchusa, & dimidium Bdellii.

Hederagummii, gummii Persici.

Hyacintho, flos I satidis.

PRO Iris Illyrica, Helenium odoratum.

PRO Lapidem Lazio, [al. Asio,] lapis gagates.

Lipide Magnete, lapis Phrygias.

- Lapide phrygio, Pyrites lapis vel Argyrites.
 Libystico, semen Staphylini, id est Pastinaca, pre-
 fertim agrestis.
 Lepore marino, Cancer fluviatilis.
 Lanaria radice, radix Veratri nigri.
 Lycio, succus radicis Centaurii magni, lib. 7. simp.
 alius succus baccarum Periclymeni. auctor li-
 belli Dynameon, Galeno male adscripti.
 PRO Melle, Mel aerium, vel Saccharum.
 Malobathro, Casia, vel Nardus Indica.
 Myrrha Troglodytica, Calamus odoratus.
 Myrrha, Smyrnium, & contra. Diosc. in Smyr-
 nio.
 PRO Nasturtii semine, folia eius siccæ.
 Nuce meschata, par Spica.
 Nardo Syriaca, Iuncus odoratus.
 PRO Opopanax, Hammomiacum, vel Galba-
 num, vel Sagapenum, vel Bdellium, lib. 2. ad
 Glauconem in curando scirro.
 Ocimo garyophyllato, Melissa in affectibus cor-
 dis.
 Oleo Laurino, Pix liquida, licet illo inferior : vel
 oleum Cedrinum, vel Cincinum, vel vetus, vel
 oleum exlucerna cum cera. Galen. lib. 1. comp.
 ph. part. vel coctum (sic enim tenuis fit, &
 veteri ac Cicino simile) vel sordes lucernarum
 luticrassitie. ibidem.
 Oleo Rosato, Violatum, Nymphae: Amygdalinum
 autem loco Rosacei boni, id est, ex multis Rosis
 cum oleo omphacino insulso facti. lib. 3. comp.
 phar. part. initio.

Ole

Oleo Ricinino seu Cicino, Raphaninum.

Opobalsamo, Opocarpasum. Gal. vel Myrrha
stacte, vell liquor Myrti.

Oryxa, Hordei farina.

Oesypo, medulla cervina.

Omphacio, succus Rhois, vel vinum austen-
tum.

P R O Pipere longo, album: pro albo, nigrum opti-
mum, id est, gravissimum, & contra, & san-
tuend.

Periclymeni fructus drachmis tribus, radicis eius-
dem drachma tres.lib. 9 comp.phar.part.

Phoenicobalanorum pinguium carnis drachmis
tribus, Palmula seu Dactyli tres, aut sex. Gal.
lib.7.comp.phar.part.in arteriac. 15. Andro-
machi.

Psyllio, Lens palustris.

Petroselino Macedonico in Theriaca, alterius re-
gionis Petroselinum: Galen.lib. 1. Antid.

P R O Resinafricta, Pix, aut Pix Brutia. Gal.lib.
9. comp.phar. part.

Rubigine, Scoria ferri.

Raphani seminis drachmis decem, succi eiusdem
cyathus unus. Gal lib. 9. comp.phar.part.

Rofis, flos Rosarum, vel contra, Gal.lib. 6. comp.
phar. part.

Rhoë coriario, Rhus obsoniorum; & contra. Gal.
lib.6. comp.phar. part.

P R O Staphide agria, Pyrethrum.

Spodio Gracorum, cinis super fornacem aura-
riam inventus, melior quam Eburi ustum,

V. 3. quod.

quod nescio cur hodie Barbari Spodium vocent.

Syrace, Castorium.

Sale Indo, Saccharum candefactum.

Sagapeno, gummi Cedri, Hammoniacum, Resinapicea secca.

Spuma Nitri, Nitrum molle, vel Aphronitrum.

Gak. lib. 3. comp. phar. part.

Sulfure vivo, flavum delistum & purgatum.

Satyrion, semen Eruca, vel Scincus, vel contra.

Sinapi, Cardamomum vel Cardamum.

Scammonio, Ricinus.

Stibio contuso, spongia avis, flannum usum.

Sepia osse, Pumex.

Serapiade, Peoniae radix.

Scilla, Bulbus.

Struthio, in sternutamentis, Elleborus albus.

P R O Terebinthina, laricea dicta Resina, ei profemodum similis. Gal. 1. lib. comp. ph. gen.

Thapsia succo, Chamaleontis nigri succus, vel Nasturtium; vel Nasturtii aut Eruca seminis pondus aquale; licet illa sint multo inferiora Thapsia. Galen. lib. 1. comp. phar. part.

Tamaricis succo, succus Sambuci. Gal. lib. 9. comp. phar. part.

P R O Veratro albo, nigrum.

Viso quercino, Chamaleon niger.

Vino Falerno, aliud quodvis colore fulvum, substantia tenuis, ut perlucat, & sit odorans vehementer, ut Arvisium [vel Arivisium]

ex Chio, Lesbium ex Mitylene, Cresso, Me-
thymna, & Tmolites; Galen.lib. I. comp. phar-
gen.

P R O Zedoaria, Aristolochia.

Zingiber, Pyrethrum.

A' hēcādōpā, vel horum aliqua, vel alia,
potest quævis regio nova, desideratis facultate
affinia facere, doctorum medicorum consilio.
nam si Arabibus & Græcis pro Sinapi Carda-
momum, forte ipsiſ frequentius, licet substituere,
quidni pro Cardamomo frequentissimum nobis
Sinapi usurpabimus? præsertim cum ut pro cin-
namomo Castam, sic contra pro Casia Cinnamo-
mum assumi probaverimus: idemque in aliis fa-
ciendum puto. Ob id Galenus lib. 7. simplicium,
Melissophyllum (inquit) Marrubio facultate si-
mili, sed ipso multo imbecillius; ob id Melissophyl-
lo utitur nemo. Nam absurdum fuerit, præsente
ubique terrarum magno Marrubii proventu, ut
Melissophylo. Si cui vero ad manum non fuerit
Marrubium, Melissophylo uti poterit, observata
eius præillo imbecillitate, ut ob id quantitas eius
augeatur. hac Gal. Qua ratione pro Cinna-
momo duplum Casia optime miscemus medica-
mentis, ut quantitate qualitatis imbecillitatem
redimamus.

Quæ igitur apud singulas gentes sunt copio-
sa, modo sint facultate proxima his quæ deside-
rantur, quia faciliora sunt parata, ponantur:
ut in Asia in frigidis capitib affectibus, ant in
declinatione calidorum, rustici Cedrio dicto

utuntur: eius penuria Pisselao, id est, Pice & Oleo
mystis liquida forma: interdum etiam Cedrio &
Pisselao simul magis & minus mystis, prout vires
eius intendere student. Hoc autem linunt sinciput,
nares, frontem, aures, & quibusdam plantam &
sedem. Gal. lib. 2. comp. phar. part.

Sed videtur Antiballomenis non egere, qui
magna curia iam simplicita generis omnis in prom-
ptu habeamus: imo maxime egemus, cum multa
simplicita veteribus laudatissima (ut Theriaces
compositio docebit) hodie nobis parum sint cognita.
Qua ubi certa erunt, his utendum potius, quam
Antiballomenis. Ut enim pluris est equo domi-
ni oculus, quam equisonis industria; pluris agro
domini vestigium, quam villici stercoratio; plu-
ris familia paters familias, quam procurator, pluris
prator, consul, rex, pastor, quam proprator, procon-
sul, prorex, mercenarius: sic plus tribueadum puto
his quam maiores magno delectu & ratione optima
in compositiones cooptaverunt, quam qua illo-
rum loco coacti adoptamus. Hac hactenus ex Ia-
cobo Silvio.

PE-

PETRUS COUDEBERGIUS
PHARMACOPOEIA.

LI BELLUM hunc, *Pharmacopœia* candide, denuo percurrissem,
atque exactius ruminassem, loca
agrota reliqua leniendo, ac nubila Scho-
liis illustrando, extremam illi manum
adhibens, nisi otium, opusculi angustia,
typographi quoque commoda occasio,
aque immaturæ quodammodo frugis
extorsio, perorare me, atque vela ven-
tis committere coegerissent. Omnia itaque
hac, cum obiter saltē, ex tempore, &
tanquam ex transcurso tibi tradantur
(etenim ne tantillum quidem à Phar-
macopœia vestre farinæ humine, cuius
tamen propriæ muneris est, hactenus no-
stro seculo prodīisse cognoscitis) aequo
sunt consulenda animo, dum meliora
dare Deus permiserit.

F I N I S.

V 5

S U C.

SUCCEDANEORVM COLLECTANEA
 MATTHIÆ LOBELII,
aucta & recognita ex classicis auctoribus,
 IMITATIONE RONDELETII,
è cuius Fragmentis & Praleffitionibus hac fere decerpta sunt.

Cum attentiore lectione animadver-
 tissim vulgatum SUCCEDANEORVM
 libellum , quem nonnulli Galeno ,
 alii Paulo acceptum ferunt, scatere men-
 dis , & plerisque locis mutilum esse; ut
 pote qui ex Græco in Arabicum , & de
 Arabicō sit denuo Latine versūs , aut po-
 tius perversus , à Mauro quopiam , vel
 Mauro Græco , qualis fuit & Actuarius:
 visum fuit , quæcumque Dioscorides ,
 Galenus , Aëtius atque Paulus litteris
 mandassent , experimentaq; tum veterum
 eum recentiorum confirmassent , feligere ,
 eaque sic digerere , ut quid alteri cuivis
 æquipolleat , studiosis in posterū pateret .

Hunc autem libellum neoterici cuius-
 piam esse , vel id plus satis arguit , quod
 nonnulla addita inibi sint , quæ Galeni
 tempore ignota fuere , uti Anacardia ,
 aliaque complura; nullo tamen ordine aut
 delectu , ac sine iudicio . Ut , quod forte
 Cha-

Chamæmelini legerant alicubi, nominis
decepti affinitate, Melinum subdiderunt;
quam inscite, nullus est qui id ignoret.
illud enim laxat, & moderate calfacit;
hoc vero refrigerat, asstringitque. Ea-
dem inæptia, quod forte Cepæam Portu-
lacæ similem legissent, illius vires huius
facultatibus responsuras putarunt. Itidem
Leporem fluvialem Cancri loco usurpa-
ri; vel, ut alius quispiam correxit, mari-
num, indocte: ut qui ignorasse videatur,
Cancrum alimentum & antipharmacum
esse: Leporem vero [marinum] vel odore
solo vomitorium, & venenum. Nec hoc
falsum solummodo at & discriminis ple-
num, cum loco Opobalsami Opocarpa-
tion substituerit, quod venenum frigi-
dum est Dioscoridi, vinoque, uti Cicuta,
expugnandum, teste Galeno, libro De an-
tidotis. Verum si hic Carpason legamus,
vera fuerit lectio. est enim tenuium par-
tium. Cinnamomo item Behen rubrum
respondere nequit. Neque placet ordo
seriesque collationum. nam olea oleis,
non resinis aut aquis sunt conferenda; ut
quoad eius fieri potest, sint simillima.
Deinde, si non licet ex specie proxima,
fakem è genere, cum abundemus probis
remediis. Nec parvi facio regionum ubi
nascuntur proprietates: veluti Cretica-
rum plantarum, quas Italicas efficaciores

puto; nisi squalida admodū aut retorrida fuerit æstas, quæ deficiēt alimento plantas tabefacit. tum enim Polium Italicum, aut Stœchas non cedunt Cretico, aut è Stœchadibus insulis.

Imperitiæ fatuæ est, substituēda præcipere rarioribus inventu, ea quibus caremus, aut adulterata, ut loco Cinuamomi, Amomum. Insaniæ itidem, ubi abundamus Laetula, Opocarpatium optare. Lickerit tamen, si qua sint rarius obvia, aut minus trita, eorum loco usurpare viribus similia, uti Terebinthinæ veræ loco, Lentisci Resinam, quia frequentior est.

Cum antem Succedaneis uti non raro cogamur; nec enim omne fert omnia solum; nec ubivis medicamenta opportuna occurruunt: (ruri enim *Διπλοίσις* sive facile parabilibus utendum; & cum medicamenta necessaria ad repentinos casus ad manum minime sint, præsentibus utendum) eligenda erunt quæ nostris simplicibus substitui possunt: ut Galenum fecisse legimus; cui Euphorbium, cum ad spicula, acuteos & infixa eximēda deesset, ex alveariis Propolin pro Euphorbio felici successu usurpavit.

Succedaneorum vero usus hodie magis est necessarius, quam umquam fuit; cum multis quæ antiquis in regionibus suis exortivis & exoticis dives & uber provetus

tus sufficiebat, hodie careamus; tum suppositicia, Hebraeorum & mercatorum va-fro ingenio adulterata, transvehantur; que si reiicienda, alia substituere necesse est. Adhæc pleraque prisca simplicia medica-menta exoleta antiquitus notissima & usitatisssima, hodie ignorantur.

Permulta Arabibus excogitatae & utilles inventae cōpositiones, efficacissimaque remedia in usum recepta: quorum simplicia, barbarie vocum, nobis prorsus ignota sunt. Quid enim nominibus illis barbaris significare voluerint, nescimus; aut illis caremus. At in Succedaneorum delectu & usu, pessima illa medicorum consuetudo merito reiicienda, quæ iam à multis an-nis invaluit, magno ægrotantium incommodo; qua in compositione remediorum omnia quæ commēdata sunt vel ad mor-bum, vel ad partem affectam, vel aliquod symptoma, congerunt temere; & cum omnia similia usurparunt, haud habent amplius quod pro ea herba aut medica-mento substitui possit. Quod si una, duabus, vel tribis herbis contenti essent, nun-quam Succedaneo destitueretur phar-macarius. Sin autem quantitas necessaria foret, pro manipulo adde duos, pro duo-bus tres vel quatuor. Hinc duo conse-quentur commoda; certior medicamenti operatio, facilior & citissima præparatio;

pluribus remediis & Succedaneis, summo artis Medicæ ornamento, abundabit medicus; cui iterare, immutare, supponere pharmaca licebit, & plus quā vulgus Medicorum & Clinicæ sapere. Ut si in suo decocto Boraginē præscribat; ea si defuerit, Buglossum agreste substituere, vel contra; si Scariola desit, succum substituere vel syrum licebit: si Cichorium, Dens Leonis, vel Endivia; si Chamæpitys, Chamædrys substituatur, si desit; vel contra. Sed quid faciet, si omnia congerantur in uno eodemque medicamento? certe nihil aliud erit, quam poëricum illud Chaos, Rudis indigestaque moles.

Illud Villanovani ante oculos volvant: Ubi in promptu habentur simplicia, dolum esse si quis compositis uratur.

A prava igitur consuetudine recedant; & illos tanquam scopulos vitent: caveant item malos, avaros, improbos, impudentes pharmacarios & circulatores, qui nūni & lucri rapaces, farraginē medicamentorum etiā semiputridorum inter se pugnantium collaudant. Quidam hoc faciunt, ut copiam ostentent, vel ignorantia, vel superbia; & aliqui docti, ne videantur in remediiorum cognitione minus exercitati.

Blases quidam medicastri, impostores nobiles, populares agyræ, histrionesque Hippocratici, Aureive Aureoli Theophrasti

phrasti aselli (cuius tamen documenta viꝫ
summis degustarunt labris, quosque ma-
gистri puder, quemque neque agnoscere,
neque tutari audent, ne apud doctos, &
vulgus, ob circulatorum, qui falso disci-
pulos Theophrasti se glorianter, illusio-
nes & technas male audiant) ementitam,
irrationalem, garrulam, pertinacem, per-
fictæ frontis impudentiam, mordicus
novam philosophiam effutiunt, oblate-
rant, & pro sua ostentant; Panacea foeda
unica, sive decocto parato ex omni confu-
sa herbarum, etiamque deleteriarum, nul-
lius delectus, inter se ex diametro pu-
gnantium, maligna & infausta sideratio-
ne collectarum, farragine, addita Sena,
Cinnamomo, Sacchato, & huiusmodi, ad
saporis gratiam, pro universali omnium
humorum, anili medicatricum & obste-
tricum cohorti notissimo, freti & conten-
ti, ad omnes morbos, quos Aristotelicis
& Hippocraticis sectatoribus incurabiles
iactitant, à se viginti quatuor horarum
spatio percurari posse, illico utique & ubi-
vis pollicentur; impostura, supina auda-
cia, & gnathonica adulazione, nullis in-
terdictis aquis noxiis, & quibus morbi
foventur, edulis.

Huiusmodi homines potius scutica di-
gni sunt, quam papyri & temporis ia-
ctura in describendis illorum ineptiis,

meo-

472 D E S U C C E D A N E I S
mendaciis & imposturis. In illos sane Reges, Leges, & Medicorum celeberrima Collegia deberent animadvertere, eosque ex Republica propellere; doctos autem viros fovere & erigere: qui (proh dolor!) hodie multis locis pereunt, & haudquam ab improbis & indoctis logodælis scamnidicis discernuntur.

Porro cum sint quædam compositiones utiles priscis medicis excogitatæ, experientia & ratione receptæ & comprobatae, nonnulla Succedanea investigare, agnoscere, & sufficere oportet, ut patari possint nobilissima pharmaca, quæ ea ratione minime excludenda & reiicienda: cum non tanta infelicitate Succedanea quædam illis non inferiora interdum æque bene expleant omnes pollicitationes genuini medicamenti.

S U C C E D A N E A, quantum fieri potest,
eiusdem sint generis & species.

Rondelet. Herba pro herba.
Radix pro radice.
Flores pro flore.
Semen pro semine.
Succus pro succo.
Lachryma pro lachryma.
Resina pro resina.
Muccago pro muccagine.
Metal-

Metallum pro metallo.

Lapis pro lapide.

Terra pro terra.

Pix pro pice.

Axungia pro axungia.

Medulla pro medulla.

Avis pro ave.

Serpens pro serpente.

Pars animalis pro parte.

C O M P O S I T I O N E P R O C O M P O S I T I O N E.

Pulvis pro pulvere.

Trochiscus pro Trochisco.

Opiata pro opiate.

Electuarium pro electuario.

Pilulae pro pilulis.

Eclegma pro eclegmate.

Tabella pro tabella.

Confectio pro confectione.

Conservatio pro conservatione.

Syrupus pro syrupo.

Emplastrum pro emplastro.

Oleum pro oleo, sive simplex,
sive compositum.

Vnguentum pro unguento.

T H E O-

THEOREMA UNIVERSALE
VEL COMMUNE.

Medicamentum
quod substitui
debet, sive in-
ternis, sive ex-
ternis cōveni-
re debet: népe

Viribus occultis, ma-	nifestis, & consisten-
Sit etiam simile in	tia.
Sapore,	
Odore,	
Ætate,	
Natalitiis & regione,	
Natuta & tempera-	
	mento.

Nonnulla in externis remediis suppo-
nuntur, quibus in internis utri non licet;
ut succus Carpathi substitui potest pro La-
ctucæ succo in externis; cum tamen ve-
nenum sit, non introsumitur.

Non totum simplex, sed aliquæ partes
substituuntur.

Vt Muccago seminis Psyllii, pro mucca-
gine seminis Cydoniorum: non totum
semen, quia pars interior temperamento
differt à muccagine, & venenata putatur.
Neque etiam Cydonium malum convenit
pro semine suo, quia viribus & consisten-
tia differt.

Formulæ quedam in quibusdam reme-
diis sibi mutuo succedunt: ut,
Conservatio, pro syrupo eiusdem sim-
plicis,

plicis, fuctus, floris vel radicis.

Conservatio Capillorum Veneris, pro syrupo in opiate substitui potest: Sed in syrapi consistentia non potest; quia remedii formula non patitur.

Pro liquidis liquida substitui debent: quare deficiente syrupo, aqua vel herbæ decoctum substituatur.

In quibusdam conditis supponere licet syrumpum conservationis; quia in syrupo conservantur. Ut syr. Conservationis Citri, pro syrupo è corticibus Citri. Syr. Conservationis radicis Buglossi, pro syrupo de Buglosso.

Emplastris item pro Unguentis uti licet; & contra, modo pars affecta assentiatur: ut Emplastro filii Zachariæ, pro unguento Resumptivo, & Resumptivo, pro emplastro. In thoracis vero affectibus, nisi dissolvantur aut malaxentur, non utendum; quia emplastra imposita dilatationem costarum & respirationem impediunt.

Emplastrum è Cerusa, pro unguento albo, nisi inflammatio prohibeat; quæ neque dura, neque gravia ferre potest.

VARIA ALIA MEDICAMENTA
PRO ALIIS SUBSTITUERE LICET,
modo vires correspondant.

Pilulae pro Confectionibus, & Confectiones pro pilulis. ut,

Hiera simplex pro Pilulis de Hiera & Benedicta; & contra.

Et pro pilulis Pituitosis, Electuarium Diacarthami, de Citro solutivum.

Pro Bilioſis, Eleſtuarium de succo Rosarum, & contra, obſervata cuiusque quātitate. Hieræ & ſimiliūm Eleſtuariorum doſes augendæ, ob mellis molem, quæ medicamenti vires minuit.

Syrupus pro Eclegmate, ſi lambendo affumi debeat: ut

Syr. Iuiubarū, pro Lohoch ſano & experto. Syr. è Papavere, pro Diacodio.

Pulvis pro Trochisco, & contra: ut Diarrhodon pro Trochiscis diarrhodō.

Trochisci de Squilla, pro Eclegmate de Squilla; aucta vel imminuta quātitate, pro ratione, indicatione morbi, & ſcopo medici.

In Simplicibus partes aliquando religioſe non obſervantur. ut

Turbith pro Agarico trochiscato, & contra. Hic simplex pro composito ponitur, vel compositum pro simplici.

Pro

Pro Agarico Colocynthis, in minori
quantitate. Carthami duplum & triplum,
pro Agatico; & contra.

Difficile tamen inventu simplex medi-
camentum substituendum, quod vere un-
dequaque omniue ex parte conveniat, ut
testatur Avicennas in suo Canone; ubi vix
reperies duo simplicia medicamenta, quæ
aliorum facultate similium, penuria, sub-
stitui tuto possint. Quod cum difficillimū
foret, ille aliquando duo, interdum tria,
pari pondere & mensura, nonnunquam
duplicate & triplicate, addita quinta aut
octava parte alterius medicamenti, suppo-
nit. Quia paucissima sunt medicamenta,
quæ omnino simile temperamentū obti-
neant, aut eandem consistentiam, crassi-
tiem, tenuitatem partium, & proprie-
ties occultas.

Varius in compositionibus est medica-
mentorū usus.

Vel ob calorem, frigus, humiditatem,
siccitatem; in principio primi, in medio
& primo gradus. & sic de aliis.

Vel ob partium tenuitatem, vel crassi-
tiem, lentorem, saporem, odorem, colo-
rē: quare id quod temperamento respon-
det, sepe dissidet crassitie vel tenuitate
partiū, vel alia facultate, ut pro Asaro Aco-
rum substituendum carent. At in omni
operatione non conveait, non enim om-
nia

nia potest Acorus quæ Asarū. Vrinas quidem & menses ciet: (quare in ureticis tantum supponendum:) vomitum vero excitare, aquasque educere, ut Asarum, minime valet.

Eadem ratione Hyacinthus pro Anchusa substituitur: Sed si ob colorem Anchusa opus sit, ut in unguentis, Hyacinthus non conveniet.

Eius vero loco Lacca supponitur, vel Brasilia, Santalum rubrum, Lacca pictorū, vel Coccus baphica.

Asa dulcis pro Fœtidā non conceditur, propter odorem, ut Avicenna substituit in affectibus uteri; quia odore iucundo uterum sursum alliceret. sequitur enim odorata uterus, fugit fœtida.

Propter saporem quædam usurpantur; sed non convenient undeq̄aque.

Pro Saccharo Mel & Manna substitui poterunt in quibusdam remediorum formulis, ut in medicamentis laxantibus; minime autem in adstringentibus, quia Manna ventrem solvit magis quam Saccharum vel Mel.

Muccus utilis est in fluxu sanguinis, & ob lentorem usurpatur Fœnum græcum, quod muccaginem reddit, sed calidam: ideo in sputo sanguinis reticienda: quemadmodum in externis remediis, ut ophthalmias in qua Ovi albumen præfertur qui-

quidem in principio & incremento; in
statu vero & declinatione *muccago Fœnugræci* commendatur.

*Quæ supponuntur, non in omni for-
mula remedii substituuntur: ut*

*Myrrha pro Bdellio, in pilulis & un-
guentis:*

*Sed in pilulis è Bdellio, nullo modo
conceditur, quia sanguinis fluorem & he-
morrhoidarum, ut menses Myrrha, elicit.*

*In substitutis igitur hæc obser-
vare oportet, ut supposititium in locum
adulterati, genuini penuria, idem efficiat
quod ipsum genninum præstabat.*

*Vt si calfaciebat, refrigerabat, hume-
ratabat vel siccabat, adstringebat, vel laxa-
bat, vel concoquebat.*

*Pro Absinthio simpliciter dicto in com-
positionibus Græcorum, Seriphium vel
Santonicum.*

*Pro Absinthio è Ponto vel Tauro mon-
te, Romanum.*

Pro Romano, illius loci ubi habitas.

*Hoc licet in omnium herbarum dele-
ctu præstare, quæ sunt alicuius regionis
[propria;] modo illam ipsam herbam
regionis finitimæ, vel saltem simillimæ,
assumas. Cuiusmodi est *Craux vulgo Gal-*
lo-Provinciæ, sive Creta, ubi Thymus
*nostras angustifolius & Epithymus op-
tima & copiosissima.**

Secun.

Secundo loco herbæ regionum humi-
darum, modo ætas squalida aut siccior
fuerit, in locum calidatum substitui pos-
sunt. Quod fecisse se Galenus docet in
præparatione Theriaces.

Pro Macedonico Petroselino, Petrose-
linum alterius regionis.

Sed regionis similitudinem observare
oportet, nam regio auget vel minuit me-
dicamenti efficaciam & bonitatem.

Pro Iride Illyrica, Venetā sumemus; &

Pro Africana Florentinam.

R A D I C E S.

- | | |
|-----|---|
| Pro | <p>Rhapontico, Radix Centaurii ma-
ioris, vel nostri Rhabarbari ma-
gma, sive Rhabarbarum ad alias
usus prius infusum, & expressum.
Rhabarbarum torrefactum im-
probatur à multis, propter em-
pyreuma.</p> <p>Zingibere, Costus; & contra: vel
Helenium, & Pyrethrum.</p> <p>Costo, Pyrethrum.</p> <p>Aristolochia Longa, Rotunda; &
contra: vel una pro omnibus.</p> <p>Acoro, Calamus aromaticus offici-
narum; & contra.</p> <p>Acoro, (in laxantibus & carentibus
urinas & menses,) Radix Asari.</p> |
|-----|---|

Aca-

Asaro, (quando purgare, & vomitum ciere opus est,) Elleborus, semen Genistæ & Raphani; vel hæc tria simili.

Galanga, Cyperus rotundus; & contra.

Calamo odorato Libani, Schœnanthum, Calamus sive Acorus officinarum: si ad odorem solum, Santalum citriuum officinarum.

Althæa, radix Malvæ hortensis, vel sylv.

Asparago altili, Corruda, immunita quantitate, quia actior & efficacior.

Rusco, Radix Asparagi; & contra, Cortex radicis Capparis, Cortex radicis Tamatisci, Sambuci, Ebuli, Populi & Lauri.

Apii radice, Petroselinij, vel Macedonici.

Gentiana, medietas Asari & radicis Capparis.

Turbirth, Thapsiæ radix, sive Turbirth Meluæ, Agaricus trochiscatus, vel Colocynthis, minore dosi.

Zingibere, Mechin.

Serpentaria, Iatus, Dracunculus.

Lapatho, Oxalidis radix,

Rhabarbaro ad laxandum, succus
Rosarum,
Rhabarbaro ad astringendum, Hy-
drolapathi radix, vel Galangæ
maioris, si calore opus est; si re-
frigeratione, radix Biltortæ.
Nardo, Nardi species.
Secacul, radix Pastinacæ marinæ.

SVC CEDANE A, Q VANTVM
FIERI POTEST, S INT SIMILIA
omni ex parte, viribus, genere,
& specie, ut,

Omnes Dauci spe-	Calaminthæ,
cies,	Cepæ,
Intubæ,	Chelidonii,
Adianthi,	Costi,
Chondrillæ,	Nardi,
Hieracii,	Betæ,
Rumicis,	Bliti,
Absinthii,	Iuniperi,
Abrotoni,	Sabinæ,
Sideritidis,	Cedti,
Aconiti,	Rhamni Dios.
Veratri,	Myrti,
Anagallidis,	Piperis,
Anchusæ,	Cyclaminis,
Anemones.	Ranunculi,
Asparagi,	Hederæ , excepta
Brassicæ,	Hederula terrestriæ,
	Ru-

Ruta,	Heliotropii,
Seseli,	Origanii,
Apium,	Aristolochiae,
Rosmarini,	Valerianae,
Marrubii,	Bituminis,
Leucocii,	Picis,
Orcheos,	Resinæ,
Malvae,	Allii,
Polygoni maris & fæminæ,	Potri,
Sympyti,	Plantaginis,
Tribuli,	Panacis,
Rubi,	Pastinacæ,
Equiseti,	Lychnidis
Vrticæ,	Conyzæ,
Tithymalorum,	Nymphææ,
Mercurialis,	Anthemidis,
	Verbasci.

Et denique omnes, nisi quid proutum
inhibeat: ut de Clematide; quatum Al-
teram utere, ventrem laxare, bilem, pi-
tuitam trahere scribit Dioscorides: Prior
vero [Clematis] alvi profluvia & dysen-
terias sedat.

Sic Cucumis agrestis & sativus; Pepo
& Colocynthis. Sed hæc paucis evenire
solent.

De PARTIBUS etiam observandum.
Nam aliquæ facultatibus differunt: ut ra-
dix Medii menses decocta sistit, per ali-
quot dies sumpta: semen autem in vino
sumptum, menstrua pellit.

Iuniperi fructus introsumuntur; ramenta vero occidere produntur.

Coriandri herbæ succus interficere creditur; semen vero medicatum.

Qua ratione medicos minime universalibus, sed potius particularibus niti præstaret. Nam eorum plerumque est maxima differentia, quæ eadem esse putantur.

Sume igitur

Pro Folio Indo, & Malabathro, folia Citri, Canellæ vel Malabathri vulgaris: vel, ut alii, Macin, aut Spicam.

Pro foliis Lauri, Citri folia.

Papaveris albi, Solani folia, Papaueris nigri, minore quantitate, vel Hyosciamini albi.

Lactuca, Scariolam; & contra.

Cichorio sylvestri, Dentem leonis.

Pro Eupatorio, Asarum, & dimidium Absinthii.

Pro Struthio, Nucem vomicā, & tertiam partem Piperis Avicennæ.

Pro Dictamni prima specie, secundam, tertiam; vel Pulegium Cervinum.

Calamentha montana prima, secundam, & tertiam. Sic de similibus.

Pro Chamæpity, Chamædryn, & folia Eupatorii.

Malva sylvestri, hortensem.

Malva arborescente, Althæam.

Thlaspi, Nasturtium.

Men-

Mentha, Balsamitam.

Pulegio Regali, Cetvinum; & contra.

Lepidio Pauli Æginetæ, Drabam, vel Iberida, vel Nasturtium.

Phyllitide, Asplenium sive Scolopendrium, Ceterachve; & contra.

Foliis Oleæ } Folia { Nucum Iuglandis,
vel Lentisci } Cupressi,
Pini, vel Pinastri.

Foliis Myrti { Baccas Myrti, vel Iuglan-

dis nuces immaturas.

Thymo, Satureiam, vel Origanum.

Ruta syl. Rutam domesticā siccata mā-

iori quantitate; vel contra.

Spica Lavendula, Lavendulæ species hor-

tenses.

Adiantho, Salviam vitam, Polytrichum,

Adianthum nigrum Plinii: in asthmate,

Violæ par pondus, cum medietate Gly-

cyrhizæ.

Telephio, Portulacam.

Portulaca, Umbilicum Veneris.

Foliis Terebinthi, Lentisci folia.

Foliis Oleastri, Oleæ folia.

Foliis Sambuci, Ebuli; & contra.

Betonica, Verbenacam.

Melissa, Marrubium, Corticem Citri; & contra.

Apio montano, domesticum siccum, in
maiori dosi.

486. DE SUCCEPANEIS
Cepaea, Portulacam.
Nardo montana, Nardum Gallicam.
shilyræ foliis, Oleæ folia; & contra.
Foliis Caprifici, Ficus domesticæ folia;
& contra.
Thymbra, Thymum vel Serpillum.
Coriandri foliis, Petroselini hortensis
folia, in externis remedis tantum.
Hippomarathro altero, Coriandum vel
Petroselinum domesticum.
Foliis Dauci, Pastinacæ agrestis vel dome-
sticæ folia.
Conyzæ prima, secundam.
Conyzæ secunda, tertiam, maiori quanti-
tate, & siccata.
Sanguinalis feminæ foliis, folia matis;
& contra.
Hippuride prima, secundam; & contra.
Sempervivo maiore, patrum Umbilicum
Veneris; & contra.
Foliis Labruscæ; domesticæ Vitis folia
minus cultæ.
Chamælæa, Thymælæam, Chamæpityn
primam Dioscoridis, Laureolam.
Albinæ foliis, Helxines folia; & contra.
Vite alba, nigram; & contra.
Bubonio, sive Inguinaria, sive Astere At-
tico, Antirrhinum; & contra.
Foliis Sabinæ, folia Cupressi, Juniperi, &
Cassiam.
Dorycnio, Mandragoram; & contra.

Dra-

Draguhtio, Arum.
 Foliis Abietis, Populi folia.
 Erysimo, Erucam; & contra.
 Foliis Hippolapathi, Lapathi folia.
 Foliis Piceæ, folia Pini.
 Lathyridis foliis, Tithymali folia.
 Libanotide sterili, folia Libanotidis coronariæ.
 Lepidii foliis, Nasturtii folia.
 Nymphæa alba, luceam; & contra.
 Sorbi foliis, Mespili folia; & contra.
 Oxyacantha vera, Pyrastrum.
 Foliis Pepli, Tithymali folia.
 Pityusæ foliis, Tithymali folia.
 Polygoni maris foliis, feminæ folia.
 Filice femina, marem.
 Seride, Chondrillam.
 Smyrnio, Apium aut Petroselinum.
 Solano hortensi, Halicacabum.
 Symphyti Petri foliis, alterius folia.
 Pro Beta alba, nigram.
 Pro unius speciei Tithymali foliis, folia
 aliorum, in laxando.
 Pro Tragotigano, Originum; & contra.
 Pro foliis Tribuli terrestris, in refrigeran-
 do, folia aquatice non in humectando.
 Pro Hypecoi foliis, folia Papaveris.
 Pro Verbasci unius foliis, aliorum folia.
 Pro Spica Indica, Syriaca, Valerianam.
 Pro Viticis foliis & semine, Rutæ folia &
 semen.

Pro Seridis foliis, Lactucæ folia.

Pro Myrto alba, nigram; & contra.

Foliis Myrti, folia Pyri silvestris, Sumachi, Lentisci, Sorbi, Cydoniorum; & Cotinos.

Pro Sempervivo, succū Lactucæ, & Solani, Colocynthide, triplum Cucumeris asinini.

Pro prima specie Calaminthæ, secundam, pro secunda, tertiam.

Pro Buglosso sive Boragine latifolia, Buglossum angustifolium.

Pro Soncholævi, Sonchum asperam; & contra.

Pro Fumaria, Senam.

Pro Hyssopo, Origanum, Sampsuchum.

Pro Hyperico, Androsænum, Ascyrum, Schœnanthum.

Pro Stoebe Diosc. Sœben herbariorum, Iaceam, Scabiosam, Pastoriam bursam, Bellides, & Gnaphalia.

Pro Halica Avenæ, ptisanam toram.

Pro Amylo, farinam filiginis fccam.

T A-

TABVLA PRIMA, REFERENS CAPSULAS
RADICUM ET CORTICUM.

5	Cosrus,	Cinnamomū sive offic. Cassiatenus	Cortex inter- nus Nucis Molchatae	Afarum	
4	Zedoaria	Caffia five of- f. Cinnamo- mum crassum	Nox Moscha- ta.	Schenenā- thum	pro Corti- ce Thuriis
3	Zerum- bet	Calamus odoratus	Phu	Magis	Cortex Pini
2	Mequin.	Galanga major		Spica Nardi	
1	Pro Zin- gibete.	Galanga minor.	Anthophylli	Pro Folio malobathri.	Spica Cel- tistica
		Cypero	Garyophyllis		Cortices Lentici

X S

Cort. Quercus	Cortic. mali Granati.	Cortic. Myrobal. Citri-narum
Ilicis	Cortex Nucis Juglandis	Kebularum
Suberis		Indarum
		Embligarum
		Bellericarum

In hac tabella primum reposuimus Zingiber, quia frequentius eo utimur quam Mequin (quod species est Zingiberis:) si forte alterum pro altero sumatur, nihil inde mali sequetur. Zerumbet, Zedoariam & Costum in ultimis capsulis reposuimus, quia eis minus frequenter utimur. Hoc modo medicamentis dispositis, multo minori negotio medicamenta parabuntur; ut quæ frequenter in compositionibus simul ponuntur, simul inventiantur. Adde quod hæc medicamentorum dispositio, ἀντανόδης indicabit. Nam quæ in prima capsula ponuntur, profunda ponit; & è contra, diminuto pondere. Cum dicimus quantitatem augem-

augeri, nolumus duplum substitui; quia hæc medicamenta non sunt duplo fortiora; quanquam pro Cinnamomo duplum Cassiae iussent antiqui substitui. nam si medicamenta sint adeo imbecilla, satius est eis non uti, quam duplo pondere substituere ea. moles enim medicamenti augetur, & vis aliorum medicamentorum minuitur. Ut omnia medicamenta ordine digerantur, oportet locum in multas classes dividere, & in una classe partes superiores atque inferiores. In iisdem classibus distinguenda erunt medicamenta calida, frigida, secca & humida, tam simplicia, quam composita.

CAPSULA RADICVM SECUNDVA.

Colitus dulcis Arabum	Tusfi- go	Pistolo- chia	Clemati- ts	Arist. 16 ga	Hermo- dactylus
1	4	3	2	Iris Flo- rentina Pro radi- ce Iridis Venerie	Aristolochia rotunda Aristolochia ro- tundifolia Alpha- delli

Pro Asaro, Acori pars dimidia, sexta Amomi.

Acoro, pondus par Cumini, cum tercia parte Aristolochia.

Aristolochia rotunda, Zurumbe pondus exquale.

Aristolochia longa, Zurumbe pondus exquale, & medietas Piperis.

Cyclamine, exquale pondus Aristolochia, & sexta pars seminis Citri, & Menthastræ.

CAPSULA RADICVM TERTIA.

5	Grami- nis				Glycy- rhiza			
4	Alpara- gi			Staphys a grise		Tusfi- laginis		
3	Rufci	Oenan- thes	Aristolo- chia om- nis	Bryoniae	Zedoaria	Cyperi	Heleii	
2	Petro- selini rad.	Rubia	maio- ris		Pyrethri		Veneræ radix	
1	Pro Apio	Mequin	Penta- phylio	Cappari	Costi	Galagæ minoris	Iride	Galanga Floren- tina
		Zingibere,						craffa

Pro Gentiana, dimidium Asari, & radicis Capparis.
 Polypodio, Epithymi dimidium pondus.
 Testiculo Vulpis, Scincus; & è contra.

CAPSULA RADICVM QUARTA.

3	Cucumeris agrestis	Centaurei minoris	Polypos- di	Ellebori urtricque
2	Aiphodeli	Suc. Rosa- rum	Tur- bith	Ebuli
1	Pro rad. Gentianæ	Rhabarbari	Agati- co	Hermoda- ctylorum Aiphodelo- rum

CAPSULA RADICVM QUINTA.

3	Boraginis	Malvarum	Thapsi barbati	Spondylii
2	Buglossi	Bitimalva- rum	Biflora	Pancratii
1	Pro rad. Glycyrrhi- zæ	Lilio- rum	Quinque- folii	Squilla

X 7

CAPSULA RADICVM SEXTA.

1	Corticis rad. Lauri	Afari	Staphydis agritæ	Behen rubri
2	Cor. rad. Sam- buci, & Ebuli	Ari	Clematidis alterius, sive Flammulæ	Behen albi
3	Fraxini, vel Populi	Serpentaria	Rad. Dentil- laricæ	Boraginis
4	Rubiæ mino- ris	Tamariæ	Raphani agritæ	Pyrethri
5	Pro rad. Ru- biæ majoris	Cortice rad. Capparis	Buglossi	Glycyrrhizæ

TABVLA SIVE CAPS VLA SEMINVM.

1 2 3 4

5	Pro fem. Cu- curbitæ	Melonum	Cirtulli	Cucumeris
4	Lactucæ	Portulacæ	Endiviaæ	Scariolæ
3	Violarum	Papaveris albi gri.	Papaveris ni- gri.	Hyoscyami
2	Bombacis	Malvæ , Bis- malvæ	Pÿllit	Cydoniorum
1	Liai	Fœnugraci	Lavendulaæ	Kyri rukri vel citrini

499

CAPSULA LIGNOLVM.

1	Citrinum Sant.	Xylobalsamum	Scobs Buxi
4	Rubrum Sant.	Sureoli Len- tisci	Ebenum
3	Pro Santalo albo	Aspalathus	Guaiacum
2			Ligno Aloës
1			Echinæ ra- dic.
			Salßaparilla

PVRGANTIVM.

	1. pro Scā- monio	2. Diacri- dium	3. Colo- eynthis	4. Ammo- niacum
	Sena	Semen Car- thami	Folia Bra- ficæ mari- næ	3. Sal gem- mæ
				2. Sal petræ
	Folii Scam- monii		Thymelæzæ Chamælæzæ	1. pro Sal nitro
		Semine he- deræ	Sem. Afati	Semen Ge- niſſir

4			Coccus Cnidius	
3	Tymus	Chrysocotylia, la, vel forte Chrysolith.	Alhan- dal	Semen Ca- taputia
2	E pithy- mus	Lap s Ar- menus	Diacri- dium	Rad. Ti- thymali
1	pro Gath- tha	Lapide La- fulli	Scamno- thide	Rhabarba- ro
Pouf- dium	Rhabarba- rum	Daauatia	Lilia	
Turbith album	Lapathio	Tbymęza	Turbith	
Turb.cin- eritio			Brassica marina	Polypodio

SEMINVM.

499

5	Capita P-i-paveris	Acerosæ					
4	Semen Mandri-goræ	Portulaccæ	Citrulli				
3	Sem. Hyoscyami	Scariolæ	Bismalvæ	Fenugræci			
2	Papaveris nigri.	Endiviæ	Melonium	Lini	Psyllii	Vrticeæ	
1	Sem. Papaveris albi	Laetucæ	Cucumeris	Malvatum			
				Cucurbitæ	Bombacis	Sesami	Cydoniorum

SEMINVM.

1	Cumini	Pastin. Paltinacæ domesti- cæ	Rutæ agricæ. Rutæ do- mesticæ	Sinapi	Semen con- tra vermes	Sem. Pali- uri	Hyperici	
4	Catvi			Ammeos	Erucaæ	Caulium		
3	Fæniculi dulcis		Petroselinii					
2	Anisi		Apit		Tiliæpi	Rapæ agre- flis	Milii Solis	
1						Seseli Ma- ffionis	Rapædo- misticæ	Alkekergi

SEMINVM.

Piper longum	Cardamo- mi maio- ris	
Piper album	Cardamo- mi mino- ris	Granorum paradisi
Pipere nigro		Cubebatum

semine Myrti, Berberis, & contra.
 Pro { Nap, Rapi.
 Carthami, Vorticæ, vel Agaricus
 non Trochiscatus.

	3	Berberis	Sorbarum
	2	Vvatum immatu- tarum	Mespilo- rum
	1	Spinæ albae	Cornorum

sem. Mædragoræ, Cicuræ.
 Pro { Semine Asari, Semine Ge-
 niftæ.

SEMINVM ET FRVCTVV M.

5	Genista	Acetosa	Gallatum	Cyrini	Vya Corin-thia	Ficus
4	Afari	Citri	Sumach	Balanio-rum	Pafiolæ mundatæ	Sebætæ
3	Sem. Hedera	Berberis	Myrillo-rum	Cortic.malgranati	Dætyli	Tamar-indi
2					Prunis acidis	Iuiubæ
1					Pruna dulcia	Pafullis mudatis
					Ficibus	

CAPSULA FLORVM.

3	Oenanthes	Cichorei	Nymphææ luteæ	Sambuci, Abrotani	Corticium Glandis	Sativæ	
2	Myrti	Buglossi vulgaris	Nymphææ albæ	Mellioti	Balaustio- rum	Stachya- dis	Genifææ
1	Florib. Ro- fatum	Buglossi la- tif. sive Bor- fatum	Violarum	chamæmelii	Cytini	Anthos	Sambuci

3	Leucoii albi		Flor. Cicho- rei	Spicæ, vulgo <i>Ajpicæ</i>			
2	Leucoii rubri	Flor. Tama- risci	Flor. Intubæ domestici	Lavendulæ			
1	Leucoii lutei	Flor. Genifææ		Flor. Salvizæ			

DE SUCCIS.

Pro Acaciæ succo succus Prunelloiū probatur, & Rhois Dioscoridis.

Dioscorides ipse succū Hypocistidis substituit quidem; verum aliquanto magis adstringit & siccat, si in antiquorum pharmacis recipiatur.

Pro Opio, Meconiū, vel succus Lactucæ sylvestris, vel domesticæ, quantitate maiori.

Pro Absinthii succo, Abrotoni, Eupatoria, vel Centaurei minoris utriusque, vel Agerati.

Pro succo Absinthii Pontici nostratis Romanī succus: differt tantum regione, ut Macedonicum à Pontico. In externis remediis, Santhonicum & Marinum; vel ablutum leviter in internis concedatur.

Pro Opopbalsamo, Stacte, id est, Styra liquida non adulterata, vel Oleum Myrræ. In suffusionibus, ad digerendum, Oleum Spicæ Lavendulæ, quod æque tenuum est partium.

Pro Glycyrrhizæ succo, infusum & decoctum eiusdem; vel succus Vvatum passularum, vel Vinum coctum, sive Sapa.

Pro Lycio, Amurca.

Pre

- Pro Citri succo, Limonum.
 Pro Thymelææ, Chamælææ succus.
 Pro Cyclaminis, Iridis.
 Pro Omphacii, Rhois; & contra.
 Pro Aloë, Absinthii succus.
 Pro Sempervivi, Cotyledonis succus; &
 contra; vel Solani, Laetucæ.
 Pro Sanguine Draconis, Laccam sustinuit
 Avicentas in omnibus operibus suis.
 Pro Elaterio, succus Cucumeris agrestis,
 aliquantum coctus.
 Pro Sapa, Vinum dulce; & contra.
 Pro Lycio, Gentianæ succus, in ulceribus.
 Pro aqua fontana, fluviatilis.
 Pro aqua pluvia, fluvii potius quam fon-
 tana, contra quam Galenus præcipit
 in Diacodio; quia cōposita est, partim
 ex pluvia, partim ex fontibus.

DE LIQVORIBVS ET LACHRYMIS.

- Pro Opobalsamo, Stacte sive Myrrha li-
 quida, natura vel arte parata, Liquor
 Terebinthi.
- | | |
|-----|--------------------------------|
| Non | Opocarpathum, ut auctor Succe- |
| | daneorum præcipit. |
- Oleum laurinum.
 Liquor Myrti, non Semen Myrti,
 & Zedoariæ, ut præceptores nostri
 statuerunt.

Y

Pro

Pro Carlobalsamo, semen Lentisci, vel
Terebinthi, cuius multæ sunt species:
Cubebæ in minori dosi; vel Terebinthi
partes duæ, una Cubebarum.

Oleum è ramētis Iuniperi,
Pro Cedria { paratum per descensum.
vel Gummi Iuniperi.

Pro Xylobalsamo, surculi Lentisci.

Pro Oleæ lachryma, Gummi Elemni.

Pro Myrra, Bdellium, vel succus Smyr-
nii, vel Apii.

Pro Galbano, Sagapenum.

Pro Sagapeno, Gummi Cedri, Pini, vel
Opopanacis dimidium.

Pro Ammoniaco, Propolis, sive sordes
Alveariorum.

Pro Opopanace, Ammoniacum, vel Gal-
banum, vel Bdellium; maxime cum
emollire volumus. Galenus usus est
Propoli in externis.

Pro Manna Thuris, cortex cui adhæret ali-
quid Thutis.

Pro Thure, Mastiche, & Resina Pini sicca.

Pro Styrace, Benzoinum,

Pro Terebinthina, Mastiche.

Pro Mastiche, Abietina resina indurata,
aut frixa, ut docet Dioscorides.

Pro Cupressina Resina, Laricina.

Pro Abietina, Resina Pini.

Pro Pice, Resina Pini cocta.

Pro Pice liquida, Pix oleo dissoluta, vel
Pix

- Pix ex Oleo Iuniperi liquefacta.
 Pro Pissasphalco, Pix & Bitumen.
 Pro Mumia, Pissasphaltum.
 Pro Asphaltō, Petroleum, vel Gagates; &
 contra. Et carbones petrei è terræ visce-
 ribus, quibus fabri ferrarii utuntur.
 Pro Lacca, Myrrha.
 Pro Adipe Vrisi, Vulpis.
 Pro Adipe Anseris, Anatis, vel Gallinarū.
 Pro Adipe Capi, Gallinæ.

DE MINERALIBVS.

- Pro Antimonio, Plumbum ustum; & con-
 tra: Avicenna. & Stannum ustum.
 Pro Lithargyro, Plumbum ustum, Mo-
 lybdæna.
 Pro Plumbo, Stannum.
 Pro Flore Ætis, Ærugo.
 Pro Spadio, Antispodium ex Myrto, Len-
 tisco, Olea, Oleastro, Malo Cydonio,
 vel Cornu cervi ustum.
 Pro Pompholyge, Spodium Dioscoridis.
 Pro Cadmia, Lapis calaminaris.
 Pro Sandaraca Græcorum, Autipigmen-
 tum; & contra.

*De Succedaneis utrinque Behen,
 ex eodem Libelio.*

Cum radice Behen albi & rubri desti-
 tuamur, necessario Succedaneo utendum.

In cordi dicatis medicaminibus , ut Diāmoscho dulci & amaro Mesuæ , & aliis similibus, radices utriusque Buglossi substituendæ: In medicamentis ad Venerem, Horminum, Satyrium, Scincus , vel radices Pastinacæ sativæ & silvestris Dioscoreidis, sive Dauci silvestris Galeni, & Officinarum; Actuarii exemplo , qui eas Behen substituit in Diasatyrio. De his pluta in Plantarum Observationibus aut Illustrationibus nostris , aut Adversariorum altera parte.

De Ben, sive Balano Myreplica in Adversariis egimus pag. 414.

F I N I S.

G V I -

GUILIELMI
RONDELETII
MEDICI
^{D E}
THERIACA
Tractatus.

*Ex ultima MATTHIAE LOBELII
recognitione.*

X. 3.

THERIACA MAGNA ANDROMACHI.

GUILIELMUS RONDELETIUS *Lectori S.*

CV M antiquissima ac nobilissima Theriacæ Antidotus à quibusdam dispensaretur, in mentem venerunt errata aliquot à Nicolao Præposito annotata, & aliquot minime animadversa. Quamobrem plurimum me rogarunt, ut veterem illam ac vulgatam Editionem recognoscerem. quod et si mihi difficillimum esse probe perpenderem, & plane immensi laboris; nolui ramen amicis tam singularibus, honesta præsettum potentiis, operam meam denegare: tum quia sanctū esset quod tam instanter peterent, tum etiam Reip. admodum utile ac necessarium; cum omnia nostra studia & labores eo spectare debeant, ut Reip. & cæteris bonarum artium studiosis prodeesse possint. Nihil enim existim o utilius quam ut illa Antiquorum medicamenta, quæ Græcο ιανθης appellant, fideliter præparentur, atque ex selettissimis simplicibus ad communem omnium utilitatem complicantur; quod hoc hactenus, proh dolor! quorundam ignorantia ac incuria factum

non

THERTACA MAGNA. 512
non est: quo sit, ut verissimum sit carmen
Homeri, Odys. 2.

Φάσερμανγκ παλλά μὲν ἐστὶ λόγος μεταγενέσθια, παλλά
ἔχει τοιούτην.

Quam ob caussam, Lector optime, te ad
meliora quodammodo revocate videmus,
dum pro viribus admittimus veterem illam
Andromachi traditionem ad germanam
Græcorum lectionem emendare. Et ne
existimes tibi à nobis imponi, consilium
fuit quibusdam annotatiunculis reddere
rationē cur à tam vulgata illa descriptio-
ne recedamus; idque addendo aliqua quæ
nova forsitan tibi videri poterunt; ac expū-
gendo quæ nunquam ab Andromacho ex-
cogitata fuere. Sed unum abs te peto, ut
ne veteri rubiginī addicūs hæc sine ra-
tiōne improbare velis, ni prius apud te
probe examinaveris, quæ professe & iuva-
re soleant.

Cum igitur variæ sint Theriacæ descri-
ptiones à diversis Autoribus traditæ , in
tanta rerū varietate difficilis erat electio:
omnes tamen ad veram illam Galeni le-
ctionem contulimus , cum easdem omnes
truncatas & vitiatas offendisseremus : hanc
que veram ex Antidotæ libro secuti su-
mus: quæ etsi perfectior videtur ; aliqua
tamen considerabantur iniuria temporis
omissa , quæ nos pro virili restituimus ex
Galeni , Pauli , Aëtii , Avicennæ , Actua-

512 GUILIEL. RONDELETII
riique locis, ut postea in Annotatiunculis
declarabimus.

*Nostræ autem tempestatis docti quidam
impossibile quodammodo existimarunt
hanc Theriacæ confectionem absolvi pos-
se; his moti rationibus: tum quod Viperas
non haberemus, quæ sane hoc in ne-
gotio primas tenent: præterea Balsamum,
Aspalathum, Cinnamomum, Myrrham,
Rhaponticum, Calatum aromaticum,
Phu, Nardi Spicam, Pentaphylon, Schœ-
nanthum, Dictamnum Cretense, Sigillum
Lemnium, Thlaspi; tum quod omnibus
incognitum dicunt Scordium. miror non
addidisse Malabathrum, Acaciam, Aco-
rum, Bitumen Iudaicum, Opopanaxem,
Galbanum, quod non nisi adulterata ad-
vehantur, ut quibusdam placet. Sed nos
eorum rationibus faciemus satis. Absur-
dum enim est illa medicamenta inutilia
existimare, quæ à Galeno in usum trahun-
tur, et si non omnia adsint. Multa siqui-
dem ipsem Gal. suo tempore desidera-
bat, in quorum locum ἀνέκαθιδε pro-
ponebat. Enimvero si Gal. pro Cinnamo-
mo Cassiæ duplum ponendum iussit, imo
& Phu; & pro oleo Sabino, oleum anti-
quissimum; pro Omphacino, oleum pa-
ratū cum foliis olea; quid prohibet Aco-
rum ponи pro Amomo, quum Acorus cum
Amomo similem facultatē obtineat? pro
Dicta-

Dictamto Pulegium? quod et si vires pau-
lo inferiores habeat, augeamus dosia: pro
Opobalsamo Styracem liquidam? pro
Rheopontico Rhabarbarum? pro Te-
rebinthina Mastichen? pro Viperis Elo-
pes, Ophies? Sed quid moror? Clario-
ra sunt quam ut demonstratione aliqua
egeant.

Consultius itaque ab his cavillatoribus
factum esset, si tantum opera locarent
in inveniendis Succedaneis, quantum in
cavillandis aliorum inventis. Cessent igit-
ur, precor, bona medicamina infamare;
& quam pravam opinionem solent impe-
ritae multitudini tradere, omittant.

Tempestivum nunc videtur ad Simpli-
cium declarationē veniamus; hoc unum
præmonentes, pondera non respondere
ponderibus Andromachi iunioris, vel De-
mocratis. nam Democrats drachmas duas
tantum Polii, Sefeli, Thlaspi, & aliorum,
usque ad Cardamomum ponebat, viru-
perabatque illos qui constituerent quatuor;
quod tamen fere omnes qui de Theriaca
scripserunt, faciunt quemadmodum Gal.
Paulus, Aëtius & Avicenna, quos secuti
sumus. At de diversitate ponderum vide
Gal.de Theriaca ad Pisōnem.

THERIACA nobilissimum medica-
mentum dicta est, quod valeat adversus
Inqīas, id est, bestias venenosas; non au-

514 GUILIEL. RONDELETII
tem, ut quidam existimant, quod Viperas
(ita sumpto nomine ob excellentiā, sed
satis improprie) reciperen^t, nam ante-
quam additæ essent Viperæ, etiam Theria-
ca dic batur. Huc accedit, quod multæ sint
Theriacæ descriptio es, ut iam diximus,
apud Galen. in Antidotis, quæ Viperas
non habent. Non igitur à Viperis, sed ob
effectum ita fuit appellata. Posset tamen
defendi, Theriacam etiam dictam fuisse
à Viperarum carne. Cæterum hæc Theria-
ca Galene, non Galeni, nominatur, aut si
mavis, *γαληνὴ*. id est tranquilla, vel tran-
quillitatem afferens. Autor enim huius
non fuit Galenus, sed Rex Ponti Mithri-
dates; qui, ut erat exercitatissimus in sim-
plicibus, omnia ea collegit Antiphat-
maca, flores scilicet, semina, herbas, ra-
dices, gummi, & cetera quæ ya' erent ad-
versus virus feratum, Viperatum, Ca-
num rabidorum, Scorpionum, Dipsadum,
&c. nec non adversus venenum medica-
mentorum quorundam, ut Mandragoram,
Cicutam, &c & ad morbos alios complu-
res & antiquos. Ex his omnibus collectis
selectissima & efficacissima selegit, ex qui-
bus paravit compositionem suo nomine
nuncupandam; ea est Mithridatium. An-
dromachus postea (qui videtur inter omnes
exactissimam calluisse normam compo-
nendi medicamenta) eā correxit & emen-
davit;

davit; addiditque Viperas, ~~γαληνη~~ que
vocavit, id est, Tranquillam, quod tran-
quillitatem inducat: & merito quidem;
quid enim magis meretur tranquillitatis
nomen, quam quod sedat dolorem? Qui à
Cane rabido demorsi sunt, aut Vipera, aut
alia fera venenata, multum tortquentur,
multumque de morte sunt solliciti: hæc
compositio illos curat; magnam igitur
tranquillitatem inducit. Ut in summa di-
cam, nulla est præstantior Antidotus ad
antiquos & diuturnos morbos, ut iam di-
ctum est. Ad defluxiones nullum est ge-
nus remedii efficacius quam hæc Theria-
ca, siquidem fuerit recens. Febres quar-
tanæ solo usu Theriacæ visæ sunt curatæ.
Quid non facit Theriacæ? Inexpugnabiles
morbos, & quorum causa ignota est, curat.
ex omnibus enim medicamentis effica-
cissimis constat, symphonia iunctis.

PASTILLOS SCILLITICOS ali-
ter præparamus, quam antea facere sole-
bant, nam sine delectu Pharmacopolæ
Scillam vel Pancratiam accipiebant, quod
habeant eandem facultatem. Sed quoniā
Pancratium vim habet imbecilliorē, me-
lius est confici eos ex Scilla, præsertim cū
nobis facultas sit. Si Scilla careamus, Pan-
cratior uti possumus eius loco, sed in ma-
iore dosi; ut Cassia pro Cinnamomo: cum
vero adest Scilla, sumatur Scilla. Cate-
Y 6 rum.

316 GUILIEL. RONDELETII
rum pastilli hi fieri debent ex carne Scil-
læ, & spissari farina Orobii, quæ valet ad-
versus venena, & conservat Scillam à pu-
tredine suo amarore. Pharmacopœi eos
solebant parare cum pane asso, aut cum
Vicia, cum non noscent Ervum, ut nec ad-
huc omnes norunt. Cum enim nuper Ave-
nioni cœsumus, & medicamentum præ-
scripsimus Nobili à Monlau, in quo
Ervum desideraretur, iussi Pharmacopolæ
adferre Ervum, atque is Viciam artulit &
Aphacem, cum neutra illarum sit Ervum,
quod amatū est & tenuiū partium. Vicia
vero dultis & emplastica. Porro Ervi duas
constituant species: Aliam enim candi-
diorem faciunt, aliam ruffam. Ervum est
quod vulgo *des Ers* vocant, in Gallia Natb.
Eses. Quod ad Scillæ delectum attinet, ea
sumenda est aestate, præsertim Iunii ini-
tio, ad parandos hos pastillos. Tunc enim
multū succi habet. Si hyeme legatur, non
valebit. sub Canicula vero venenum est;
habet enim tantam acrimoniam, ut a stu-
correpta in venenum vertatur. Sumenda
iraque est vere, aut astatis initio. Ea lecta
inciditur frustulatim more ceparum, non
quidem cultro aut instrumento ferreo, sed
arundinaceo, aut osse.

Maiores nostri soliti erant parare P. A.
STILLOS THERIACALES ex Ser-
pentibus communibus, cum Viperas non
habe-

haberent. Nec omnino certe vituperandi sunt. idem enim præstant reliqui Serpentes : sed Viperarum vis est efficacior. Θερια Græci animalia appellant (latiore significatione accepto vocabulo) quæ cicatrici non possunt. Medicivero θερια, quæ morsu venenato vel punctura venenum iaculantur, hominique nocent, appellant; sub quo nomine & Aspides, Elopes, & Ceraastes comprehendunt. Quamobrem non erit absurdum Trochiscos Theriacales dicere, cum ex feris conficiantur, quæ & facultate sua iuvant, quemadmodum Viperæ, & si ausim dicere, convenientiores sunt. præter enim id quod calefacient & exsiccandi vim habent, adversus angues nostros peculiariter iuvant. Nam Theriaca, ut autor est Galenus ad Pisones, olim citra ferarum commixtionem confectum medicamentum similiter ad eiusmodi mirifice faciebat: Sed postquam Andromachus Viperas commiscerit, ad morsum Viperarum medicamentum fuit efficacius: imo, si credamus Galeno, lib. 2. de Antidotis, Mithridatica compositio adversus plurima venena valet, præter Viperarum ictus. Nihil igitur habuit Theriaca additis Viperis, quam quod ad Viperarum morsus sit efficacior. Sic nostrum medicamentum efficacius erit ad morsus Serpentum, cum nullum nobis periculum.

318 GUILIEL. RONDELETIE
imminicat à Viperis. Adde quod pingue-
dinem Serpentū quotidie experimus plu-
rimum valete, & carnes non plus venenī
in se continere quam olim haberent Vi-
peræ, si debito modo adhibeantur, & qua-
les oportet capiantur. Nam & in capien-
dis delectus servandus est, quemadmodū
& in Viperis: ut quæ prope mare degunt,
~~et~~ ~~Phædri~~ sunt; & quæ in aquis, excrenata-
sæ; & quæ utero gerunt, repudiadæ. Quas
astine venantur, vel hieme, nos Elopes
vel Angues bene nobiles in vineis degen-
tes, Vere captos eligimus, non diu asset-
vatos. (ut solent facere Pharmacopolæ)
& preparatos, ut ars iubet, cum pane asso
Trochiscos conformabimus: sic servatos
& exsiccatos, ut neque stiram redoleat, ne-
que caiiem senserint. Quod videatur Do-
minis Doctoribus dosin augendam esse,
quia imbecilliores sint, non improbor:
quod si quis Viperas nancisci possit, ut
iam facimus eas capiat, & angues omit-
tat. Paulus Æginera etiam de Viperis lo-
quens, ὄφις dicit: Ea autem locutio esse
videtur per excellentiam, quo commune
aliquid vocabulum rei singulari attribui-
mus: unde & ὄφις Viperas vocat. Cum
autem simpliciter legitur ὄφις, de Vipera
intelligendum est, quia præstantissima
inter serpentes est. Vnde & in Theriaca
assumenda: non quod remedio egeamus
ad-

adversus illarum mortus, siquidem in nostris Regionibus non reperiuntur, sed ob alias Viperæ facultates: desiccant enim vehementer, calefaciunt, & visum acuunt. Viperas nihilominus veras tum in Italia, tum apud Egittones habemus; quicquid dicant qui id negant. Certissimum enim signum est Viperæ, & nota certissima, si vim animal pariat, ut inter pisces Galeus; unde & nomen habet, ut scribit Aristoteles, & experti sumus in nostris adibus. Adhac Viperarum descriptio tam exacte illis convenit, ut nihil magis; & maxime ea quæ tradita est ab Aëtio, viro per quam diligentissimo in describendis Viperis. Ut unam è multis notâ adferamus: statim in caudam desinunt, quam crassissimam habent inter reliquos serpentes (præter Amphisbænam, quæ adeo crassam habet ut bina putetur habere capita:) omnes denique notæ feliciter reperiuntur in ea. At dicat aliquis: Elephantiasin non curat, ut scribit Galenus. Esto. Si mentiri voluit Galen. quid tum? neque enim verisimile est tempore Galeni curari potuisse Lepram iam confirmatam. Sin autem quis dicat, id non ideo præstare, quia ex Italia adferantur, quæ regio non sit satis calida; Nugæ. si enim venenum retinent, cur non & alias facultates? Nemo igitur dubitet, quin vera Viperæ nostris tem-

Porro ut conficiantur Pastilli Theriales, præparatione omissa, hoc tantum ex Gal. addam, melius esse paulo ante eaptas sumere, quam diu retentas. nam quæ diutius retentæ fuerunt, venenosæ sunt magis, ut ex hominibus ieiunis coniicere licet.

Andromachus MAGMA HEDYCHROON, ita à coloris iucunditate appellatum, non Trochiscos de Corallo, ut Nicolaus Præpositus falso putavit, desiderat. Multo satius fuisset, si Trochiscos Alindaracrum Avicennæ posuisset, vel Trochiscos Hedychoi, quos annotavit in Antidotario: qui etsi Tamaricem recipient, Asphal-thum desiderent; magis tamen accedunt ad Hedychoi compositionem quam hic constituiimus ex Gal. lib. ad Pamphilianum. Hæc enim paratu facilior est, & clarior, & melior. Nam in lib. de Antidotis pedesti oratione scripta est, quæ Maron & Amaracum desiderat. At Maron nobis prouersus incognitum est, nisi illa sit, quam vulgo Marielaine franche appellant; quam ob causam consulto Amaracū addidimus, & illam, pro Maro. quod si per Amara-cum intelligat aliquis Sampsuchum, pro Maro ponî potest Sysymbrium. sunt enim eiusdem facultatis, ut Dioscorides docuit. Quantum vero differat Hedychoon
magma

magma à Trochiscis Diacoralli , fide m
facit utrorumque collatio. hi enim Pa-
paver, Pedem columbinum, ut alia omit-
tam, recipiunt, quæ non sunt in Hedy-
chroo. Non itaque ponendi.

P I P E R N I G R U M non tam valet ad
~~αιπφάρμακον~~ atque Piper Longum & Al-
bum : sed quia omnes sic habent , nolui
immutare. & 3 xxiiij. indidimus , quam-
vis aliqui sex tantum: Paulus tamen, Aë-
tius & reliqui, xxiiij censem ponendas;
& Nigrum, non Longum , ut in quibus-
dam Exemplaribus legitur , & in carmi-
nibus Andromachi. Neque tamen impro-
barem si quis Longum sumat ; tum quia
in carminibus Longū est , tum quia Anti-
dotis, si Dioscoridi credimus, aptius. Tū
vero iudica.

O P I U M , vel M A N D R A G O R A , vel,
H Y O S C Y A M U S addi solent in Antido-
tis , quia incrassando constringunt mea-
tus, ne Venenum ferri possit ad cor ; &
sic iuvant operationem Antidoti. Eodem
plane modo Bolus Armena & Terra sigil-
lata lentore suo & crassitie prohibent vim
Veneni ad cor deferri , non autem pro-
prietate occulta , sed incrassando. quare
quæ tenuissimum sunt partium, ut Mos-
chus, Ambra, non convenient, quia fa-
ciunt citro penetrare venenum ad cor. sic
Cicuta cum vino absorpta occidit citissi-
me;

Rosarium, remotis unguibus, drachmas
xij ponimus: Avicenna xxiiij ponit.

Scordium quod Fuchsius putat om-
nibus incognitum, nunquam antea in ali-
qua Antidoto positum, apponendum cen-
suimus (quanquam tamen opera & dili-
gentia doctiss. viri D. Guiliel. Pelliterii,
Mompeliani Episcopi vigilansissimi, pri-
mum in Gallia iam à decem annis cognitum
sit) & non Allium silvestre, ut vulgo
Pharmacopœa facere solebant. Stultum
enim esset Σκόρδον ἄρτον, id est Allium
silvestre, ut Avicenna docuit, collocare,
cum tam frequens apud nos sit Scordium
herba. Excusandi fuerunt Maiores nostri,
quibus incepsit fuit; neque graviter
peccarunt in hoc simplici. est enim Allium
sylvestre, Theriaca Rusticorum. Utinam
in aliis Succedaneis tam bene iudicas-
sent! Non est tamē conferendum Allium
cum Scordio. Scordium enim maiorem
habet vim adversus putredinem, quam
vel Myrrha ipsa, ut videre est apud Gal.
lib. de Antidotis, qui eius inventionem
declarat. Quis autem, nisi stultus, dicat
Succedaneis esse utendum, cum propria
habeamus? Scordium enim copiosissime
per totam Galliam nascitur. Reiiciendum
itaque Allium.

SEMINIS NAPI; & recte: quan-
quam

quam nonnulli, Seminis Rapæ, legant.

IRIS ILLYRICA ea debet apponi
quæ Venetiis affectur.

AGARICUM sumatur candidum, le-
ve, &c.

CINNAMOMUM à viris doctissimis
in discrimen vocatū est, cum dicant nos
vero Cinnamomo carere; ac id quod pro
Cinnamomo ostenditur, potius esse verā
Cassiam: nos tamen putamus esse Cinnam-
momum; et si non sit illa species tanto-
pere ab Antiquis laudata: quam ob cau-
sam nos istius Cinnamomi 3 xxiiij po-
suimus (etiamsi nonnulli 3 xi) tantum
ponant) duplii nomine: tum quia in
quibusdam exemplaribus xxiiij drachmas
Cassiae scriptum legimus, ut etiam in se-
cunda descriptione Avicennæ; tum ut
omnibus fieret satis, nam si Cinnamo-
mum esse negent, non possunt improbare
consilium nostrum, cum Gal. de Compos.
Pharmacorum doceat his verbis: Necessa-
rium nobis est, ubi Cinnamomo caremus,
Cassiam optimam coniiciamus, aut plus-
quam duplo Cinnamomi pondere, aut
omnino non minus. Sed Cinnamomum
verum habemus. Si cineritium illum co-
lorem non habeat, in causa sunt merca-
tores, qui eius superficiem abradere so-
lent, colorem naturalem auferentes. At
odorem Rutæ non habet. Nec habere de-
bet.

524 GUILIEL. RONDELETII
bet. Error enim est in Diosc. nam pro ~~zavīzorū~~ legendum est, ~~de zavīzorū~~ quod
facile probari potest ex eodem Dioscoris
alio loco, ubi ait Amomum habere
Origani odorem. Hinc enim luce clarius
colligere licet, Cinnamomum Origani
odorem referre; aliumque texū corruptū
esse. Et quanquam Dioscor. dicat diver-
sas esse arbores Cinnamomi & Cassiae;
Gal. tamen diversæ est opinionis; afferit
que se vidisse in capsa cuiusdā mercatoris
ramum unum, cuius altera pars Cassia es-
set, altera Cinnamomum.

GLYCYRRHIZÆ SUCCUM apposuimus,
quia efficacior est quam radix ipsa; et si A-
vicenna in tertia descriptione radicē po-
nat: & vere poni potest succus; nec timen-
dum est de succi adulteratione. Nā tanta
est copia Dulcis Radiculæ, ut parvi veneat:
Et etiam cum Theriacā componere volu-
mus, expresse succum extrahere debemus.

OPOBALSAMUM sincerum ad nos
non adfertur, sed multis modis adultera-
tum: quin etiamsi adulteratum non esset,
recens non est, sed antiquum. nam cum
ex regione longinqua petatur, non po-
test non esse antiquum; est siquidem
antiquum. si annum excesserit, fitque inu-
tile. Etsi nonnulli dicant in Novo Orbe
reperiiri, incertum est an verum sit: suc-
cedaneo itaque utendum. Quid vero substi-
tue-

tueimus , cum succedaneo opus sit? alio-
qui manca esset Compositio & corrupta.
Non sequemur hac in re consilium Maio-
rum nostrorum , qui Oleum Laurinum
pro Opopobalsamo ponи docuerunt. Opor-
tet enim succedanea & viribus & tem-
peramento respondere, ut doctissime à Gal.
monstratum est. Sed oleum Laurinum ca-
lidius multo est Opopobalsamo, cum oleum
Laurinum inter calidiora adnumeretur,
quod ex fructu potest cognosci. Solet
enim oleum expressum eiusdem esse tem-
peramenti cū fructu ex quo exprimitur.
At folia & fructus Lauri desiccant & cale-
faciunt vehementer, plus etiam fructus;
ergo & Oleum: Opopobalsamum vero desic-
cat & calefacit in secundo excessu tantū.
Igitur non respondent. Adhæc Opopobal-
samum tenuium est partium, Oleum vero
Laurinum crassarum: Opopobalsamum ven-
triculum soborat; Laurinū autem oleum,
ut ait Diosc. οὐ ταῦτα διε ποθέν id est, po-
tum nauseam facit, & laedit ventriculom,
non alia ratione , quam quod ventriculo
adversatur: idem autem efficere Opopobal-
samū, negandū est. Non enim est oleū, sed
succus Balsami. Vnde autem id natū sit, ut
Oleum Laurinum in Antidotis poneretur?
Puto hinc esse natum, quod olim Oleum
parabant cum Myrrha & Stacte, ut Diosc.
docet. Extra adhiberi non prohibetur, ut
etiam

526 GUILIEL. RONDELETII
etiam oleum Irinum : quāvis in versione
Vallæ & multis exemplatibus Græis
(falso tamen) Laurinum legatur. Balsa-
mum arte compositum reicitur. Errorem
indicavit ante 114 annos Santes de An-
dronis de Pisauro Medicus in hac parte
Alexipharmacœ diligentissimus & pro-
batissimus. Post eum Nicolaus Præposi-
tus , qui Medicorum Mompelianorum
mentionē facit, tanquam autorum huius
hæresecos. Alii ex semine Citri & Corallo
~~ærulicæ~~ conficiebant ; sed inepte.
Nam quāvis semen Citri valeat aduersus
venena, reperiuntur alia multo efficacio-
ra. Alii asserebāt fieri debere substitutum
ex Myrrha destillata: quod expertum fuit;
& ex destillatione oleum exceptum, sed
usque adeo fœtidū, ut nemo ferre posset.
Omnibus itaque reiectis, substituam Sta-
cten, ex præscripto antiquorum , Galeni
scilicet, Pauli, Aëtii, qui asserunt easdem
Stactes vires & Opobalsami. Est autem
Stacte nihil aliud, quam Myrrha liquida,
&, si Diosc. creditus, est pinguissum
Myrrhæ recentis cum aqua exigua rufa,
& prælo expressæ , proportione respon-
dens Myrrhæ. Myrrha autem secundi est
ordinis exclefacentiū & exsiccantium,
sicut & Balsamum. Adhac & vulnera con-
solidat, quod facere Balsamum creditur à
notoris Medicis , quanquam Gal. nul-
lam

lam eius mentionem faciat. Idcirco autem hic positum fuit, quod adversus venenata animalia valet. quod ex eo colligere licet, quod ubi nascitur Balsamum, nequeant habitare Serpentes aut alia venenata animalia. Qui de omnibus dubitate solent, Myrrham istam reiiciunt, quia parum respondeat descriptioni, tum maxime quod *διάδημα*, id est, odorata non sit, ut Diosc. & Gal. dixerunt. Nos autem Myrrham dicimus esse, non Trogloditicam vel Amineam. Et quod non sit odorata, in causa est, quod ab ea expressa sit nobilissima Stacte. Nam, ut Diosc. docet, ex pinguibus exprimitur pingue & odoratum. Minus etiam odorata est, quia ex calentibus & aidis locis adferriur. Neque tamen dicendum est talem esse *ἄνθρωπος*, id est, infirmam & ignoravam, ut in quibusdam exemplaribus legitur, ubi legendum *ἄστρα*, id est, sine odore; illamque amittere suam commendationem, non ad sanitatem, sed ad voluptatem. At hi qui dicunt nos non habere veram Myrrham, falluntur, aut in hoc, quod, cum Diosc. diversas notas diversis speciebus assignavit, omnes eas in una specie reperiri velint, alioqui veram negent esse Myrrham; aut quod dicat *ἄστρα*, non esse, ut vult Dioscorides. Sed id plane negamus. Sumitur autem vox *διάδημα* pro eo quod bonum spirat odo-

528 GUILIEL. RONDELETI
odorem. In hoc autem error est. Nam
Diosc. & alii plerique scriptores ~~διάδημα~~
sumunt pro eo quod multū olet, sive bo-
num spiret odorem, sive malum. Signifi-
catio autem vocabulorum non aliunde
petenda est, quam ab eo authore qui rem
ipam describit; quemadmodum Diosc.
ut dixi, hoc modo sumit ~~διάδημα~~, ut videre
licet cap. de Pice arida, ubi ait, debere esse
puram, pingue, ~~διάδημα~~. Nemo autem in-
terpretabitur intelligi de suavi odore, sed
forti & gravi, quia quae igne eliciuntur
non possunt non sumum redolere & te-
trum odorem spirare. Idē esto iudicium
de Blatta Byzantia, quam dicunt esse ~~διάδημα~~.
Sin hæc ratio non placeat, dicemus,
Véteres non adeo delicatos fuisse atque
sumus, & quod nobis male olet, ut Myr-
tha, illis bene & suaviter oluisse: quod in-
de probari potest, quod in suis unguentis
ad delicias paratis, Galbanum admis-
bant; quod haud dubie fœtidi admodum
est odoris.

De CROCO & GINGIBERE nulli
dubitant.

Reclamat Sceptici Medici, quod pro
RHEOPONTICO Rhabarbarum (se-
quuti Avicennam) ponimus. Non autem
temere id factum est. nam cum Rhaponti-
cum hoc Pharmacopolarum nullo modo
respondeat picturæ Rhei pontici, satius
est

est Rhabarbarum vocatum coniicere: quanquam istud Centaurū maius à virtutis doctissimis iudicetur esse, nec inepte. Rhaponticum enim & Centaurium hoc maius easdem fere habent facultates. Cōponitut Rhaponticum ex diversis partibus: ex terrea videlicet & frigida substantia, quod indicat adstringētio: habet etiam adiunctam caliditatem; subacre enim tē, peritur, si plusculum mandatur, qua facultate potest alvum dicere: quin etiam aëreæ cuiusdam est substantiæ particeps, quod indicat laritas & dulcedo. Convulsis, ruptis, dysentericis, sanguinem exspuentibus utile est & orthopnœæ. Centaurium maius in gusto contrarias qualitates habet; ita in usu contrarios effectus præstat: gusto itaque acre simul & adstringens apparet, cum leviuscula dulcedine: quæ omnia in Rhapontico esse monstravimus. Prodest iisdem reffientibus sanguinem, ruptis, convulsis, dyspnœæ, orthopnœæ: quamobrem medicamentum imbecillius non erit si pro Rhapontico Centaurium manus posuerimus. Nam Rhaponticū & Rhabarbarum sola regione differunt & levitate, ut Rāpæ quæ apud Lemovices nascuntur, & quæ solo sterili, differunt solum dulcedine aut crassitie, aut alia differētia à solo desumpta. At dices; alterum magis rārum est, alterum

530 GUILIEL. RONDELETII
densius. Respondeo, id facere copiam vel
inopiam alimenti: aut dicendum, Merca-
tores qui advehunt Rhabarbarum, illud
comptimere cum recens est, ut minus lo-
ci occupet, & densius reddatur; quod
sciant densum laudabilius esse: quod fa-
cile fieri potest. Si enim compressam radi-
cem desicces, minor erit, minusque spa-
tium occupabit, nec diminuetur quanti-
tas. Si vero Rhabarbarum nostrum non sit
veterum Rhaponticum, quid erit? Qui-
dam aiunt esse radicem Centaurii mai-
oris, & Galenus ait radicem Centaurii ma-
ioris easdem facultates habere quas Ra-
ponticum.

Male negat Manardus, nos verum
PENTAPHYLLON habere. nā passim
nascitur, & omnino descriptioni respon-
det. Est præterea alia nota à Theophrasto
tradita, quæ nobis est certissimo indicio
nos Pentaphylon habere: scilicet quod
Pentaphylli radix exsiccatione fiat qua-
drata: quod sane illi proprium est. con-
venit enim soli Pentaphyllo quadratam
fieri exsiccataam radicem; quæ nota falle-
re nos nequit. Sunt ex Practicis qui pu-
tent Tormentillam esse Pentaphylon:
quod non improbo; cum Diosc. det illi
radice oblongam, Veratro nigro crassi-
rem, & propius accedat ad veram Penta-
phylli descriptionem. Sunt qui Hepta-
phyl-

phyllon vocent, à numero foliorū; quod & in vulgari etiam invenies. Diosc. etiam ait habere quinque folia, aliquando plura. Verum quamcumque assumpseris, hanc ne Diosc. an illam Theophrasti, non erabis: ambæ enim valent adversus venena. Potest itaque sumi Tormentilla pro Pentaphyllo, & Pentaphylon pro Tormentilla.

N E P E T A M [aut Nepitam] Latini, Græcorum Calamintham appellant: qua de causa Galenus miratur quod Andromachus, cum Græce scripscerit, hoc tantum nomen Latinum addiderit. At hoc ~~ne pēp-~~
zas dictum sit.

M A R B U S I U M lippis & tonsoribus notum est: eam ob causam prudens prætereo.

Danda est opera ut **S E L I N O N** quod in petris nascitur recuperemus: non quod ob eam causam Petroselinum dictum velim, sed quia maioris est efficaciam, & prius accedit ad Macedonicum, ob amorem. Nec ob eam causam damnanda erit hæc compositio. Nam, ut Gal. de Petroselino scripsit, Quod si Estreaticum desideres Petroselinum, nihilo tibi deterius fore putato Theriacæ medicamentum, si alterum iniicias. Cuius rei subdit rationem. Non enim, inquit; si mortiferis venenis, si venenatorum morsibus aliud ab

532 GUILIEL. RONDELETIE
Estreatico Petroselinū minus congruit,
propterea reliquis etiam morbis, ut tor-
minibus, ventriculo debili, hydropisi, &
id genus aliis segnius opitulatur, quos in
primis sanare Theriaca promittit. Aliam
præterea causam assignat, cum inquit:
Adhæc Estreaticum Petroselinon ama-
ram etiam plus æquo Theriacam fa-
cit, præsertim cum recens adhuc im-
ponitur. nam ut acrimonia, sic ama-
ritudine hoc alia superat. At, ut ali-
bi docuit, suavitas in medicamentis quæ
deglutiuntur, est spectanda, cum in se
habeat multa amara. Avicenna semen
Apii montani posuit in tertia descriptio-
ne. Petroselinum verum nascitur in mon-
tibus Delphinatus, & apud fontem Vau-
clusæ.

STOCHAS satis nota est, agroque
Mompeliano frequentissime provenit.

COSTUM nonnulli in discrimen vo-
cant. Certissimum autem est, nos duas ha-
bere Costi species: primam scilicet (quam
Zedoariam vocant vulgo) & secundam,
quam nemo negabit eam esse quæ ad nos
adfertur, præsertim cum acerima sit.

De PIPERIS Albo tantum sciendum
est, Galenum ibi Piper Album legere, ubi
Avicenna Nigrum; & econtra. Piper Al-
bum & Longum magis medicaminibus
& Antipharmacis convenient: Nigrum
vero

vero eduliis & alimentis condiendis. Pi-
per Longum facillime adulteratur. Adul-
teratum autem cognoscitur, si aqua insper-
sum dissolvatur. Non reperitur hoc Pi-
per Longum in descriptione ad Pamphi-
lianum.

DICTAMNUM in Creta tantum cresce-
re, & inde CRETENSIS dici existimant
Autores, quod sic depictum sit à Diosc.
Cretensis herba est, acris, levis, Pulegio
similis, sed maioribus foliis, quæ tomen-
to quodam spissaque lanugine pubescunt.
Florem nullum aut semen profert: (etsi
apud Paulum falso legatur Δικτάμνος ἄρ-
θρο) Pharmacopolarum Ψυλλοδίκταμνος &
florem & semen profert: quam ob causam
malumus succedaneo uti, quam incognita
illa radice qua pro Dictamno utuntur
Pharmacopolæ. Pulegium itaque pro Di-
ctamno iniecumus, quia nulla est herba
quæ proprius accedit ad Dictamni facul-
tatem ipso Pulegio, docente ipso Diosc.
Præstat omnia quæ sativū Pulegium, sed
efficacius malto: & Gal. Dictamnum
tenuiore essentia constat quam Pulegium,
cetera illi simile. Quod si per omnia simi-
le, haudquaquam male pro Dictamno re-
cipietur, cum ipse Avicenna in omnibus
descriptionibus pro Dictamno Pulegium
posuerit. Præterea à Nicandro (in suis
Theriacis,) Dioscoride, Serapione, Paulo

Non mireris, candide Lector, si pro
FLORE IUNCI ODORATI, quem
uno vocabulo Schœnanthon vulgus ap-
pellat, herbam ipsam monstremus. Audi
Gal. Adhac Iuncum ex Arabia petitum
imponere præcipit, nescio qua de causa,
Schœnanthum, id est, Iunci Florem à
vulgatis appellatum. Nos siquidem,
cum Florum copia non adsit, Iuncum uti-
mur ex Arabia compoitato, cuius summi-
tatem Camelis sepenumero abroserunt. iu-
cundissime namque hunc Iuncum Came-
li pascuntur, secus vias ibi plurimum
nascentem. Ex his disce, multa fuisse sim-
plicia tempore Galeni, qualia nunc sunt.
Non itaque peccant, qui Iuncum ipsum
huic compositioni imponunt, ut ex Gal.
loco iam citato patet, & Diosc. qui ait
radicem & herbam eiusdem esse faculta-
ris cum flore & efficaciæ. Imo si flores ad-
fertentur, abiiciendi essent & postponen-
di Iuncum ipsi. nam cum sicut admodum re-
nuium partiū, eorum vis facile evanescit;
& priuquam ad nos pervenissent, plane
inodori redderentur.

De THURE nihil inpræsentiarum di-
cemus.

Quamquam TEREBINTHUS hoc
agro Mompeliano frequens sit, non ta-
men

men Terebinthinam habemus: & quemadmodum Lentiscus, hic alioqui frequens, Lentiscinam non stillat, ob Solis imbecillitatem; sic nec Terebinthus Terebinthinam. Sed, Galeni doctrinam sectati, pro Terebinthina Abietinam coniecamus. nam 4° sanitatis tuendæ sic scripsit: Quod si copia Abietinæ non adsit, eius loco Terebinthina. Cum pro Abietina Terebinthinam ponendam doceat; sic ecentia pro Terebinthina Abietinam recipiemus. Quod evidentius monstrat alio in loco, his verbis: Quin etiam in penuria Terebinthina cum ~~enī~~ ~~et~~ ne ~~egular~~
~~ūgā~~, tum frictam commode admisceas; non minus etiam iis & Abietinam immittas. Quod si forte quis hanc Resinam Abietinam esse neget, Mastichen ponemus, quæ inter Resinas principatum obtineret, teste Gal. vel (ut Diosc.) Terebinthina respondet viribus. Fidem forsitan augabit, quod in Paulo legatur, Τσπύρινης ~~Masīx~~, quasi vellet dicere, Resinæ Mastichinæ; vel Mastichen & Terebinthinam imponi velit. Tu iudica.

CASSIAM FISTULAREM vocat Cassiam Ligneam, aut Cinnamomum crassum; ne qui existiment cum intelligere Cassiam illam Fistularem Arabum, quæ vim habet laxandi ventrem. Est enim Cinnamomum crassum, efficax, ut odor & sa-

536 GUILIEL. RONDELETII
pot monstant. Nec absurdum est, dimi-
dium Cinnamomi pro Cassia constituere;
cum pro Cinnamomo duplum Cassia po-
nendum sit.

S T R A X eligenda optima.

N A R D U M nemo debet damnare, quod
spica non sit, sed potius radix. Nam Gal-
lis verbis docet esse radicem: Iubet dein-
de Andromachus Nardum Indicam impo-
nere, quam ex eo quia Spicæ figuram imi-
tetur. Nardi spicam nominant, quamvis
radix sit. Rursus Damocrates Νάρδος πίζαν
1, dīs scripsit, non spicam. Indica autem
dicitur, non quod in India nascatur, sed
quod in aliquo monte nascatur Indiam
spectante; quemadmodum Syriaca, quæ
in monte Syriam spectante. Eodem modo
& Britannica dicitur (ea est Bistorta vul-
garis) non quod in Britannia solum na-
scatur, sed quod in regione Britanniam
spectante Ceterum Nardus Indica ceteris
efficacior est.

Nunc ad T H L A S P I veniendum: quod
omnibus incognitum putar Manardus,
eo forte quod nunquam videvit. Ut au-
tem vetum fatear, non omnibus cognitū
fuit Thlaspi, sed iis dumtaxat qui de re
herbaria bene meritisunt. Eius descrip-
tionem require in Diosc. Frequens est in se-
mitis Tolosani agri, & aliis plerisque lo-
cis. Temperamento calido est, ut Nastur-
tium.

tium. Avicenna pro Thlaspi, Seleteli habet: at in Arabico Thlaspi legitur. Vulgus Pharmacopolarum, quod Sinapi species quædam sit, album appellant.

SEMEN APII restituimus ex de-
scriptione ad Pamphilianum. In Paulo
enim & Avicenna idem scriptum reperi-
mus, tum etiam in Theriaca Antiochii
Philometoris, in medicamento anodynō
Kāmīz̄ā dicto: rursum in Zenonis, Aëtii,
Galli, Theriacis: quod etsi ut Petroseli-
num adversus venena parum aut nihil
prosit, ad alias morbos non parum iuvat.

Pro MALABATHR O, ut bene à ma-
ioribus nostris v̄sum est, ponendum cen-
suimus Spicam. Habet enim Foliū ean-
dem cum Spica facultatem, teste Gal lib. 6.
de simpl. Idem scripsit Paul. in Succeda-
neis. Quod si aqualem vel similem habet
facultatem, frustra additur Macis; cum
neque addendum quicquam dicat, neque
detrahendum. Avicenna post Malaba-
thrum addit Epithymum; qua ratione,
nescio; quemadmodum & Moschum post
Piper Longum.

HYPOCRISTIS etiam sub Lado
[aut Ledo] reperitur: quod Cisti spe-
cies est, longiora habens folia, & gluti-
nosa.

NARDUS nostra CELTICA ea vere
est quam Antiqui Celticam vocaverunt:

Z S. non

532 GUILIEL. RONDELETII
non igitur reicienda: neque audiendus
Marcellus, qui negat Spicam nostram esse
Celticam. Raro autem visitur, quia in
summis montibus nascitur, quos perpetua
nix fere obsidet. Radix sumenda.

Pro TERRA LEMNIA sumimus Bo-
lum præparatum, ut Gal. docuit. Neque
eam ob causam vituperanda est hæc terra,
quod à Lemno non advehatur. Est enim
hæc terra medicamentosa, lutumque cum
aqua ex ea fit, quod habet desiccandi fa-
cilitatem, & astrictionem non contem-
nendam, qua catarrhos sistit. Prodest tem-
pore pestis. Ut in summa dicam, mallem
hac uti, quam Terra sigillata egregie adul-
terata. Rubrica Lemnia à Galeno vocatur.

Difficilius fuit iudicare, quid pro CHAL-
CITIDE accipiendum esset, cum Atramé-
tum Sutorium (quod Χάλκαιον) Σᾶρις,
Μίση, Χαλκῖνος parum ab invicem differre
videantur. Et quanquam non gravis esset
error, si Χάλκαιον, vel Μίση, vel Σᾶρις,
pro Chalcitide posuissimus (sunt enim fa-
cultatis eiusdem) tamen Chalcitin veram
maluimus accipere: quam (ut præcipit)
assari curavimus, & quod magis spumo-
sum erat accepimus. Χαλκῖνος Vitriolum
Romanum non est, quanquam easdem ha-
beat facultates; sed Chalcanthi videtur
species: que urenda est donec nihil viridis
apparet; estque ζαλκησθετις, id est, similis

xii.

æti. Vruct Pharmacopœi Chalcitin donec rubra fiat: sed inepte illi; non enim usque adeo est adurenda Ait enim Galen. urendam donec fiat cineritia, & amittat viride, ut ostendat quantitatem adustio-
nis. Nos itaque legimus, *tosta*, & *non usta*, ut est apud Galenum.

Quid sit *A'monum*, ut ingenue fa-
teat, ignoro. malo enim meā fatei igno-
rantiam, quam studiosi, hac in re aliquo
modo imponere. Non me latet, multos
faisse in Gallia & in Hispania, qui se inven-
nisse gloriantur: cum nihil minus fece-
rint. Nam semen illud quod pro Amomo
monstrant, inodorum, nigrum, lene,
gusto neque acre neque etiodens est; cum
debeat esse candidum, modice rufum, se-
mine plenum, uvarum racemis simile,
ponderosum, odoratissimum, acre gusto,
& etiodens. Nos pro Amomo Acorum po-
suimus. Amomum, ut inquit Gal. Acoro
similem facultatem obtinet. Ergo Acorum
pro Amomo n' fas non erit ponere. Sunt
qui Amomum Rosam seu Pomum Hie-
richontis dicunt quod care admodum ven-
ditur, ob id quod mulieres fabulentur co-
ducere ad partum. In Alexandria fie-
quens; & ad nos advehetur, si præmo-
niti essent mercatores.

Mirabitur aliquis, quod pro A C O R O
in omnibus locis Galangam crassam, non

540 GUILIEL. RONDELETII
vulgarem illam radicē posuimus. Sed,
ne id temere factum existimes, sciendum
est, hanc vulgatem radicem Acorum non
posse esse, tum quia rubra est, & ingratu-
odore: cum vera Acorus albam habeat ra-
dicem, gustu acrem, odore non insua-
vem, ut ait Diosc. Cum autem hac om-
nia in Galanga manifestissime invenian-
tur, &, ut Musa testatur, florem croceum
& folia Iridis angustiora habeat, Acorum
dicimus esse.

Etsi Fuchsius Valerianā neget esse Phu,
Valerianam pro Phu posuimus, non enim
valet eius ratio. Phu caulis λεπτός τεφε-
ρές, id est, lenis & tener exsistit; Valeria-
næ caulis angulosus: cum herba & lenis
& quadrato caule possit esse. Quod de flo-
ribus dicit, similes Narciso non esse, ve-
risimile videtur: flores tamen habere palli-
dos, sicut & Narcissus: quod sufficit, cum
omnes aliæ notæ nullo pacto discrepant.

CARPOBALSAMUM vulgare nullam
aut paucam vim habere videtur; & puto
semen esse Terebinthi. Eam ob causam
Cubebas vulgo vocatas ponēdas dixerim,
quæ forsitan verius sint Carpopbalsamum,
quam Carpesium; nisi reclamet Actuarius.
At Gal. lib. de Antidotis Carpesium dicit
esse herbam Phu appellato genere simi-
lem; validiorem tamen, atque aromati-
cum quiddam plus olentem. Et eodem lo-

cos

co : Tenuia quædam Carpesi farmenta Cinnamomi virgultis similia sunt ; non semen igitur potest esse. Cubebæ autem non multum vitibus & temperamento differunt à Carpolbalsamo. Diosc. ait Carpolbalsamum adulterari semine Hyperico simili quod Terebinthi semen esse videatur, ut ex Theophrasto patet.

Pro ACACIA, Prunellorum succum ponere non est absurdum. Potest & Rhus pro Acacia poni ; quia, ut ait Diosc. folia Acaciae effectus præbent, ut in Succedaneis reperitur succus Lentisci.

BITUMEN IUDAICUM, Græcis Ασφαλτός, communiter laudatur quod purpuræ modo splendet. Nigrum adulteratum est. Sed cum aliud non advehatur nisi pice imbutum, dosin augere oportet. Eiusdem facultatis est cum Pissasphalton, quod vulgo Mumiam appellant. Pissasphaltum autem medium facultatem habet inter Picem & Asphaltum: eam ob causam Avicenna & quidam alii pro Bitume Mumiam ponunt. Asphaltum deprehendes ex odore Trifolii fœtidi, quod à Bituminis odore Ασφάλτος dictum est. Quod ad nos adfertur, Pissasphalton est. Cum Diosc. ait probari si purpuræ modo splendeat, non ita intelligendum est, quasi velit habere purpuræ colorem, sed quod in sua nigredine splendeat ut Purpara in

542 GUILIEL. RONDELETII
suo colore; aut quod simile sit purpure
exsaturatae, quæ quodammodo ad nigre-
dinem tendit. Plurimis locis provenit, ut
in Avernia, &c.

CENTAURI TENUIS [aut MINORIS]
folia & flores ponimus, non radices, quas
tanquam inutiles reiicit Galen. & Diose.
etsi Lumē illud Pharmacopolarum aliter
sentiat.

Ne quis nos reprehendat, quod A R I-
S T O L O C H I A M tenuem, non Clematis
titin aut Rotundam, ut in lib. ad Pamphilianum
scriptum est, adiecerimus: non
enim id temere factum est: Nam in car-
minibus scriptum invenimus, οὐ πεπλω
πίζας Αἰγαλόχει & ad Pisonem, tenuem
dicit. hic accedit quod de Clematiti ait
Galen. Quæ Clematitis appellatur, fra-
grantior est, ita ut ad unguenta utantur
unguentarii; sed ad sanationes infirmior.
Hic autem non ad voluptatem sed ad sa-
nitatem ponitur: *tenui* igitur ponenda est:
castigandusque est locus ille, ne parum
cauti fallantur. Interpretis Centunculum
vertit: Centunculum autem Latini appelle-
lant Gnaphalion. Si autem addatur Gnaphalion,
id erit præter Andromachi, Gale-
ni, alio ūque mentem. Nec interpretibus
semper fides est adhibenda, etiam si Græ-
ce & Latine periti sint. Malim enim illos
minus disertos esse, & rerum bene peri-
tos:

tos: hi siquidem solœcismum in nominibus duntaxat committunt; illi autem in rebus & lœpe in vita. Hic itaque neque rotundā Aristolochiam, neque Clematitīn aut [Pistolochiam, aut] Polyrrhizon, quæ unguentis parandis aptiores sunt, impo-nemus: sed Longam duntaxat Aristolo-chiam, sive Tenuem, quæ ad medicamenta convenit. Proveniunt autem omnes Ari-stolochiæ species, quæ quatuor sunt, fre-quētissime agro Mompeliano. Quam pro Longa pingit Fachsius, Clemaitis est.

Qui cornicum oculos configunt, hunc CALAMUM ODORATUM reiiciunt; non quia inefficax sit, sed quia Calamus araneis non est plenus. Fieri autē potest, ut Calamus dicatur, eius autem radix tan-tum sit in usu, ut de Spica admonūmus. Sint tibi hæc ratione non placet, aliam acci-pe. Duæ sunt species Calami odorati: Alter, qui à Galeno describitur: Alter in Mæotide nascens, radice subalbida, sine calamis, intus plena & amara, specie A-cori: quem Calamum falso quidam Aco-rum esse putaverunt; in quorum numero fuit Mænardus, qui pro Acoro Calamum aromaticum semper ponit. At utrumque genus Acorum odore superat. Non igitur reiicienda hæc radix, cum Calami sit ra-dix.

X Y L O B A L S A M U M hoc commune

544 GUILIELMUS RONDELETII
verum sit nec ne , incerti plane sumus,
nam quicunq; de Balsamo scripsere, inter
se dissentiant. Quod inefficax sit , facile
quilibet iudicare potest ex odore, sapore
& crassitie partium. Sin autem pro eo
ligno incognito & adulterato , Zedoaria
vulgo dicta , quis uti voluerit, sine noxa
poterit. Zedoaria enim calida & sicca est
in secundo ordine, ut Xylobalsamum; va-
let aduersus venena , & pestem. Commo-
de itaque illa uti possumus , quandoqui-
dem temperamento & vitibus respondeat
Xylobalsamo. Non autem in omnibus su-
menda pro Xylobalsamo : sed hic, quia
iam semel in hac compositione posita
sunt succedanea eius, maluimus hac radi-
ce uti.

De AMARACO si Nicolaus Præposi-
tus dubitet, non mitum est ; cum res ad-
modum obscura sit , & ad indicandum
difficilis. Nam Diosc. Plin. Columella,
Lucret. Virgil. Diocles medicus, uno ore
Amaracum Sampſuchum appellant: Ga-
lenus tamē & Paulus diversas herbas tra-
dunt nam in 3° ordine calef. & exsic. Sam-
pſuchū collocant; Amaracū vero in 2° sic-
care & tertio calefacere volunt. Amaracus
Galen & Paulo Matricaria vulgaris est,
& Parthenion Diosc. atque utramque po-
nemus: quanquam non multum referret
si neutra poneretur, nam, ut Gal. testatur,
multi

multi suo tempore & Matum & Amara-
cum reiciebant.

Hæc sunt, Candide Lector, quæ cum
festinatione quadā annoravimus. Et hoc
est Exemplar eius quæ ex Consilio Doc-
torum Mompelii dispensatur.

Theriaca Andromachi, quæ *γαληνὴ*, id
est, Tranquilla cognominatur.

R. *Pastillorum Scillinorum 3 xlviij.*

Pastillorum Theriacorum

Magmatis Hedychroi

Piperis nigri

Opii singul. 3 xxiiij.

Rosarum siccaram

Scordii Cretensis

Seminis Napi

Iridis Illyrica

Agarici Pontici

Cinnamomi

Glycyrrhiza succi

Opobalsami Singul. 3 xij.

Myrrha, Croci

Gingiberis

*Rhapontici, [non Rhabarbari, ut habet Cor-
dus]*

Radicis Quinquefolii

Nepita, sive Calamintha montana

Marrubii

Petroselini Macedonici

Star-

*Stachados**Cestri**Piperis albi**Piperis nigri [al. longi]**Dictamni Cretensis**Iuncodorati.**Thuris**Terebinthinae**Cassie [fistulea]**Nardi Indicae sing. 3 vj.**Polii Cretensis**Seselios**Styracis**Seminis Apii [in aliis deest].**Thlaspi**Ammios**Chamaedryos**Chamaeriphyos**Sucei Hypocisthidis**Malabathri**Nardi Gallica**Radic. Gentiana**Anisi**Mei Athamanici**Seminis Foeniculi**Terra Lemnia**Chalcitudis toſtae.**Amomi**Acori**Phn Pentici**Carpobalsami.**Hype-*

Hyperici
 Acacia
 Gummi
 Cardamomi sing. 3 iiiij.
 Seminis Dauci
 Galbani
 Sagapeni
 Oppanacis
 Bituminis
 Castorei
 Centaurii tensis
 Aristolochia tenuis sing. 3 ij.
 Mellis Attici despumati 3 CL [male 3 pro 3 posita] hoc est lib. xxij. unc. vij. alibi Rondelet.
 lib. x. tantum habet.

Vini Falerni q. s.

ADMONITUM autem hic velim Lectorem, ut huius Cōpositionis normā exacte contempleretur, quæ illi plurimū prodeſſe poterit in aliis Medicamentis dijudicandis. Omnes enim hic fere traduntur Canones qui in huiusmodi compositiōnibus tradi solent. E quorum numero paucos colligemus, ut memoria ſuppedirabit.

Primum itaque in omni Compositione id obſervandum, ut prēcipua & veluti totius medicamenti fundamenta primo loco ponantur, quod hic etiam obſervatum est in Paſtillis Scillinis & Theriacalibus. Iuvat enim plurimum non in Compositiōnibus ſolum, ſed in reliquis omnibus,

fi

si aptus ordo servetur. Paratus igitur medicamentum, in summis digitis habere debet quæcunque illud ingredi debeant; & ex his considerare quæ decoctionē ferre possint, quæ minime: Ex his rursus quæ decoctionem ferunt, ea primo loco imponat quæ diutius decoctionem ferunt, ut radices densas & inodoras. Odoratę enim & rarę decoctionem non ferrent. Deinde ea iniciat quæ minus coctionem ferunt, ut herbas: Postremo quæ nullam omnino. Præterea quæ simpl. maiori quantitate assumuntur, ea primo loco imponenda: quæ minori, secundo loco: atque ita deinceps gradatim; ut in hac Compositione est observatū. Eius enim prima dosis est drachmatum 48. Altera 24. tertia 12. quarta 6. quinta 4. ultima (melle d'empto) drachmarum 2. Sed & alius Canon observandus est, & hic observatus, nempe; Ea quæ ad alterationē ponuntur, maiori debere esse quantitate: quæ vero ad castigationem, minori. His annexæ sunt Regulæ generales, ad maiorem institutionem.

THEO.

THEOREMATA
SIVE PRÆCEPTA DVO

*Ordinis aut Dispositionis Simplicium,
medicamentorum,*

*desumpta ex libro de Ponderibus
Dom. Rondeletii.*

THEOREMATA duo sunt in hacre spectanda: quorum unum, & magis necessarium, ut imperitiæ iuniorum Pharmacopolarum subveniatur, à bene parandi ratione desumetur: Alterum à quātitate vel dignitate medicamentorum tam simplicium, quam compositarum, quæ, ratione compositionis faciēdæ Simplicium conditionem præ se ferunt.

Ad primum veniamus, illudque ita constituamus. Quæcunque accuratiore & longiore præparatione egent, ea priorem locum debent obtinere, hoc est, si quid difficilius trituretur, infundatur, coquatur, aut misceatur, prius triturationi, infusioni, coctioni, mixtioni est mandandum: quod ut indicetur, inter trituranda, infundenda, coquenda, miscenda, prius scribatur. Si autem infundendum, vel coquendorum, vel miscendorum unum

550 GUILIEL. RONDELETII
unum aliquod breviori infusione, vel coctione, vel mixtione egeat, & præterea trituratione, hoc postponatur; duplice de causa, una, quæ iam dicta est, altera, ut dum alia infunduntur, vel coquuntur, vel miscentur, hoc triturari possit; sive nulla fiat temporis iactura: cuius metu sapienti numero Pharmacopœia tanto cum scelerre, omnia perturbant; ut eorum quæ minus coquenda sunt, sapienti vis profligatur nimia coctione; contra, iis quæ longissima coctione egerint, cum eorum vis à mediocri etiam erui non possit, quanta necessaria est non extrahatur. Quod idem in aliis præparandi formis evenit. Quam rationem hodie à quam plurimis, dicam, Empiricis negligi appetet, qui infundunt simul & decoquunt Guaiaci rasuram, Santalos, Cinnamomum, Sennam, & alia multa: quorum vel ea quæ sunt odorata & laxantia, vim suam amittunt, vel alia non satis decoquuntur, vel utrumque contingit.

Secundum Theorema est, ut ea quæ maiorem sui quantitatem toti Compositioni tribuunt, & nobilitiora sunt, priorē sedem occupent: quod est erutum ex præscriptis antiquorum, qui in componendis medicamentis hoc solum spectarunt; tantum excipientes ea quæ materiae vice aliquando in fine collocantur. Ut videre est in

de-

descriptione Pilularum de Hermodactylis, apud Mesuem. Recipiunt enim primo ordine Hermodactylorum 3 v. deinceps alia in mediis sedibus sequuntur, pro maiori & minori quantitate: tandem Aloë, quia materiæ vices gerit, ad 3 x ponitur. Idem factum est in Pilulis Sebillinis; in quibus Spica Nardi ponitur in prima sede, ob quantitatem & nobilitatem.

In Aromatico Rosato maiore, ex descriptione Gabrielis, Rosæ in prima sede positæ, reliqua copia superant.

Idem in Antidoto Philonis, apud Me-suen, Piper album, & Hyoscyamus obtinent; in qua Compositione manifeste apparet ordo medicamentorum servandus secundum maiorem & minorem quantitatem; ita ut maxima quantitas primo loco ponatur, minima vero ultimo; cum Piperis albi & Hyoscyami hic recipiatur ana 3 xx. Opii 3 x. Croci 3 v. Spicæ, Pyrethri, Castorei, ana 3 j.

In Theriacæ descriptione hoc palam fit: sed quia ea est longior; utque mos antiquorum melius innotescat, non metædebit separatim eam transscribere, & crassa Minerva excutere doses. Exacte eius castigationem, & rectum componendi modum, præcedenti opusculo tradidi.

Animadvertisendum igitur est, antiquos, postea quam se ita collocationi petendè à sola

552 GUILIEL. RONDELETII
sola quantitate addixissent, vidisse de-
mum rationem præparandi. & in hac re-
ordinem esse apprime necessarium, coa-
ctosque fuisse multa verborum congerie
explicare, quod ipse in scribendo ordo
indicare potuisset: & is mos eos excusa-
vit in magnis Compositionibus faciebat;
cum neque forsan solus ordo satis id in-
dicasset.

Sed cum in illis quæ ad horas præscri-
buntur, hoc fieri non liceat, neque etiam
ipsi fecerunt in iis quæ nobis scripta reli-
querunt, nisi admodum paucis: in eo quod,
mox dicturus sum, totus collocationis
cardo vertetur; ubi annotavero, antiquos
minus bene & compte fecisse, qui aliquā-
do dosim medicamentorum, quorum
idem ordo erat, diviserunt: ut in Theria-
ca videre est, Rosarum siccaram 3 xij. Iris-
dis Illiricæ 3 xij. cum per ana, quod sic
notatur an, uno numeratore designare po-
tuissent.

Nec mihi minus ridendi, qui idem ho-
die faciunt, (nisi id præparationis ratione
fiat) videntur.

Igitur, secundū Theorema priori adiun-
gentes, hunc ordinem in præscribendo
constantissime observemus, ut primo or-
dine collocemus ea, quæ longiori egent
præparatione. In hoc aatem rursus id con-
sideremus, ut eandem præparationem po-
stulam-

stulantium ea primum ponantur, quæ maiorem copiam requirunt.

Eandem præparationem & quantitatem requirentium, & mensurandi modum, ut lib. vel unc. vel M. vel P. ea prima collocentur, quæ commoditate, aut nobilitate aliqua præstant. Sicque fiet, ut maxime præscriptionibus admoventes, nullo pacto hæreamus mente, ab hocne, vel illo, ordiendum sit: sed cognito scopo, medicamentique proprietate, & nobilitate, statim ab eo quod opus est, initium faciemus: id quod erit vice materiæ (sive unum, sive plura id faciant) si in eo vel coctio, vel infusio, vel mixtio sit facienda totius compositionis, primū omnium; si autem infusum, vel decoctum, vel tota mixtio, iam facta, ei sit adiungenda, ultimum, quantæcunque sit copiæ, & quantitatis, collocemus.

Quod ut exemplo aliquantulum illustreremus, id petamus à re quæ est frequenter, videlicet plantarum partibus: ut cum earum radices duriori sint substantia, & magis cruda, longiorique decoctione & trituratione egeant; proinde in prima sede ponantur, præcipue quæ aperiunt, & incident: tum ligna non odorata, & cortices; deinde folia herbarum: tertio loco fructus: quarto semina: ultimo flores, & quæcunque sunt odorata, vel laxantia.

A a

Quod

Quod facit ut radices inde patiantur exceptionem. laxantes enim primo loco non ponuntur.

Denique ratio præparationis tantum potest, ut nihil tam generale adferri possat, quod frequenter non patiatur aliquid peculiaris & singulare doctrinæ: ut si quid ad alius medicamenti meliorem, vel facilitiore actionem faciendam vel castigandā adhibeatur, cuiuscunq[ue] sit quantitatis, id quod habet castigandum illico sequatur necesse est, ut eius vis non nisi castigata & melior facta, ne tantillū quidem extrahatur: ut Zingiber & Sal Gemmæ mox post Agaricum: Spica & Cinamomum post Rhabarbarum: Castoreum, Crocus & Myrrha post Opium: & sic de similibus.

Primum animadvertendum est, id quod in prima acie descriptionis Theriaces est positum, esse in maxima quantitate. Id autem factum fuit forte, quod medicamentum ex Scilla scopis magis convenit. Facta enim est hæc Compositio primaria ad venena, & morbos contumaces & diuturnos: sed Trochisci de Scilla venenis frigidis manifesta qualitate adversantur, item puncturis & morsibus venenatorum animalium: nec minus valet ad humorum contumaciam. Tales enim morbi sunt à crassis, frigidis & viscidis humoribus, vel

vel in remotis & profundiis partibus sitis;
ad quas causas valet potissimum Scilla, in-
cidendo, attenuando, & ad altas partes
penetrando, digerendoque humores cras-
sus.

In secundo ordine, Trochisci Theriaca-
les, & Magma Hedychoi, Cinnamomum,
Piper nigrum, vel longum: sed longum
magis convenit; & descriptio quæ legitur
apud Galenum ad Pisonem, & apud Avi-
cennam, *longum* habet; tum descriptio
Carmine scripta. Convenit enim magis
Antidotis Longum, si Dioscoridi credi-
mus.

Hæc omnia, cum Trochiscis de Scilla,
& ad venena, & ad morbos contumaces,
conveniunt.

Opium autem in hac descriptione, ut
præcedentia ad drach xxiv. ponitur, quia
hæc compositio ad dolores sedandos pa-
rata est, unde nomen sibi *galynnè*, quod
transscribunt Latine *Galene*, comparavit,
quia tranquillitatem adferit; & propter
vim Opii, & ad veneni præcautionem &
curationem facit, ut ex Galeno colligi-
mus.

Valet enim Theriaca, eodem teste, cum
recens est, ad venena; cum vero antiqua,
ad morbos diurnos. Quod si recens va-
leat ad venena, id sit propter vim Opii, quæ
maior est in recenti, quam in antiqua.

Et mihi placet Ioannis Schironii ratio, nostræ quondam Academiæ Cancellarii eruditissimi, qui dicebat Opium additum istis magnis compositionibus magis esse ad vires calidorū medicamentorum conservandas. Calida enim, & querentium partium sunt, continuo exsolvuntur ab aëre ambiéte, qui semper agit in medicamēta.

Quare cum tot sint in hac Compositio-
ne calida, & anodyna fortißima esse de-
beant; nemini mirum esse debet, quod
ad drach. 24. Opium posuerint.

Hanc rationem non norunt, qui ex Tryphera magna Opiū expungunt, etiā si ad affectus uteri prescribatur. Nam si tan-
topere narcotica verentur, cur Mandragoræ corticem non expunxerunt? non
enim minus utero sua frigiditate adver-
satur, quam Opium. Sed hæc missa fac-
ciamus, & ad reliqua veniamus.

Iris Illytica, & Glycyrrhiza, Opobal-
samum, Rosæ aridæ, Scordium, semen
Napi, vel Rapæ agrestis (quod magis
convenit,) vel quia minus adversantur
venenis, vel minus convenient, quam
supradicta, vel ad meliorē actionem tan-
tum adhibentur, dosim habent dimidiā
secundæ doseos, ut secunda primæ item
est dimidia, scilicet 3 xij. Quæ sequuntur,
3 vj. recipiunt, hoc est, dimidium præ-
cedentis dosis.

Quæ

Quæ si quoniam hanc, eadem quantitate ponuntur: sed censeo omnia iungenda, quæ eiusdem sunt quantitatis: alioquin sunt duæ classes eiusdem ponderis in eodem medicamento; quod ridiculum, ut iam dixi.

Quinti vero ordinis pondus est drach. 4. quia quæ ponuntur in hac classe, partim ingrata, partim rara, partim efficacissima sunt: quare si præcedentium copiam essent secuta, maior eorum quantitas fuisset, quam patet erat. Chalcitis enim suo odore, sapore, adsticione periculosa est: alia autem sunt efficacia valde calfaciendo, vel adstringendo; quare minore quantitate posita fuere. Quod si præcedentem progradienti modum securus fuisset, prioris dosis dimidium sumendo, minor iusto quantitas fuisset assumpta; ob id non 3 iiiij. sed 3 iiij. posuit.

Quæ sequuntur, vel quia foetida, vel suo sapore vel consistentia ingrata, ad 3 ii. ponuntur, dimidium scilicet proxime præcedentium. Sunt autem, semen Dauci, Bitumen, Opopanax, Castoreum, Centaureum minus, & Aristolochia. Hæc efficacissima sunt, & ingrata: quare minima quantitate, & ultima sede ponuntur.

Vnde apparet illius Theorematis veritas, quo docebamus, Efficacissima, & ingrata, & rara, & scopo minus convenientia,

Aa 3 nientia,

558 GUILIEL. RONDELETII
pientia, in parva quantitate esse impo-
nenda.

Quod autem Mellis lib. 14 [al. 10.] po-
nat, ostendit illud Theorema verum esse,
quod de materia remediorum diximus;
nempe materiam, vel quæ materiæ vices
gerunt, quantitate reliqua medicamenta
superare debere.

Quod Vinum addiderint sine quætitate,
id factum fuit, quia quantitas indi-
cari non potest. Ponenda proinde ea erit,
quæ necessaria est ad diluendam medicamen-
ti spissitudinem. Mel enim inspissat,
conservat, & dulcorat tantum: & quia ali-
quando crassius, aliquando liquidius; ali-
quando etiam plus Vini, aliquando minus
imponimus.

Quare nemini mirum esse debet, si
semper Vini, Mellis, Syrupi, Sacchari,
Olei & Ceræ quantitatē non annotemus,
sed quod sufficit dicamus.

Hic præterea notare oportet; herbas
pondere mensurari, quia siccæ usurpātur;
item radices, fructus, flores, semina &
lacrymas etiam pondere.

Chalcitis semi-usta in hoc remedio po-
nitur, quanquam inter venenosa annu-
meretur. valet enim ad Fungos.

Multa etiam alia hic annotare possem,
quæ in castigatione huius nobilis Com-
positionis docuimus. Sed quia hæc præ-
ter

ter institutum sunt, silentio prætereo.

Sed de his hactenus. Nunc Theriaces
facultates breviter persequamur.

THERIACA MAGNA ad eadem va-
let ad quæ Asyncritum. Efficacior tamen
est ad omnia. Sed exdem hic observandæ
limitationes, quæ illic sit ne scilicet Re-
cens, an Antiqua. Recens enim ut frigi-
dior est, sic ad morbos calidos convenit:
Antiqua frigidis opitulatur: Quæ mediæ
etatis est, morbis medio modo se haben-
tibus confert. Sed neque id novisse suffi-
cit. Nam propriis cuilibet affectui medi-
camentis commisceri debet. Exempli gra-
tia: si ad fluxum sanguinis, cum aqua
Bursæ pastoris misceatur: & sic de reli-
quis.

Apoplexiæ prodest, si valde antiqua de-
tur: quia in tali affectu egemus attenua-
tione humorum crassorum apoplexiæ
comitantium.

Epilepticis cōvenit recens; etiam si epi-
lepsia sit à nimio sensu: nam recens ob-
rundit sensum illum exactum. Si vero
fiat ab humore crasso (quod scio rarissime
accidere) exhibenda antiqua.

Raucedini vocis, si à crassis humoribus
fiat, convenit antiqua: sin à defluxione
tenui, recens

Asthmati recens, si à retentione calido-
rum; sin à crassis humoribus, antiqua.

560 G'UILIEL. RONDELETI
Ictericis & Hydropicis antiqua. Peripneumonicis & pleutiticis reces datur in principio, cum tales affectus siant per defluxionem; idque cum aqua hordei. Ilosis recens, quia inflammatio est. Dysentericis recens, cum succo aliquo refrigerante. Nephriticis recens, ad sedandum dolorem.

Menstrua educit antiquissima. Neque solum educit & provocat menstrua; sed & immodicas menstruas fluxiones sistit, ut inquit Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem : Mistam variamque facultatem, inquit, habet. Ideo alia diffundens extenuansque cogit excerni; alia, quae ob nativæ virtutis imbecillitatē superflua excernuntur, viribus partium confirmatis solet inhibere.

Lepras & Variolas emendat antiqua.

Præcipue contra omnia venena recens, quia venenum est tenuissimaru partium. Tota itaque cura consistere debet in conservando corde, ne ad illud scilicet penetreret vis veneni. In crassandi sunt ergo meatus: Hoc autem medicamentum recens non modo incrassat, sed & refrigerat; verumque est Alexipharmacum.

Omnem defecctionem sensuum levat antiqua. recens enim magis sensus stupefacceret. Retardat senectutē, inquit Gal. quia excrementa corporis absunit, & evacuat.

Quar-

Quartanis febribus & contumacibus solvendis apta est Theriaca antiqua (quod experientia comprobatum est Mompelii ann. 1551.) ubi iam apparent signa concoctionis. Cū enim Pharmacopœus quidam iamdiu laborasset quartana inexpugnabili, ea solutus est media hyeme, solo usu triduano Theriacę à nobis prescripto.

Expertus sum præterea Dysenterię convenire. Acceperat enim Scriba quidam satis inconsulte 3 ij. Colocynthidis; unde in Dysenteriam inciderat. Præbui illi 3j. Theriacę noper parata: & convaluit eo solo remedio exhibito. Rursum ederant quidam salsa menta putrida: è quibus duo obierunt; tertius, me consulto, vomitione facta Theriacam sumit, & curatus est.

Ut autem finem dicendi faciam: Recens valet adversus venena; antiqua vero adversus morbos diurnos & inveteratos.

Reiicio eorum sententiam, qui Theriacam pueris recens natis præbent, ne sint obnoxii (ut aiunt mulierculæ) venenis. Data enim pueris iam primum in lucem editis, calorem nativum obtuere potest. Recens, cum frigida admodum sit: Antiqua vero sua caliditate evanescere faciet eundem calorem.

Varia autem eius est dosis: quæ à multis

362 GUILIEL. RONDELETII
tis indicationibus sumitur. Si enim affe-
cta pars sit remota, ratione optima dabi-
tur maiori quantitate, quam si sit propin-
qua: ut si ad Podagram, dari debet maio-
ri quantitate, quam si ad Ventriculum.
Recens item minori quātitate danda est,
quam antiqua Recens enim periculo non
vacat; at antiqua, ratione caliditatis, na-
turæ amior est. Calidum enim quodam
modo secundum naturam est.

Hæc sunt Theriacæ commoda, quæ
persequi nobis libuit. Plura require apud
Galenum de Theriaca ad Pisonem; qui
sigillatum eius facultates describit.

THERIACES & MITHRIDATII
miscendi parandique ratio,
ex Lobelio.

PRIMARI huius nobilissimi Anti-
doti concinnatores Veneti, terenda
dutiora & crassiora, ordine conrun-
dant, in lebetem iustæ magnitudinis in-
dunt, permiscent: quæ deinde in variis
pilis aeneis, sive mortariis exacte & ope-
rose ab operariis tunduntur; humidis sic-
cis immixtis, distributisque, & pilis in-
ter tundendum Opopaltami succedaneo
inunctis ne pilis & pistillis adhærent, &
polinis iastar exhalent.

Oli-

Olibanum, Gammi, Lachrymas per se terunt, ne cum aliis trita coēant, aut co-hærendo in grumos coalescant, cibratio-nemque impediāt.

Agaticum, prius derasum, teritur & cibratur, aut Cerose modo ad Emplastrum fricando per setaceum traicitur.

Trochisci per se teruntur.

Sagapenum, Galbanum, & huiusmodi lachrymæ Vido passo sive Cretico solvan-tur, & per cibrum fricando cernuntur.

Styracis dosim quidam avare sordidi au-
gent, qui Styrae purissima in guttis vo-
cata (repertu sedulis tamen hodie facilis)
carent: quam exactissime terunt, morta-
rio & pistillo calefactis, æquali affuso
Mellis defæcti pondere per setaceū trai-
ciunt: cui deinde Terebinthina felicius
miscent, quam Galbano, ex Galenitamen
præcepto.

Quidam Bitumen hodie, si liquidum
sit, quale est illud Gallicum Averniense,
miscent cum Terebinthina, & præparata
sive transcolata Styrae. Si vero durum
aut aridum sit, cum Chalcitide in mar-
moreo lapide lævigant.

In styti Collegii Medici Londinenfium

THE RIACIS formula,

ex codem Lobelio.

Ab in styto Medicorum Londinenfium

A a 6

Col-

Collegio utilissimum hoc Alexipharmacum, Epidemicis contagiosisque febribus grassantibus, civem etiamque egenum servandi gratia scite excogitatum fuit. Eadem fere recipit, iisdemq; viribus pollet, quibus Fracastorii Diaſcordium, & celeberrimum Dodonæi aliorumque practicantium Belgii ad Pestem Electuariorum, Carlinæ radice addita, sine tamen Opio. Ab effectu Theriaca vocata.

E. Cornu cervini lima derasi ʒ ij.
Seminum Citri Oxalidis Pæoniæ
Ocymi ana ʒ j.
Scordii, Corallinæ ana ʒ vj.
Radicum Angelicæ Tormentillæ
Pæoniæ
Foliorum Dictami
Baccarum Iuniperi Lauri ana ʒ β.
Florum Calendulæ
Caryophyl. Anthos
Summitatum Hyperici
Nucis Moschatæ Croci ana ʒ iiij.
Radicum Gentianæ Zedoariæ
Zingiberis
Macis Myrrhæ
Scabiosæ, Succisæ
Cardui benedicti ana ʒ ij.
Caryophyllorum, Opii ana ʒ j.
Omphacii & Mellis optimi ana q. s.

FOR-

FORMVLÆ

SELECTIORVM PHARMACORVM,

quorum usus post Valerium Cordum
in Illustrium aliquot Rerum publica-
rum Officinis receptus est.

*Theriaca Pauperum, ex Diateffaro
composita.*

R. Gentianæ Baccarum Lauri
Myrræ
Aristolochiae rotundæ ana 3 ij.
Boli Armeni præp. Dictamni albi
Tormentillæ Scordii
Carlinæ Zedoariæ ana 3 j.
Rob Sambuci Juniperi ana 3 x.
Mellis q. s. Misce.

*Electuarium contra pestem, pro
pauperibus.*

R. Ficuum piaguum lib. dimidiam
Nucum iuglandium 3 ij.
Fol. Rutæ 3 iiij.
Zedoariæ 3 ij.
Boli Armeni 3 iiij.
Rob Juniperini 3 ij.
Rad. Gentianæ 3 j.
Theriacæ electæ 3 iiiij.

Aa 7

Sy.

Syrupi de succo Acetosæ q. s.
Fiat Electuarium.

Diascordium Fracastorii.

g. Cinnamomi
 Cassiae ligneæ ana 3 s.
 Scordii veri 3 j.
 Dictamni Cretici Tormentillæ
 Bistortæ ana 3 β.
 Galbani Gummi Arabici ana 3 iiiij.
 Opii 3 j. β.
 Styracis Calamitæ 3 iiiij. β.
 Seminis Acetosæ 3 j. s.
 Gentianæ 3 iiiij.
 Boli Armeni 3 j. β.
 Terra Lemniæ 3 β.
 Piperis longi Zingiberis ana 3 ij.
 Mellis albi lib. ij. β.
 Conservæ Rosarum lib. j.
 Vini aromatici lib. β.
 Fiat Electuarium s. a.

Confert in febribus contagiosis pestilentialibus, ubi potissimum Theriaca & alia magna Antidota locum non habent, ut in pueris & gravidis. In Cephalalgia etiam Epidemica, cum aqua Oxalidis aut Trifolii acetosi feliciter exhibetur. Fracastorius peste correptis ac extreme desperatis hoc modo exhibet: Succi Luiulæ & vix Orydis 3 ij. Succi Cittæ 3 j. Dia-

scos-

scordii 3 j. Specier. cord. è Gemmis
3 ij. Aceti 3 j. misce. Omnia mixta
denter simul: & repetatur quoties opus
fuerit.

*Electuarium de Ovo Maximiliani I.
Imperatoris.*

¶. Ovum Gallinæ recens: & educto per
apicem Albumine, id quod vacuum est
Crocō Orientali non pulverisato imple,
vitellum non auferendo: postea cum alio
putamine iterum occlude, ne quid tran-
spiter, & lento igne, vel post fornacem
tamdiu affa in olla, donec tota ovi testa
nigrescere incipiat; diligenter cavendo
ne Crocus comburatur. Exemta è testa
materia exsiccatur, ut in mortario exqui-
stissime contundi, & in pulverem redigi
queat; addendo pulveris Sinapis albi quā-
tum prædicta omnia ponderant. Postea

¶. Pulveris Dictamni albi

Tormentillæ ana 3 ij.

Myrrhæ Coru cervi

Nucis Vomicæ ana 3 j.

Rad. Angelicæ

Pimpinellæ

Granorum Iuniperi

Zedoariæ

Camphoræ ana 3 f.

Misce omnia simul in mortario:

&
tali-

tandem adiice Theriaces optimæ ad pondus omnium , ac iterum pistillo fortiter contunde , & commisce , per tres quasi integras horas agitando : deinde fiat Electuarium ut est artis.

Quibus Nux vomica suspecta esse solet (quamvis experientia comprobatum sit, illam Nucem potius canibus & felibus, quam hominibus, adversari) substituunt semen Citri , aut Rad. Petasitidis. Præterea si qui à Camphora vehementer afficiuntur , dimidium tantum Camphoræ sumatur , aut etiam omnino omittatur; præsertim si frequenter usurpandum sit hoc Electuarium loco præservationis.

Multis experimentis comprobata est excellentia huius Electuarii , & pro secreto habitum fuit , neque divulgandum esse censuerunt quidam. Datur ieuno magnitudine ciceris , & horas xxijj à peste præservat. Peste coruptus , si febris adfuerit, capiat de eo aureum unum ex aqua Plantaginis. Creber apud Germanos huius ulus est, non in peste solum , sed & in venenis omnis generis depellendis.

Electuarium Alkermes Mesua.

2. Serici succo granorum tinctorum recenter tincti ib. g.

Succa

Succi pomorum dulcium

Aqua Rosarum

Sacchari albi, an. 3 viiij.

Ambræ crudæ 3 ij.

Ligni aloës opt.

Cinnamom. elect. an. 3 iij.

Lapid. Cyanei loti & preparati,

Margaritarum alb. an. 3 ij.

Fol. aurii boni 3 ff.

Moschi laudatiss. 3 ff.

Sericum in aqua & succo maceretur vingtiquatuor horis; deinde paulisper his incoquatur, donec liquores isti rubescant, quos expresso & abiecto serico coque cum Saccharo ad Mellis constantiam. Ab igne depositis & adhuc calentibus, misce Ambram, qualiquata in jice pulverem ligni aloës, cinnamomi, lap. Cyanei, margaritarum, fol. auri & Moschum.

Cor ac vitales vires valide roborat, ob id syncopem & cordis palpitationes tollit. Cerebro quoque ac animali facultati languida & eximie succurrit, nec non ab apoplexia præservat. Datur melancholicus, mastis, tedio, & squalore confectis, sponte illachrymantibus, meticuloſis, ac tristibus; latitiam namque cum hilaritate parit, atque animum gaudio reficit.

Pul-

Pulvis Myobani.

R. Valerianæ 3 fl.

Chelidonii maj.

Vrticæ an. 3 j.

Rad. Polypodii quercini

Althææ.

Angelicæ silvestris an. 3 ij.

Cort. Rad. Laureolæ 3 j. β.

Incisæ radices in olla vitreata bene obturata positæ, conspersæque aceto acerri-
mo ad lentum ignem coquantur. vase
aperto si acetum consumptū sit, sicceque
appareant radices, in pulverem terantur,
tritis adde herbæ paris acinos xxvi. illis
si destituamur, sumimus totidem baccas
maturas solani lethalis. ex his inter se
mixtis fiat pulvis.

Magna laus est huius confectionis. Mirum
enim dictu quantum præsidii adferat peste labo-
rantibus, etiam deploratis ac conclamatis.
Omnibus præterea venenis resistit, curat asthma,
licoris infarctus expedit, retentos menses evocat,
quartanam curat.

Aqua vita Matthioli.

R. Cinnamomi 3 j.

Zinziberis 3 fl.

Santalor. omn. an. 3 vj.

Caryophyllor.

Ga-

Galangæ,

Nucis moschatæ an. 3 ij. f.

Macis, cubebar. an. 3 j.

Cardamom. utriusque

Sem. Melanthii, an. 3 iiij.

Zedoariæ 3 f.

Sem. anisi

Fœniculi dulcis

Pastinacæ silvestris

Ocymi

Rad. Angelicæ, Garyophyllæ.

Liquiritiæ

Calam. odorat.

Phu minoris

Fol. Sclareæ, Thymi,

Calaminthæ,

Pulegii, Menthæ,

Serpilli

Amaraci, an. 3 ij.

Rosatum rubetatum,

Flor. Salviæ,

Betonicæ,

Rorismarini,

Buglossi,

Boraginis an. 3 j. f.

Cort. Citti 3 iiij.

Pulver. Diambræ.

Aromatic. Rosat.

Diamoschi dulcis

Diamargarit. calidi,

Diarrhodon abbat.

Elect. degemmis an. 3 iiij.

Te-

Teratur quæ terēda sunt. Deinde in vitro
vase macerentur ex libris duodecim aquæ
vitæ piaſtantissimæ, occluso subinde vas-
sis osculo diebus quindecim continuis.
Ac deinde vitro alembico vasi superposi-
to per aquæ ferventis balneum destillen-
tur, osculis alembici adeo conclusis ut
nihil inde exspirate possit. Aqua quæ in-
de fluxerit, in aliud vas subinde reconda-
tur, additis Santali odorati tessellatim
concisi 3 ij.

Moschi &

Ambræ in tenui linteolo colligatorum
an. 3 j. β. & iulapii rosati clarissimi ſb. j.
demum concutiantur fortiter quoisque
iulapium cum aqua misceatur, claudatur
que deinde vas cera & membrana, ac
ita quiescat diebus quindecim continuis:
& ultimo in aliud transferatur vitreum,
ibique affervetur pro uſu.

Aqua hac mirabilis efficacia exiſtit, non ſolum
banſta, ſed in faciem alterius ore proiecta epi-
lepticos, defectos animo, & fæminas uteri stran-
gulatu decidentes revocat, loquelam amissam re-
ſtituit, & iamiam moribundos tamdiꝫ ſuſtinet,
ut quandoque miraculi ſpeciem auferat. Addi-
tur euiam in clysteribus colicorum, uncia pondere,
præſentaneo auxilio, ubi à flatu aut frigiditate
provocuit morbus, & præſertim additiꝫ Theriaca
aut Mithridatica antidoti binis dragmis. Deni-
que ad frigidos omnes affectus medicamentum hoc
magnopere commendandum exiſtit.

Ele-

*Electuarium de Limatura Chalybis,
pro oppilatis.*

R. Limaturæ Chalybis ʒ ij. β.

Teratur bene super marmor duriss.,
cum aceto in subtiliss. pulverem. exsic-
cetur in loco calido, vel ad solem: id-
que septies repetatur. Huius limaturæ sic
præparatæ ʒ ij.

Cinnamomi opt.

Nucis muscatæ ana ʒ j.

Rhabarbari opt. ʒ ij.

Specier. Aromatici Rosati ʒ j. β.

Mellis opt. despumati & Sacchari clari-
ficati ana ʒ iii.

Lento igne fiat Electuarium.

Virginibus cacheoticis, quibus menses
non tite fluunt, & in hepatis obstructio-
ne hoc multum prœdest.

Aliter.

R. Limaturæ Chalybis præparatæ ʒ ij.

Specier. Diarthodon abb. Diacircumæ
ana ʒ β.

Epithymi Thymi ana ʒ ij.

Mellis despumati q. f.

Est eius usus frequens in jecoris diu-
turna obstructione, & albo virginacularum
ictero. Datur post purgatum corpus à ʒ
ij

ij ad 3 fl. subsecente valido aliquo exercitio, aut corporis motu vehementiore.

Electuarium Opticum Oceanis.

M. Specier. Pliris archontici
Seminis Foeniculi ana 3 J.
Macis Cubebarum
Cinnamomi
Piperis longi
Caryophyllorum ana 3 fl.
Euphragia 3 fl.
Succi Salviæ Rutæ
Chelidonii ana 3 fl.
Sacchari clarificati 3 j.
Mellis Rosati 3 v.

Coquantur Succi cum Melle ad solidam consistentiam, deinde species tritæ addantur.

Ad visus imbecillitatem, & suffusiones confert.

Pulvis Epilepticus, minus pretiosus,
seu pro pauperibus.

M. Rad. Paeoniae collectæ luna decrescente 3 ii.
Dictamni albi 3 iiij.
Visci quercini 3 j. fl.
Cubebarum
Coriand. præpar. ana 3 fl.
Nucis

Nucis Moschatae 3 j.
Fiat pulvis.

*Pulvis partum promovens, Helidei
de Paduanis, medici Bononiensis.*

R. Cinnamomi Croci ana 3 j.
Boracis 3 iiiij.

Datur ex aqua Artemisiae, vel simili.

Augetur efficacia, si (pro prudentis
Medici arbitrio) exigente necessitate,
admisceatur testiculorum equinorum ari-
dotum aut iularum Nucum iuglandium
pulvis.

Pulvis hystericus.

R. Rad. Dictamni albi 3 iiij.

Zedoariæ 3 j.

Cortic. Citri siccii,

Sem. eiusdem an. 3 ij.

Fragment lapid. pretiosor. omn. an gr. xij.

Spec. Diamargariti calidi 3 ij.

Sacchari albi 3 j.

Fiat pulvis.

Vicerinos dolores placat, eiusque expurgat illas-
viciem; menses quoque retardantes & secundas mo-
ram trahente, propellit, animi defctiones ob ua-
pores ab utero sublato ortas arcit, ac matricis
suffocationem abigit.

Pulvis

*Pulvis aduersus Scabiem,
in Italia usitatissimus.*

R. Sulphuris vivi
Nitri veri, vel eius loco Salis Gemmei
Foliorum Maioranæ ana 3 ij.
Lithargyrii aurei
Cort. rad. Ellebori nigri ana 3 j.
Pimpinellæ 3 ℥.
Seorsim trita, cibrata & mista, ser-
vantur: & cum oleo Rosato ac Costino
cuti affricantur.

Pulvis pro ulceribus gutturus.

R. Sulphuris vivi 3 iiiij.
Myrræ rubæ
Aluminis Saccharini ana 3 ij.
Masticæ Thuris ana 3 j.
Pyrethri 3 vi. Fiat pulvis.
R. huius pulveris 3 j.
Vini sublimati lib. j.
Pulvis hic felici successu gutturus anti-
qua ac fœda ulcera repurgat & persanat,
præcipue in lue venerea.

Pulvis Violarum odoratus.

R. Iridis Florentinæ 3 vj.
Rosarum rub. 3 iiiij.

Cy-

Cyperi ʒ β.

Maioranæ Caryophyllorum

Styracis ana ʒ j.

Beniovini Santali Citrini ana ʒ β.

Violarum ʒ iiij. [al. ʒ iiij.]

Moschi ʒ j. Fiat pulvis.

Pulvis hic tametsi ad odoramenta præstanda potissimum experitur, caput tamen extrinsecus adhibitus eximie roborat, nec non cordis palpitationi medetur.

Syrupus è Rosis siccis.

R. Infusionis Rosatum aridarum aliquoties lege artis factæ,

Sacchari ana;

Decoquatur in formam Syrupi.

Alii sumunt dimidiam partem Sacchari,
ad infusionem.

Syrupus Althææ Fernuelii.

R. Rad. Althææ ʒ ij.

Cicerura rubeorum ʒ j.

Rad. Graminis Asparagi

Glycyrrhizæ mund. Vvvarum passat. ex-purgat. ana ʒ β.

Summittatum Althææ Malvæ

Parietariæ Pimpinellæ

Plantaginis

Adianti utriusque ana manip. j.

B b Qua-

Quatuor seminum frigidorum maiorum & minorum ana 3 iij.

Coquantur ex aquæ libb. sex, dum quatuor supersint, cum Sacchari albi libris quatuor, ad consistentiam Syrupi.

Crassam obstruentemque pituitam, purulentamque saniem & arenulas blande expurgat, citra manifestum calorem. Vrinæ præterea mitigat ardorem.

Syrupus Melissæ Fernelii.

Rad. Dictamni albi Pentaphylli
Rad. Betonicae

Doronici Romani ana 3 f.

Foliorum Melissæ Stœbes vel Scabiosæ
Succisæ vel Morsus Diaboli

Florum Buglossi utriusque

Rorismarini ana manip. j.

Seminis Acetosæ

Citrii mali

Fœniculi Cardui benedicti

Ocymi ana 3 iij.

Coquantur in aquæ libris iiiij ad dimidijs. Expresso addantur

Sacchari albi lib. iij. Succi Melissæ

Aquæ Rosarum ana lib. f.

Percoquantur in Syrupum conditum
Cinnamomi & Santali citrini ana 3 f.

Ante alias cordis palpitationi & syncopæ succurrat: peculiariter vero pestilentium

tium & venenatorum morborum malignitatem obtundit.

Syrupus Augustini Niphi.

R. Corticum Myrobalasorum citrinorū
Rad. Rhapontici vulg sive Centaurii majoris recent.

Fol. Senæ Epithymi ana 3 j.

Polypodii quercini

Fol. Fumi terræ

Lupulorum recent. ana lib. j.

Glycyrrhizæ contusæ

Sem. Anisi ana 3 iiij.

Florum Boraginis Buglossæ

Violarum [ana] 3 ij.

Fiat omnium decoctio ut moris est. Decocto excolato, quod erit, ad lib. ij. admisceatur

Succi Lupulorum

Succi Fumi terræ depurat. ana lib. j.

Sacchari clarificati q. s.

Fiat Syrupus s. a. & conditatur cum pasculo Moschi & Ambrae.

Datur ab unciiis iiiij. ad vj. cum aqua

Lupulorum.

In Italia, præsertim Neapoli, est usitissimus ad curis vitia, luē venereā, hepatis calidam & siccam intemperiem; quartanam ac lentam febrem. Educit pituitam falsam, & humores melancholicos;

B b 2 Pa.

Patavii addunt Hellebori nigri non nisi
hil.

Syrupus de Scolopendrio Fernelii.

Pt. Polypodii quercini

Rad. Buglossi utriusque

Cort. rad. Capparorum

Cort. Tamarisci ana 3 ij.

Scolopendrii veri, seu Ceterach, mani-
pul. iiij.

Lupuli Capillorum Veneris

Cuscutæ Melissophylli ana manip. ij.

Coquantur in aquæ libris novem ad re-
manentiam librarum quinque: colaturaæ
huic adde Sacchari albi lib. iiij. Perco-
quantur in Syrupum.

Crassam terrenamque melancholiam
extenuat, mollit, fluxilemque reddit:
lienem obstructione liberat, tumentem-
que solvit.

Syrupus de Polypodio.

Variæ sunt Syrupi de Polypodio de-
scriptiones. Sed quarum omnium vicem
supplere potest alteruter præcedentium
Syruporum duorum.

Sy-

Syrupus de Betonica.

R₂. Succi betonicæ depurati ℥ iiij.
 Sacchari clarificati ℥ j. β.
 Fiat Syrupus s. a.
*Ad capitus & uteri vitiæ propulsanda efficax:
 leniter aperit, cōcoquit & abstergit, ac menses
 moderate provocat.*

Syrupus de Farfara.

R₂. Succi farfæ depurati ℥ iiij.
 Sacchari clarificati ℥ j. β.
 Decoquantur in syrupum.
*Refigerat, lenit, & humectat; calidis ob id
 pectoris vitiis apprime confert. Tussi, pleuritidē,
 peripneumonia, ac phthisi salutaris; nec non ca-
 tarrhis salsis, acribus, & impeditus faucesque de-
 labentibus per quam idoneus.*

Syrupus de Papaver rheadæ.

Fit ex trina florū infusione, ut Syru-
 pus rosatus simplex, vel de Boragine;
 quamvis ex succo quoque parari queat.

*Ad ardorū februm vehementes astus ad-
 hibetur, quorum calores efficaciter mitigat, vigi-
 liasque arcit: calidis præsertim pectoris malis, ut-
 pote peripneumonia, acribus destillationibus, fan-
 cium inflammationibus, ac pleuritidi cui à pro-*

B b 3 prie-

prietae prodesse creditur quam maxime salutaris existit.

Syrupus de Portulaca Mesue.

R. Sem. portulacæ lib. β .

Succi endiviæ cocti & depurati lib. ij.

Sacchari lib. i.

Aceti lib. β . vel succi granatorum acidorum 3 viiiij.

Tritum semen in succo endiviæ macera
24 horis, postea lento igne coque ad di-
midias ; demum cum saccharo percoque
in syrupum.

Potenter refrigerat, sitim inexhaustam sedat,
februm ardores, ventriculi & recoris calidam in-
temperiem corrigit. Eo efficaciter utimur ad lum-
bricos, & interaneorum animalia expellenda, cor-
tice citri indito.

Diacaryon, seu rob nucum Ga-
leni & Mesue.

R. Succi corticum viridium iuglandium
diebus canicularibus extracti lib. iiiij.
Mellis lib. ij.

Coquuntur s. a.

Stomaticum est medicamentum ; admodum
efficax ad oris phlegmonas & synanches, destil-
lationes tenues in fauces, & alias præfocantes,
pueris, mulieribus, naturisque humidis magnope-
re commodatum . Mesue ex Gal. lib. 6.

28

καὶ τόπος, cap. 2. phlegmonarum initii: ad-
stringentium aliquid vult miscendum, ut rosas,
balaustia: in statu eructum & myrrham: in de-
clinatione nitrum, salem ammoniacum, & si-
milia.

Syrupus de Rhabarbaro solutivus.

R. Rhabarbari optimi,

Fol. Senæ ana ʒ iij. β.

Flor. Violarum manip. j.

Cinnamomi ʒ j. β.

Zinziberis ʒ β.

Aquatum betonicæ,

Cichorei,

Buglossæ ana lib. j.

Fiat omnium infusio per noctem, mane
bullitione & expressione facta, colatura
decoquata in Syrupum, cum saechati al-
bi lib. j. aut q. s. adde

Syrupi rosati solutivi cōpositi ʒ iiiij.

Citra molestiam in pueris & delicatulis al-
uum subducit, utramque bilem deturbans, ac
pituitam quoque leniter evacuans.

Syrupus adiantinus

Fernelii.

℞. Adianti albi M. iiij.

Adianti nigri

Polytrichi aurei, betonicæ,

Bb 4

Saxi-

Saxifragiæ, pimpinellæ,
Asplenii ana M. ij.

Coquantur ex aquæ lib. viij. dum ad
quinque redeant, in expresso solve Sac-
chari albi lib. iij.

Mellis opt. expurgati lib. β.
Fiat syrpus f. a.

Moderato calore omnes aquabiliter humores qua-
cunque sint corporis parte incidit, atque detergit:
cuivis atati, naturæ, regioni, atque pregnanti,
et cuivis morbo incipienti familiaris.

*Loboch è Caulibus, seu Brassica,
Gordonii.*

R. Succi Caulium tubeorum deputati &
clarificati libram unam

Croci 3 ij.

Mellis despumati Sacchari ana lib. β.
Fiat Eclegma secundum artem.

In morbis pectoris utile: plurimumque
valet in omni raucedine & ablatione vo-
cis.

Melanthonatum.

R. Mellis rosati simplicis lib. iij.

Flor. roris marini recent. M. vj.
stent in infusione, loco calido, horis 24.
deinde exprimantur, & fiat colatura, quæ
decoquatur f. a.

Co-

Colicos ac uterinos dolores mitigat,
ob calorem benignum, viscera soven-
tem, quibus etiam robur addit, cerebri,
cordis & ventriculi vires augens, & cru-
dam in intestinis, ac circum mesenteria
pituitam concoquens, flatibus discutien-
dis idoneum. Additur enervatis, ubi Pa-
refis ex colica metuitur; nervosas enim
partes a noxis defendit.

Hydromel simplex.

R. Mellis libram unam
Aqua pluviae vel fontis libras octo
Decoquatur donec Mel non amplius
spumet.

Hydromel compositum.

R. Aquæ fontis libras viginti
Mellis despumati libram unam
Salviae Origani an. pug. semis.
Anisi Coriandri ana 3 j.
Glycyrrhizæ 3 ij.
Cinnamomi 3 j. β.
Bulliant ad consumtionem quartæ par-
tis, & colentur.

Hydromel purgans.

R. Hydromelitis 3 xxxij.

Bb 5

Ca-

Catinarum pinguium num. viij.

Fol. Senæ electæ

Polypodii quercini ana 3 β.

Sem. Anisi 3 j.

Cinnamomi 3 β.

Zingiberis 3 j.

Coquantur ad dimidium: colaturæ adde

Sacchari Candi rubei 3 ij.

Misce ut artis est.

Eccoproticon felix; pueris, senibus, ac
iis quos sedes remorantur, familiare.

Oxymel elleboratum Gesneri.

Rz. Calaminthæ Thymi Palegii

Cardui Benedicti

Rosarum rubrarum

Menthæ crispæ ana p. j.

Sem. Anisi Ocymi

Sem. Vrticæ Romanæ

Sem. Anethi ana 3 j.

Rad. Angelicæ

Rad. Fœniculi Althææ

Scillæ Itidis nostræ

Turbich ana 3 β.

Ellebori albi

Esulæ præparatæ ana 3 ij.

Rad. Afari 3 j. β.

Galangæ Cinnamomi

Calami aromatici ana 3 j.

Omnia trita infunde in acetum acerrimi
lib.

lib. ij. vel q. s. triduo in sole vel ad fornacem in vitro vase obturato. Tum decoquuntur in olla vitreata ad dimidium fere; cum colabis, modice exprimendo, ad desque Mellis despumati, Sacchari ana lib. j. & ad consumtionem Aceti decoques in Syrupi consistentia. Dosis ad mouendam alvum ab $\frac{3}{2}$ p. usque ad 3 vj. cum decoctione Senae & Polypodii, vel Syrupo Violato, aliove solutivo.

Confert Epilepsiam, asthmati, & omnibus morbis à materia frigida, crassa, tenaci, à phlegmate & melancholia dependente.

* *Potus Hippocraticus.*

R. Cinnamomi electi 3 ij.

Zingiberis

Galangae ana 3 ij.

Nucis moschatæ 3 j.

Sacchari albissimi 3 xvij.

Vini albi potentis ac odoriferi lib. v.

Macerando probe tecta per horas octo vel decem, posteaque saepius percolanda redigantur in potum Hippocraticum; transcolatum liquorem aromatibus in manica Hippocratis contentis semper affundendo.

Cerebrum & ventriculum roborat, spiritus auget, vitales facultatis fulcit, amiss-

las vires reparat, ac infirmæ coctioni opē
præstat.

Cremor Ptisane.

R. Hordei mundi excorticati lib. j.
Aquæ q. s.

Bulliat semel. Facta ebullitione remo-
veatur prima aqua, & affundatur recens;
quæ iterum coquatur ad consumptio-
nem medietatis, ac per pannum cole-
tur.

Tabidis ex usu est, hec cisis consumtis,
& à prolixo morbo extenuatis idoneus ac
perutilis.

Mostarda, seu Diasinapi.

R. Pol. seminis Sinapi lib. iiiij. s.
Salis communis albiss. lib. ij.

Vini tubei q. s.

Infundantur per noctem agitata in vase
lapideo aut testaceo vitreato ampio; ma-
ne addendo

Corticum Citti melle conditorum, &
crassiusculæ incisorum ʒ iiiij.

Conservæ pro Mostarda lib. xvij.

Melazii, id est, Spumæ Sacchari nigræ
& liquidæ [quam Syrupum vulgus vocat]
lib. xlij.

Caryophyllorum ʒ j. s.

Nr.

Nucis moschatæ ʒ iij.

Aromata etiam crassiusculæ incidātur,
ac cum prædictis omnibus misceantur,
seruenturque sic in usum debitum.

Conserva pro Mostarda.

R. Cydoniorum recentium in radula seu
tyrocnestide rasorum partes tres.
Mellis despumati partes duas.

Coquantur s. a. & seruentur usui.

Mostarda ventriculum laxum ac frigi-
dum corrigit, mollitem eius aufert, co-
fitionem procurat, appetentiamque deie-
ctam erigit. Adhibetur potissimum ad
embammata seu intinctus mensis magna-
tum.

Passula laxativa.

R. Fol. Senæ Alexand. ʒ iiiij.

Cinnamomi electi

Zingiberis ana ʒ iiiij.

Aq. Endiviæ & Vini albi ana ʒ xiiij.

Infundantur per horas sex aut octo: de-
inde ebulliant, ac leniter exprimantur.
huic decocto post colaturam adde Saccha-
ri albi ʒ iiiij.

Coquantur simul fere usque ad conſi-
ſtentiam Syrupi; iniiciendo tum, ut adhuc
simul leniter bulliant, Passularum mi-

Eb. 7 norum.

norum repurgatarum 3 xiij. Atque sic lege
artis post iustam coctionem reponantur.

Eodem modo parantur & Zibebæ, &
Pruna laxativa.

Quamvis à longinquis partibus ob fa-
cilitatem vix quicquam educere possint;
dantur nihilo minus pue. is , delicatulis,
& hominibus alias medicinas purgan-
tes respuentibus. Adstrictam enim al-
vum leniunt , fæcesque diutius deten-
tas expellunt.

*Electuarium purgans
de Pomo Citrio.*

Rz. Corticum Citrii Pomi conditorum
Conservæ Boraginis
Buglossæ

Violarum ana 3 β. [al. 3 v.]

Specier. Diatragacanthi frig.

Diacrydii ana 3 β.

Turperi opt. 3 vj.

Sacchari albi lib.j.in aquis cordialibus
destillatis dissoluti.

Fiat Electuarium.

Plurimum in Gallia in usus est: sed in
confectione solida. Nonnulli additis fo-
liis Senæ, & pauculo Zinzibere ac Croco
tabellas conficiunt s. a. loco Electuarii.

Evacuat omnes humores.

Ho-

Holippæ purgantes.

Rx. Turbith electi 3 v.

Diagridii 3 ij.

Zingiberis Cinnamomi ana 3 j. f.

Hermodactylorum 3 j.

Pulverisata infundantur per noctem in aqua Rosarum fragrantissima. mane co-lentur & exprimantur. Cum hoc expresso ac colato, & sufficienti Farina triticea candidissima, ac Sacchari albissimi 3 iiiij. fiant Holippæ f. a.

Pituitosos biliatosque humores edu-cunt, nec non serosa excrementa evanuant. Usui sunt iis potissimum quibus appeti-tus per veritas alterius medicamenti sum-tionem dissuadet.

Diasfarum Fernelii.

Rx. Syr. de Menta

Violarum ana 3 iiiij.

Coquantur ad Mellis crassitiem: sub l-

nem, amoto igne, inspergantur

Radic. Peponis atidarum

Sem. Raphani, Vriticæ,

maceratorum in aqua Rosarum, & rufum

arefactorum ac tritorum, ana 3 β.

Rad. Asari congit. & per cribrum excre-tazum 3 ja.

Cin-

Cinnamomi

Sem. Fœniculi ana 3 j. f.

Fiat Electuarium liquidum.

Dantur 3 iii. ex aqua Hordei, vel
Mulsa, aut Sero lactis.

Omnis generis humores circa ventri-
culum & p̄cordia exuperantes vomitio-
ne dicit, non continuato, sed ex inter-
vallis facto impetu; ut senibus quoque
& aliis imbecillibus corporibus non ob-
lit. Eadem emendatius habebis infra.

Pulvis contra Hydropem
Eraſti.

℞. Pul. Foliorum Soldanellæ 3 j. f.

Fol. Senæ 3 ij.

Turpeti vel Rhabarbari 3 j.

Sacchari 3 j.

Misce, fiat Pulvis.

Quidam addunt pulveris Lumbrico-
rum terrestrium præparatorum & exsic-
catorum ad pondus omnium.

Pulvis solutivus de tribus.

℞. Fol. Senæ 3 vj.

Turbith 3 iiiij.

Rhabarbari 3 ij.

Glycyrrhizæ

Sem. anisi, fœniculi. an. 3 j.

Spis.

Spicæ Indicæ 3 β.

Fiat pulvis.

Inscribitur hic pulvis de tribus ob tria simplicia purgantia, quæ ejus compositionem ingrediuntur, Rhabarbarum nempte, Turbith & folia senæ. Confert autem hepatis & venarum mesentericarum obstructionibus, hydropi incipienti, ac ventris inflationibus: crudorum quoque humorum frigidorum maxime collectiōnem è ventriculo & mesenterio ejicit; & Diaphœnici vires amulatur.

Pulvis contra Vermes.

Rz. Sem. Santonici 3 ij.

Coriandri præparati 3 j.

Cornu Cervini usci 3 j.

Corallinæ 3 β.

Sem. Caulium 3 j. β..

Rhabarbari opt. 3 j.

Sacchari 3 j. β.

Misce. fiat Pulvis.

Cum Rhabarbarum pueris non semper sit acceptum, quidam loco Rhabarbari sumunt tantundem vel paulo plus foliorum Senæ.

Pilule.

*Pilula de Nitro Alexandri
Tralliani.*

R. Aloës Cologynthidos
Scammonii Bdellii
Hellebori nigri præparati
Gummi Arabici ana 3 ij.
Euphorbii præparati Nitri ana 3 j.
Cum Succo Brassicæ & Melle cocto fiat
massa.

Valent ad omnem humorem evacuan-
dum à partibus remotioribus. In dolo-
ribus luis Venereæ, Epilepsia, & aliis
pertinacibus morbis plurimi in Italia &
alibi usus.

Pilula Iliaca Rhasis.

R. Cologynthidos
Sagapeni ana 3 vj.
Diagridii 3 ij.
Cum Succo Porri fiant pilulæ.
Cum iudicio usurpandæ sunt hæ pilu-
læ. Dantur à 3 ij. ad 3 j.
Velociter passionem solvunt iliacam.
Cephalalgicis , hemicranicis saluberri-
mæ: nec in hydrope & cachexia contem-
nendæ. De iisdem infra agetur.

Pilula

Pilulae hydroticae.

R. Aloës electæ, diagrydii,
 Caryophyllorum ana 3 ij. f.
 Colocynthidis, Fol. Senæ,
 Gummi arabici, an. 3 j. gr. v.
 Euphorbii præparati,
 Nucis moschataꝝ, an. gr. xv.
 Succi cortic. mediani sambuci
 & absinthii ana q. f.
 Fiat Massa.

Hydropicorum aquas, ac tenuæ serum e-
 vacuant.

Trochisci de Rosis simplices Mesua.

R. Folior. Rosarum 3 x.
 Glycyrrhizæ 3 v.
 Spicæ Aromaticæ, sive Indicæ 3 ij. f.
 Tritis omnibus fiant Trochisci ex vi-
 no albo.

Ventriculum & hepar roborant, hu-
 moreisque detergunt; atque adeo phleg-
 matica febri convenient.

His si Scammonii opt. 3 iij. adii-
 ciantur, conficiuntur Trochisci purgan-
 tes.

Tro-

*Trochisci de Violis purgantes
Mesua.*

℞. Violarum purpurearum mundatarum,
 & mediocriter exsiccatarum ʒ vi.
 Turpeti albi & gummosi ʒ iiiij.
 Succi Glycyrrhizæ Mannæ ana ʒ iiij.
 Succus Glycyrrhizæ, Manna & Violæ,
 simul bene conterantur: quibus addatur
 pulvis tenuissimus Turpeti: diu simul te-
 rantur, & cum Syrupo Violato, si opus
 fuerit, fermentur Trochisci. Validiores
 autem efficiuntur si Diagridii ʒ viij. ad-
 dantur.

His utimur ad expurgandam pituitam
 lentam in thorace, cui bilis vitellina est
 permista: faciuntque ad difficultatem spi-
 randi.

Trochisci Gordonii.

℞. Sem. quatuor frig. maior. mundator.
 Papaveris albi,
 Malvæ, bombacis,
 Portulacæ, cydoniorum.
 Myrrillorum, tragacanthæ,
 Gummi arabici,
 Pinearum mundatarum,
 Pistachiorum,
 Sacchari candi, penidii,

Liqui-

Liquiritæ mundæ,

Hordei mundi,

Muccilag. psyllii,

Amygdalar. dulc. an. ʒ i.

Boli Armeni,

Sanguinis draconis, spodii,

Rosarum, myrrhæ, ana ʒ β.

Ex hydromelite f. Trochisci.

Renum exulcerationes sanant, sanguinis mictum inhibent, diabeti & gonorrhœæ conferunt, ac stranguriam levant. Propinantur si abstersio expetitur ex hydromelite, aut decocto liquiritiæ vel hordei: sin vero consolidandi intentio prævalet, ex lacte aut aqua chalybeata cum syrupo vel succo plantaginis; ac si exulceratio in vesica extiterit, lacte di-temperati per syringam iniiciuntur.

Extractum catholicorum.

R. Colocynthidos ʒ vij.

Agatici, diagryd. helleb. nigri, ana ʒ i. β.

Aloës electæ ʒ j.

Specier. Diarthrod. abbatis ʒ β.

Species Diarthodon insufficienti quan-
titate Spiritus vini per dies aliquot ma-
cerentur, ac is deinde relictis fæcibus su-
pra prædicta medicamenta purgantia fu-
sus in loco calido, vase probe clauso, vires
corum imbibat: postea leviter omnibus
ex-

expressis liqvor transolatus levi balneo
vapore evocetur, ut extracti spissamen-
tum in fundo cucurbitæ residet.

Medicamentum est catholicum seu uni-
versale, omnes in universum humores ex-
turbans.

Laudanum opiatum.

R. Specier. diambræ completar. ʒ iij.
Opii Thebaici ʒ vj.
Mumiæ ʒ β.
Succi hyoscyami ʒ j.
Coralli rubri præparati
Succini albi præparati ana ʒ iiij.
Crocii ʒ j.
Moschi orientalis gr. xv.
Ambræ veræ gr. xij.

Cum spiritu vini rectificato, ac quin-
quies correcto, fiat secundum artem ex-
tractum.

Dolores quoescunque, colicos præser-
tim sedat; somnum conciliat ac internos
cruciatus mulcet: non ramen nisi ab ex-
pertissimis medicis, & suo tempore ex-
hibendum.

Sief album cum Opio & sine Opio.

R. Gummi Arabici Tragacanthæ
Amyli ana ʒ iiiij.

Ce-

Cerussæ lotæ 3 vj.

Sarcocollæ nutritæ 3 iiij.

Opii 3 j. Cum albumine ovi fiat Sief.
Paratur etiam sine Opio, ut utrumque sit
in promptu. Rhases alibi sumit Cerussæ
3: Mesue addit Thus.

Ad oculorum fluxiones, lippitudines
acres, & dolores inde natos leniendos
adhibetur, cum aliquo convenienti li-
quore.

Collyrium album Galeni.

g. Cadmia lotæ, id est, Tutiæ præpara-
tæ 3 xvij.

Cerussæ 3 j.

Amyli Gummi Arabici

Tragacanthæ ana 3 iiij. Opii 3 ij.

Excipientur cum aqua pluvia vel Rosa-
cea, & fiat Collytum ficcum. Paratur
etiam sine Opio.

Ad Oculorum unctiones, pustulas, chy-
moses, fluxiones, lippitudines acres, ac
dolores inde natos leniendos faciunt hęc
Collyria: maxime in his qui nullam mor-
dacitatem ferre possunt, utilia. Sed poste-
rius in Italia est frequentius usitatum.
Vſus est cum ovo.

Pomum

Pomum Ambre.

& Santali Citrini ʒ vj. Ə ij.
 Ligni Aloës ʒ β.
 Rosarum rubearum Basiliconis
 Lavendulæ Anthos
 Majoranæ ana ʒ iiij. Ə j.
 Corticum Citri ʒ vij.
 Cinnamomi Nucis moschatæ
 Macis Caryophyllorum
 Coriandrorum præparatorum
 Cardamomi ana ʒ iiij. Ə j.
 Ladani puri ʒ viij.
 Styracis Calamitæ ʒ vj. Ə ij.
 Styracis liquidæ ʒ iiij.
 Asæ dulcis ʒ x.
 Ceræ citrinæ ʒ j. β.
 Terebinthinæ Cypriæ ʒ iiiij.
 Aquæ Rosarum ʒ ij. β.
 Moschi Alexandrini
 Ambræ an. Ə ij. β.
 Fiat massa.

Odore spiritus instaurat, & cordi robur addit.

Vsus est maxime cum aliqua aëris inquietati suspicio viget: cui runc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta, & præsertim Camphora recte adiicitur.

Can.

Candela pro suffitu.

Rx. Styracis Calamitæ

Carbonum Salicis ana ʒ ij.

Benzoini ʒ i.

Caryophyllorum ʒ β.

Laudani ʒ vi.

Terebinthinę Cyprię, & Mucilaginis Tragacanthę cum Aqua Rosarum factę q.s.

Fiant Candelæ, Tędæ, vel Aviculæ: quibus pro delicatioribus Galliam moschatam aut Ambram addere licebit.

Oleum Ranarum Mesua.

Ranarum fluvialium libra dimidia de-coquitur in olei Sesamini sextario, in vitro optime clavolo, usque ad ipsarum dissolutionem.

Arthritidi & Podagræ calidæ prodest.

Oleum præstantissimum, vermes pellens, aut necans.

Rx. Myrrhæ electæ ʒ viij.

Masticæ ʒ ix.

Aloës Epaticæ ʒ xvij.

Salis communis lib. j.

Confusa omnia per retortam igne len-to destillentur magna diligentia. Exhibit

Cc primo

primo aqua , dein Oleum admirandum;
 cuius (inquit Melichius) unica gutta
 preciosissimis etiam gemmis est precio-
 sior. Siquidem infantes à vermibus infe-
 statos inunctum liberat à morte. Vulnera
 etiā, nisi in ipsa usque ossa penetrant, gut-
 tula una consolidat intra horas xxiiij.

Oleum Balsami.

R. Terebinthinae ȝ xvij.
 Myrræ Cinnamomi
 Caryophyllorum
 Nucis muscatæ Aloës
 Cubebarum Castorei
 Zedoariæ
 Mastiches Galangæ
 Ligni Aloës
 tormentillæ
 Dictamni albi ana ȝ β.
 Gummi Hederæ
 Thuris ana ȝ ij.
 Olei Laurini
 Galbani Gummi Elemi
 Olei Olivarum
 Aquæ Vitæ ana ȝ vj.
 Rad. Chelidoniæ
 Sarcocollæ
 Marrifilvæ Salviæ ana man. j.
 Terenda tere, & cum aqua Vitæ permisce,
 atque cum Terebinthina in cucurbitam
 bene

benē clausam immissa, in balneo Mariæ
salenti quadriduum depone. Dein super
cineribus igne lento distilla, ita ut biduo
opus solvas.

Valde à Melichio hic liquor commen-
datur in paralysi, nervis contractis, do-
lore dentium, pestiferis apostematibus,
pauculis guttulis.

Oleum Cera ex descriptione Melichii.

Præstantissimarum esse virium, inquit,
cōperimus ad dolores hypochondriorum
& Stomachi. Tussi medetur; vulnera sim-
plicia, quæque in partibus facta sunt ner-
vosis, curat. Quod intra corpus exhiberi
solet, sic sit:

Cera liquata in aquam communem
proiicitur octies aut decies: dein per re-
tortam, cui cineres non subsunt, destil-
atur igne moderato. Initio autem non
Oleum, sed quiddam Butyro simile pro-
it: ideoque quinques vel sexies repeti-
ta destillatione opus erit, donec non con-
crescat amplius Oleum. Quod si coagu-
lari videris, destillationem repece, donec
incerum prodeat Oleum.

Alio modo fit, vulneribus sanandis
stile:

Cera liquata in vinum album quam ha-
beri poterit optimum, proiicitur octies

deciesve, semperque diligenter subigitur. Deinde distillatione modo descripta Oleum elicetur.

Oleum Zanetinum Melichii.

Patavinis & Venetis est in usu, & miracula præstat. calidum enim quantum tolerari potest vulneri instillatum, glutinando xxiiij. horarum spatio perfanat.

℞. Apii manip. ij.

Chelidonii M. iiiij.

Rorismarini Sicilianæ [seu Androsam quorundam]

Plantaginis Absinthii ana M. ij.

Salviae M. iiiij. Millefolii M. ij.

Flor. Calendulæ M. vj.

Flor. Verbasci M. iiiij.

Laurentinæ M. vj.

Laureolæ M. iiiij.

Succi Rutæ ȝ iiiij.

Olei communis lib. vj.

Terebinthinae

Resinæ Pini ana lib. iiiij.

Galbani ȝ iiiij.

Viridis Æris ȝ iiiij.

Ex herbis conutris succus exprimitur, quo Galbanum dissolvitur. Additis postea Oleo & Terebinthina, in vase cooperato simul coquuntur, donec omnis succus sit absumtus: quo facto per stamen fortissime

sime exprimuntur. Expresso adhuc calenti mox Viride Æris additur, & tam diu subigitur, donec exacte sit commixtum, & colorem viridem adipiscatur oleum.

Oleum è croco Mesua.

R. Croci ʒ β.

Myrræ electæ ʒ ij.

Aceti q. s. ad macerandū diebus quinque.

Cardamomi ʒ iiiij. β.

Olei ʒ ix.

Crocum & Myrram diebus quinque macera; die sexto adde cardamomum, septimo cum oleo coquantur igne lento ad aceti consumptionem.

Nervos ac uterum roborat, eorum dolorem sedat, convulsioni & uteri noxis confert, durities dissipat, nec non corpori colorem vividum præstat.

Oleum è styrace.

R. Styracis ʒ iij.

Olei communis lib. j.

Vini q. s.

Coquantur in duplici vase ad vini consumptionem.

Calefacit vehementer & emollit, ob id coufert dolentibus à frigore tenibus, vesicæ, utero, muscularis, iuncturis, tendi-
Cc; nibus,

nibus, eorumque duritieris insigniter emollit. Ad nervorum iniurias & vulnera notum commodum, ob id Chirurgis expectatum, ac ad scabiem efficax, ut scribit Mavardus, addita hellebori albi octava portione.

Oleum è floribus Verbasci.

Fit insolatis in vase vitro, ut etiam è floribus rorismarini.

Ad podagricos & alios dolores praesertim calidos laudatissimum. Commendatur etiam in hemorroïdibus.

*Vnguentum Alabastrinum
Faventini.*

R. Succi Chamæmeli recent. ʒ iiiij.

Succi Rosarum recent. ʒ i.

Succi Ruta recent.

Betonice ana ʒ j. f.

Succi radicum Althææ ʒ ij.

Olei Rosati Omphacini lib. j. f.

Alabastri opt. & puriss. ʒ iiij.

Pulverisentur subtiliter, & per diem naturalem infundantur in oleo omphacino deinde cum Ceræ albæ q. s. ex omnibus fiat unguentum.

Prodest in omni dolore capitis, sive per essentiā, sive per consensum, adsit febris, vel

vel non: ac in omni tempore paroxysmi
possimus uti, excepto principio.

*Unguentum de Tabaco sive Peto,
Iouberti; quod Unguentum
Nicotianum vocat.*

g. Foliorum Peti lib. ij.

Pinguēd. Porci recent. vel diligenter lo-
tæ lib. j.

Herba maceretur per noctem in vino
rubro. Mane bulliat igne lento cum pin-
guēdine, ad Vini consumtionem; & co-
letur exprimendo: colato addantur

Succi Peti lib. β.

Resinæ Abiegnæ ʒ iiiij.

Coquantur ad succi consumtionem; cir-
ca finem addendo

Rad. Aristolochiæ rotundæ pulverisa-
tæ ʒ ij.

Ceræ novæ q. f.

Fiat unguentum. Si malis Ceratum, au-
geatur pondus Ceræ. Si magis siccare
velis & consolidare, addantur Mumiz &
Succini ana ʒ iij.

Vsurpatur efficaciter ad scabiem, & præ-
sertim tineam capit is; item ad ulcera &
vulnera, tam recentia quam antiqua; ad
inflammationes & furunculos; adusta
quoque & morphæam; ad tela item ac

C c 4 globu-

globulos extrahendos. Ad scrophulas admirandum esse asserit huius Vnguenti inventor Ioubertus.

*Vnguentum ex succis Iul.
Casaris Arantii.*

R. Olei Rosati opt. lib. j.
Ceræ albæ novæ ʒ viij.
Foliorum Plantaginis ʒ Lapathii

Solani Centaurei minoris ana man. ij.
Herbæ pridie cœlo sereno, orto iam sole,
estate aut autumno ineunte collectæ,
bulliant donec probe coctæ fuerint postea
coalentur, torculari exprimantur. Expressum
vero, abiectis herbis, denuo moderate
ferveat una cum oleo, in quo cera lento
igne liquefacat, donec omnis aqua absumatur
humiditas, & solidam Vnguenti
formam acquisierit, quo fere iam refrigerato,
adde Camphoræ pulverisata ʒ β.

Vlceribus fœdis ac malignis opitulatur:
mundificat, siccatur, abstergit, coquit, &
consolidat, fluxiones acres in iisdem tem
perat, inflammaciones repavit, ac sinus
cicatrice tegit.

Vnguentum de Cynoglossa.

R. Radic. Cynoglossæ rubearum lib. p.
Butyri recentis lib. j. β.

Vi-

Vini rubri ʒ iiii.

Coquuntur ad vini consumptionem & colentur.

Valet ad contusa & fugillata, sanguinem concretum tam intus assumptum, quam forinsecus illitum dissolvit. Pleuritidi auxiliatur, dolores à causa calida etiam podagricos mitigat, & anodynum est præstantissimum variis usibus ac. commodatum.

Vnguentum nibili ad oculos.

R. Tutiæ præparatæ ʒ j.

Corall. rub. præparat.

Matris perlarum ana ʒ s.

Nihili albi ʒ j.

Camphoræ ʒ j.

Pinguedinis porci sine sale in vino lotæ lib. j.

F. Vnguentum.

Calidas oculorum fluxiones demulcet ac fistit, eorundem rubedinem & inflammationem aufert, nec non dolores inde natos tranquillat.

Vnguentum Pediculorum.

R. Sem. Staphys agriæ ʒ ij.

Hellebori albi ʒ j.

Salis ʒ ij.

C c 5.

Az-

Argentivivi ʒ ij.

Aceti vini ʒ ij.

Axungiæ porcinæ lib. j.

Olei Laurini ʒ ix.

Saponis Veneti lib. β.

Fiat unguentum secundum artem. Quidam omittunt Saponem Venetum: quidam addunt oleum Spicæ.

*Unguentum ad verrucas seu carunculas
in meatus urinario natas*

Alphonsi Ferrii.

R. Mercurii præcipitati ʒ ij.

Vnguenti de Cerussa ʒ β.

Addatur his pro magnitudine affectus aliquid Olei Vitrioli aut Aquæ fortis, immittendo de his parum supra candelam ceream in canalem. Potest autem loco Vnguenti de Cerussa à principio sumi Unguentum Anodynum, in æqua cum Præcipitato portione.

Candele sic fiunt in hunc usum.

R. Ceræ albæ lib. j.

Terebinthinæ Venetæ ʒ j.

Liquescat Cera; postea addatur Terebinthina, & in his liquatis intingantur ellychnia, sicutque candelæ iustum crassitatem habentes.

Vnguentum Anodynum.

Rz. Olei Liliorum alborum ʒ vj.
 Anethini Chamæmelini an. ʒ ij.
 Olei Amygdalarum dulcium ʒ j.
 Pinguedinis Anatis Gallinæ an. ʒ ij.
 Cerae albæ patum. Misce.

Mitigat corporis quacunque parte do-
 lores.

Ceratum ex Betonica Augustanorum.

Rz. Terebinthinae Resinæ Pini
 Cerae flavæ an. ʒ ij.
 Betonicae pulverisatae ʒ v.
 Mastiches Thutis an. ʒ ij.
 Mumiae ʒ j. β. Misce, fiat malagma.
 Vfus huius cerati est in vulneribus ca-
 pitis. Vulgo ita fit:
 Rz. Resinæ puræ
 Cerae novæ ana ʒ vj.
 Terebinthinae lib. i.
 Succi Apii Betonicae
 Plantaginis an. ʒ vj.

*Ceratum Diachalciteos Galeni,
 seu Diapalma.*

Rz. Axungiæ Porci veteris, à membranis
 per liquationem & colationem purgatae,
 lib. ij. C c 6 Olei

Olei veteris

Lithargyti triti & creti an. lib. iij.

Chalcitidis [ustæ,] sive eius loco Vi-
trioli stalaetici ʒ iiiij.

Liquefactis igne Axungiæ & Oleo mi-
sceatur Lithargyrium & Chalcitis sive Vi-
triolum, movendo continuo rudicula ex
ramo Palmæ recentissimo, dempto prius
cortice, confecta: verum ubi pars rami
medicamento immissa, calore exarescit,
abscindatur, & reliqua adhuc recens im-
mittatur, & coquatur ad convenientem
crassitudinem, in ictu inter coquendum ramo
Palmæ viridis minutim inciso. Aliqui su-
munt pro ramo inciso succum ex eodem
expressum. Alii, ubi prope excoctum est,
addunt tenerorum Palmæ ramorum minu-
tim incisorum, & in nodulo ligatorum
manip. iiiij. In defectu ramorum Palmæ
sumatur rudicula ex recenti succulentoque
ramo Quercus. Alii sumunt ramum Pyri,
aut Pruni silvestris, aut Salicis: Alii Can-
nis utuntur.

Ambustis, ruptis & contusis, vulne-
ribus cruentis, tumoribusque pestilenti-
bus utile.

Cera-

*Ceratum pro Herniosis, Noribergensis-
bus usitatum, ex descriptione Vol-
kert Coiter Frisi.*

R. Pul. Mastiches Mumiae
 Thuris Electrī sive Succini
 Gummi Arabici
 Tragacanthæ
 Aloës opt. Balaustiorum
 Rosarum an. ʒ β.
 Sanguinis Draconis
 Boli Armeni
 Lapidis Hæmatitis an. ʒ vj.
 Olei Rosarum ʒ iii.
 Myrtini Mastichini an. ʒ j.
 Cum Cera & Resina q.s. Fiat Ceratum.

Ceratum Gratia Dei Nicolai.

R. Terbinthinae lib. β.
 Resinæ lib. j.
 Ceræ albæ ʒ iiij.
 Mastiches ʒ j.
 Verbenæ, betonicæ, pimpinellæ an. M. j.
 herbæ pistentur, & in vino albo odorato
 bulliant usque ad consumptionem tertiaræ
 partis, colentur, deinde herbæ abiiciantur,
 ac cera, resina & mastiche cum colatura
 ponantur, ac bulliant iterum agi-
 tando

C e 7

tando donec incorporentur: tunc depo-
nuntur ab igne, & addatur terebinthina,
ac totum agitetur bene cum spatula, &
fiat ceratum.

*Ceratum Matricale vel de
Galbano.*

R. Galbani præparati ʒ j. f.
Aſſæ foetidæ ʒ β.
Myrræ rubæ ʒ ij.
Bdellii mollis ʒ j.
Matricariæ pulverisatæ,
Artemisiæ ana ʒ β.
Seminis danci ʒ j.
Gummi dissolvantur in aceto, &
Fiat Ceratum.

Vterum frigidum calefacit, eius flau-
lentiam dissipat, eum elocatum reponit,
ac in propria sede coercet, doloresque
eius frigidos placat.

*Emplastrum ad Tophos & Augu-
stanorum.*

R. Picis navalis
Colophoniæ an. ʒ iij.
Mucilaginis Radicum Althææ ʒ ij. β.
Galbani Mastiches Myrræ
Thuris Ammoniaci an. ʒ j. β.
Propoleos Visci Quercini

Ari-

Aristolochiæ rotundæ \mathcal{A} ris iusti

Ceræ citrinæ

Terebinthinæ an. $\frac{3}{2}$ iij.

Fiat secundum artem Emplastrum.

In tumoribus & nodis luis Venereæ felici successu usurpatur.

*Emplastrum de Ranis Viginis,
ex correctione Rondeletii.*

R. Olei Chamæmelini Anethini

De Spica Liliorum an. $\frac{3}{2}$ ij.

Pinguedinis Porci

Pinguedinis Vituli an. lib. j.

Euphorbii Thuriis $\frac{3}{2}$ v.

Olei Laurini $\frac{3}{2}$ j. β .

Pinguedinis Viperæ $\frac{3}{2}$ ij. β .

Ranarum viventium num. vi.

Lumblicorum lotorum in vino $\frac{3}{2}$ iij. β .

Succi rad. Ebuli

Enula Campanæ an. $\frac{3}{2}$ ij.

Schoenanthi Stœchados

Matricariæ an. manip. j.

Vini generosi lib. j.

Bulliant omnia ad consumptionem

Vini.

Colaturæ adde Litharg. auti lib. j. & diu agitentur. Deinde adde Ceræ citrinæ q. s. Terebinthinæ Abietis $\frac{3}{2}$ ij. Aufferantur ab igne, & adde Styracis liquidæ $\frac{3}{2}$ j. β . Agitentur fortiter. Post. quam

quam refixerit aliqua ex parte , adde Argenti vivi extincti in saliva hominis ieiuni ȝ iii. Fiat Emplastrum.

Hoc Emplastrum, inquit Rondelerius, recipit quantitatem parvam Argenti vivi: quare efficacius reddetur ad omnia, si Argenti vivi ȝ vi. receperit , & Euphorbii ȝ β. Quod Argentum vivum extinguitur saliva, superstiosum est & inutile.

*Emplastrum de Minio Vigo*nus*.*

℞. Ol. Rosati lib. j. β.

Ol. Myrtini

Vnguent. populeonis an. ȝ iiiij.

Pinguedinis Gallinæ ȝ ij.

Sevi castrati

Vaccini an. lib. β.

Pingued. porcinæ ȝ vij.

Lithargyrii aurei

Argentei an. ȝ iii. β.

Cera q. s. fiat Emplastrum s. a. Vulnera & ulcera antiqua & maligna potenter curat.

Lapis septicus , seu Cauterium potentiale , Augustanorum.

℞. Cineris clavellati

Calcis vivæ an. partes æquales.

Macerentur per dies aliquot in aqua com-

communi: postea colentur, & durum co-
quantur ut artis est.

Eo chirurgi in parandis emissariis seu
fonticulis ac abscessibus extorsum ver-
gentibus communiter utuntur.

Lapis Philosophorum Augustanorum.

Rz. Aluminis Rochæ, seu communis
Vitrioli Hungarici an. lib. j.

Misceantur in olla non vitreata, affun-
dendo Aquæ fontanæ lib. iiiij. Hæc per-
petuo agitando ad ignem lentum, spumara
semper auferendo, liquefcant.

Postea adde

Boli Armeni ȝ j. β.

Certusse albae & mundissimæ ȝ j.

Camphoræ ȝ ij.

Minutissime pulverisata misceantur;
rudicula semper agitando, ac sub finem
addendo

Aceri vini albi lib. β.

Coque ad iustum lapidis consistentiam.

Mirabilis eius usus in ulceribus fluidis,
ac putrida humiditate fœdis : sinus & fi-
stulas exterget, ac consolidat : ulceribus
insuper malignis, quæ cacoëthe vocant,
cicatricem inducit.

L O -

LOBELIANÆ & RONDELETIANÆ
FORMVLÆ ALIQVOT,
omissæ, aut ab ipsis emendatae;
cum aliis quibusdam.

Decoctionis Communis, Clysteris.

℞. Betæ Malvæ Parietariae
Brancae Vriginæ Mercurialis an. M.j.
Furfurum p. j.
Fiat decoctio in sufficiēti quātitate aquæ.
Quod si addantur Anisi & Fæniculi ana 3 ij.
melior erit decoctio.

*Decoctionis Communis Medicinae,
ad dissolvenda solutiva.*

℞. Hordei integri p. j.
Prunorum & Passularum ana p. x.
Glycyrrhizæ rafæ 3 ij.
Violatum p. j.
Anisi 3 j. Fiat decoctio.

Dicitur autem Communis, quod nulli parti
aut humoris sic destinata, ut est Pectoralis,
qua utimur in affectibus pectoris; neque pitui-
tam, bilem vel melancholiām evacuet; sed
tantum leniens sit, ad omnia excrementa. Id-
circo Tamarindos expunximus, quia ledunt
ven-

ventriculum, & ad bilem prescribuntur. Anisum addidimus, ut status à Prunus & Hordeo genitos discutiat; & quia odorata semina cum medicamentis laxantibus admiscenda imperat Hippocrates.

Decoction Pectoralis.

R. Hordei integri p. j.

Glycyrrizæ ʒ β.

Capillorum Veneris Hyssopi ana M. j.

Ficum Dactylorum mundatorum

Passularum enucleatarum an. p. vj.

Florum Violarum Buglossi ana p. j.

Anisi ʒ iij. Fiat decoctio.

Vsui erit ad medicamenta laxantia dissolvenda; utilis ad deterionem & exporationem in pleurite.

Electuarium Caryocostinum.

R. Hermodactylorum Diagtidii ana ʒ vj.

Caryophyllorum Costi Cumini

Zingiberis ana ʒ iij.

Mellis despumati ex Vino albo aromatico ʒ ix. Misceantur, & fiat Conditum. Vini autem vis, ut Mellis, longa decoctione valde minitur. Praestaret uti duabus Mellis despumati partibus, molissimo igne; affuso paucō liquore & Vini Passi aut Sapæ parte una.

Apud

Apud Londinenses quosdam in frequentissimo usu est, ad articulares affectus, podagricosque dolores : materia tamen defluente, ait Lobelius, praestaret uti Rhabarbaro & Myrobalanis ; aut saltem Hermodætylis, permixtis Scammonio aut Diagriddio, & reliquis.

Pilulae Sanctæ Italorum, ad Luem Venereum.

R. Trochisc. Alhandal Scammonii
Salis Gemmæ
Sagapeni ana æquales partes.

Cum Rhodomelite fiat massa. Dosis ʒ f. Ob Sal Gemmæ humida massa est. Quidam ex Succo Porri parandum iubent.

Chylisma Pilularum, Saccharo conditaram Thoma Plateri.

R. Specierum Diambaru, vel Diamarga-
rit. frig. ʒ β.

Cinnamomi selectissimi ʒ j.

Spiritus Vini lib. iiij. Macerentur per dies aliquot in vase vitro, probe oblitio, ne quid expiret. Vas quotidie agitari debet: deinde relicta in fundo vasis fæcibus, adde

Trochisc. Alhandal, Rhabarb. electi ana
ʒ vij.

Senx

Senæ mundatae, & Gratiolæ præparatæ
contusarum ana 3 vi. β.

Turbith & Diacrydii, (Italico more para-
ti,) ana 3 vij.

Agarici candidissimi 3 iv.

Veratri nigri legitimi 3 iij.

Omnia incisa macerentur in eodem li-
quore per dies xiv. Colentur, & deinde
distillentur in balneo Mariæ, ad cōsisten-
tiām, secundum artis præcepta. Tunc ad-
de Aloës Succotrinæ selectissimæ, in pul-
verem redactæ & præparatæ, 3 x. Formen-
tur Pilulæ. Obvolvantur pulvere Cina-
momi aut Glycyrrhizæ, & exacte siccen-
tur per se in umbra. Deinde accipe Albu-
men unius Ovi, vel q. f. & in eo dissolve
Gummi Tragacanthi 3 j. pulv. Sacchari
albissimi q. f. ex lib. β. operiantur primo
tegumenti involucro. Deinde conditura
absolvatur, ut cæterorum tragematum.

Dosis à 3 j. ad 3 f. vel 3 j.

Si Extractum volueris conservare in
forma Opiatæ, tunc adime Tröchiscos
Alhāndal; quos ultimo miscere poteris.
Aufer item Aloën, & adde eorum loco Ca-
tholicum commune, eodem pondere. Da-
tur in ea forma ad 3 j. vel 3 l. β.

Hac artis lege pleraque alia Catapotia
& Medicamenta in gratiam molliculorum
& morosorum nitide cōflabat Ludovicus
Myreus, Matthiae Lobelii gener; Anisum
item

item laxativum, Cari semen, & similia; uti
Semem contra vermes, descriptum inter
pulveres à predicto Myreо.

Cremor Tartari.

R. Tartari subtilissime triti lib. j.

Superaffusa aqua decoquatur terreo va-
se. Inter coquendum Spumam colligo,
& ficcato; quam Tartari Cremorem ap-
pellant. Per se exhibitus, blande purgat.
Alii calculosis cum Dacrydio exhibent,
pro arcano magno.

Trochisci è Minio, corrodentes,
Ioannis de Vigo.

R. Medullæ panis crudi, bene fermentati
z iv.

Sublimati electi z j.

Minii z β.
Aqua Ros. q. s. Fiant Trochisci. Sic-
centur calore clibanii tepidi.

His sèpissime utuntur Chirurgi.

Oleum Rosatum completum.

Fit ex Oleo dulci & maturo, & Rosis ex-
pansis, contusis, & soli expositis, & levi-
ter decoctis in duplice vase, ut Oleum Ros.
omphacinum componitur.

Hoc

Hoc ad dolores convenient. Post annum valet adhuc ad confortationem & doloris mitigationem. Omphacium vero post annum inutile est ad refrigerandum & repellendum. Quare pro completo usurpari potest secundo & tertio anno. Regiones autem quae carent Oleo Omphacino, addere possunt Omphacium & Plantaginem, vel Succum Rosarum, in infusione Rosarum, vel iteratis infusionibus ad strictionem vim oleo conciliare: aut tempore Vvae acerba coquere in Oleo dulci quantitatem sufficientem predictae Vvae, cum acinis, ad strictionem.

*Syrpus de Hedera terrestri,
sive Pulmonarius.*

Rz. Hederæ terrestris Hyssopi
Veronicae Pulmonariae Melissæ ana ʒ β.
Vini optimi lib. ij. fl.

Infusione facta per aliquot horas, co-
quantur s. a. addendo Sacchari albissi-
mi tb j.

Visitatus est in vitiis pulmonis, & phthisi,
ac aliis fluxionibus ad pectus decumben-
tibus.

Aqua Cinnamomi, contra Epilepsiam.

Rz. Cinnamomi optimi lib. j.
Sem. Pæoniae recentis ʒ j.

Gal.

Gallitrichi Caryophyllorum an. 3 v.
Visci quercini Rad. Paeoniae ana 3 s.

Incisa & contusa omnia macerentur in
aq. Cinnamomi q. s. per dies octo. Dein-
de fiat destillatio per balneum.

Morselli laxativi.

R. Conservæ Violarum in Boraginis
Buglossi ana 3 ij.
Corticum Citri 3 j.
Zingiberis 3 j. s.
Specierum Diatragacanthi frigidi 3 ij.
Diacrydii 3 vj.
Fol. Senæ Turpethi ana 3 s.
Croci 3 j.
Sacchari albissimi lib.j. Alii sumūt 3 viij.
Fiant Morselli.

Passula purgantes cum Rhubarbo.

R. Rhabarbari optimi 3 j.
Spiceæ Indicæ 3 ij.
Cinnamomi 3 iiiij.

Incisa in fundantur in vino dulci recen-
ti quantum satis fuerit. Facta una atque
altera ebullitione, & Saccharo paucō, ut
dulcescat, addito, cum hac irrorentur
Passularum unciae octo, donec ad consi-
stentiam perveniant, in loco calido, se-
cundum artem.

Emplas.

Emplastrum ad Hydropem.

R. Stercoris colubini aceto macerati fū j.
 Sulphuris vivi 3 j.
 Nitri, vel Salis Gemmei 3 β.
 Pul. Rad. Enulæ Baccarum Lauri
 Anethi Florum Chamæmeli an. 3 vj.
 Sem. Nasturtii 3 i.

Decoquantur omnia in Vino ad consistentiam, & addantur

Mellis 3 ij. Terebinthinae 3 j. β.
 Succi Eboli 3 ij. Iridis 3 j.
 Farinæ Fabarum 3 j. β. Fiat Emplastrum.

Patavii usitatisimum est.

Emplastrum ad callos pedum efficax.

D. Iac. Cargilli Scoti.

R. Gummi Ammoniaci Aceto soluti 3 j.
 Vitrioli Romani, Calcis vivæ, ana 3 vj.
 Viridis Æris 3 β.
 Auripigmenti, Cantharidum, ana 3 j.
 Ceræ novæ 3 iiiij.
 Olei Chamæmelini & Euphorbii ana q.c.
 Fiat Emplastrum.

Emplastrum è pelle Arietina, ad hernias, Arnaldi de Villa Nova.

R. Lithargyrii Auri Lapidis Hæmatitis
 D d San-

Sanguinis Draconis Boli Armeni
 Mumia Galbani Thusis
 Lumbricorum terrestrium ana 3 f.
 Picis navalis Colophoniae
 Ceræ albæ & rubræ ana 3 j.
 Rad. Consoli dæmaioris, minoris & me-
 diæ ana 3 iiij.
 Rosarum rub. Myrræ Aloës ana 3 iiiij.
 Stellæ marinæ combustæ
 Gallarum combustarum
 Aristolochiæ rotundæ ana 3 vij.
 Visci Quercini Terebinthinæ ana 3 iiij.
 Sang. hominis rufi lib. j. minus quarta.

Conficiatur hoc modo: Pellem Arie-
 tinam, recenter detractam seu excorica-
 ram, cum pilis, coque ad dissolutionem.
 Colaturæ lib. j. misce Viscum Quercinum
 dissolutum. Cum spathula stannea agite-
 tur. Deinde Ceram, Picem, Colophoniam
 adde. Ammoniacum & Galbanum dis-
 solvantur in Aceto, & colentur. Adda-
 tur deinde pulvis aliorum: Ultimo loco
 odorata, & quæ minorem calfactionem
 ferre possunt. Postremo Terebinthinæ
 Sanguis permisceatur. Vermes in Vino
 cocti, & diligenter triti, commisceantur.
 Coquantur, donec non inquinent manus,
 manibus inunctis Ol. Rosato vel Cydo-
 niorum; non Violaceo, ut vulgus facit.
 Malaxentur: sicut magdalones. Ego, in-
 quid Lobelius, tantum mutavi, quod pro Pal-
 leam

team Marinam, Stellam legerim, que est
ad id efficacissima. Quod Sanguinis hominis
rufi legitur, censerem potius hominis pitui-
tosí legendum, qui sanguinem viscosorem &
tenaciorem habet. Satis fificant alia medicamen-
ta: sed parum resert. Nam oporteret accipere
sanguinem eorum qui truncantur capite, in qui-
bus fluit venalis & arterialis: & sic est satis sic-
cus & viscosus.

Dd 2 FRAN-

FRANCISCI DISSALDEI
D.Medici Parisiensis Regii

PHARMACONETES,

sive

PHARMACITIS BIBLOS:

Liber continens PHARMACA tam
Simplicia quam composita, quæ
in Officinis parata habere debent
Pharmacopœi.

Apud Galenum lib. 6. Comp. Med. Gen.
cap. 7. repertias Andromachum scripsisse
librum Φαρμακωνίτην, de Remediis que ex-
trinsecus corpori admoventur. Sed legen-
dum, vocabulo non admodum usitato,
Φαρμακωνήν, ut sit Liber comparātorum
Remediorum: ad eum modum quo apud
Pollucem citatur ex Dinacho ἀντικῆς
aut vocabulo usitatissimo Φαρμακῆς.

POPVLO SALMURIENSI

FR. DifSaldeus Medicus

S. P. D.

CONQUESTI sunt apud me sepius ve-
stri pharmacopæi (Cives optimi,) quod
in tanto Medicamentorum, tam Simpli-
cium quam Compositorum pélago herentes, que
in medicum usum parare, qua omittere debeant,
ignorent. Vnde si, ut Officinis, copia alioquin
Remediorum laborantibus, ea saepe desint que
ad morborum curationem sint necessaria. Hinc
quanta ægris perpicias oriatur, Cis & eis tñ
τέχνῳ ēlūoīs non difficile dictu est; non parvo
etiam ipsorum Pharmacopœorum damso, qui
necessariis dum saepe carent, multa inutilia situ
sibi corrumpi experintur. Ego itaque ex longo
uso, multumque trita, quam vestri habeo, expe-
riencia, ægrorum bono publico hac exaravi, ut
in posterum nec medicis desit quod prescribant,
nec pharmacopæis, quo medicorum prescripta
exsequantur: Et venia locus non sit, si corum
Officinae aut necessariis carent, aut pravis sca-
tent. Volo præterea, ut hoc perpetuo memine-
rint Pharmacopœi, hac sibi Pharmaca tantum
esse, hoc est, si ex suo arbitrio abutantur, ve-
nena præsentissima; si ex arte ac methodo à
peritis medicis in usum traducantur, remedia
efficacissima: atque ut pie simul ac eleganter

D d 4

ab

ab Herophilo olim dictum, ad restituendam sanitatem *χειρας θεων*. Ne ergo eorum usum sibi permissant temerari; aut, si permiserint, severe in eos & iudicibus, quibus publica salutis cura tradita est, animadvertisatur. Servarui autem in his scribendis eam temperiem, ut ex Simplicibus ea tantum enumerarem, que in Officinis asservari solent, iis que ex tempore colligi possunt omisis, & iis etiam que ad illustrium tantum & magni nominis Compositionum dispensationem comparanda venient; quod ea satius sit recentia habere, quam carie exesa & velustate exoluta, ex Officinis in usum producere. Ex Compositis autem, ea etiam sola in unoquoque genere recensui, que & selectiona sunt, & uso frequentiora, & magis ad salutem agrorum comparandam necessaria; iis que in vulgaris Dispensatoriis descripta habentur, solo digito, ut aiunt, indicatis: iis autem que vulgo non extant, integris adscriptis. Sic factum spero, ut hic Medicamentarius libellus, & mole minor multo, & suis tamen numeris omnibus ornatus ac cumulatior prodeat. Notas etiam hoc illuc adpersi, lectoris, nisi me animus fallit, non innubiles futuras. Hac si publice prosunt, satis superque mihi est; qui in hoc mustaceo laureolam non quaro. Vivite, ac valete.

hoc est,

MEDICAMENTARIUS LIBELLVS,

seu

LIBER CONTINENS PHARMACA,

TAM SIMPLICIA QUAM COMPOSITA,

quæ in Officinis parata habere

debent Pharmacopœi.

MEDICAMENTA SIMPLICIA.

TERRENA & MARINA	Aisenicum.
Bolus Armenia.	Ærugo.
Terra sigillata.	Cadmia, seu Lapis Calaminaris.
Fragmenta pretiosa	Pompholyx.
Lapis { Bezoardicus	Cerussa.
Sanguinalis	Vivum
Iudaicus	Excoctum
Lazuli.	Flores Sulphuris.
Bitumen Iudaicum	Alumen.
Ambarum Griscum	Sal gemmæ.
Corallium.	Chalcanthum.
Margaritæ.	Vitriolū Romanū.
Succinum.	Chrysocolla nostra, five Borax, res fatitia.
METALLICA.	Argentum
Lithargy- { Auri	Dd s
zium { Argenti	

<i>Argentū</i>	<i>Simplex</i>	<i>Salvia.</i>
<i>vivum</i>	<i>Sublima- tum</i>	<i>Vitex, seu Agnus.</i>
	<i>Præcipi- tatum.</i>	<i>Sena.</i>
		<i>Epithymum</i>
		<i>Cuscuta.</i>

P L A N T A R U M

Folia, cum sūculis.

R A D I C E S.

<i>Summitates Rubi</i>	<i>Angelice</i>
<i>Equisetum</i>	<i>Asari</i>
<i>Herniaria</i>	<i>Aristolochiarum trium.</i>
<i>Absinthiū latifoliū</i>	<i>Althæa</i>
<i>Ceterach</i>	<i>Capparum, cortex.</i>
<i>Artemisia.</i>	<i>Acori vulgaris.</i>
<i>Calamintha.</i>	<i>Galangæ</i>
<i>Euphragia</i>	<i>Helenii</i>
<i>Garyophyllata, cum radice.</i>	<i>Pyrethri</i>
<i>Mentha,</i>	<i>Pæoniæ</i>
<i>Origanum.</i>	<i>Tussilaginis</i>
<i>Pulegium</i>	<i>Ireos Florentinæ.</i>
<i>Betonica</i>	<i>Acori veri, five Ca- lami aromatici vulgatis.</i>
<i>Verbena</i>	<i>Cyperi.</i>
<i>Periclymenum seu Caprifolium.</i>	<i>Spicæ Nardi.</i>
<i>Chamædrys</i>	<i>Sinarū, seu Chinæ.</i>
<i>Chamæpitys</i>	<i>Salsæ Parilliae.</i>
<i>Centaurium minus</i>	
<i>Hypericum</i>	<i>Ellebori { Albi. Melissa</i>
	<i>Nigri. Rha-</i>

Rhabarbari.	Macis.
Polypodii.	Fraxini.
Agatici. <i>Fungus est</i> <i>inter radices adn-</i> <i>meratus.</i>	Sambuci.
Hermodactyorum.	Mali Citrii.
Turbith.	Mali Aurantii.
Glycyrrhizæ.	Cupulæ Glandium.
Pentaphylli.	Malitorium.
Bistortæ.	
Tormentillæ.	
Plantaginis.	

F L O R E S

Aloës.	Verbasci albi.
Guaiaci	Rosarum Rubratum
Nephriticum	Violarum
Visci quercini	Cichorii
Sassafras	Nymphææ,
Albi	Ba austiorum.
Santalı { Rubri	Cytinorum
Citrii.	Buglossi.

C O R T I C E S.

Guaiaci.	Betonicæ.
Tamaricis.	Caryophyllorum.
Radicū Capparum.	Roismarini.
Thuris.	Agui.
Cinnamomi.	Pæoniæ.

SEMINA.

Cydoniorum.**Psyllii.****Acetosæ.****Hyoscyami** { **albi**
 nigri.**Quatuor** { **semina frig.**
 semina frig. } **minora.****Capita Pa-** { **albi**.
 paveris { **nigri**.**Hordei excorticati.****Berberis.****Malvæ.****Althææ.****Raphani.****Atriplicis.****Cnici.****Periclymeni.****Bombacis.****Coriandri.****Vrticæ.****Cumiai.****Sinapi.****Ocymi.****Citri.****Nigellæ Romanæ,**
Pæoniae.**Agni, seu Viticis.****Lini.****Fænigræci.****Lithospermon.****Saxifragæ.****Lupini.****Orobi.****Fabæ.****Quatuor se** { **mina calida** { **minoræ.**

FRUCTUS.

Amygdala { **dulcia**.
 amara.**Ficus.****Gallæ.****Nuces Cupressi.****Nuces Moschatæ****Dactyli****Sebesten.****Iuiubæ.****Tamarindi.****Damasce-** { **næ.****Passulæ** { **Corinthia** { **cæ.****Vulgares.****Cassia**

Cassia cathartica.

Halicacabi.

Quadruplex genus

Myrobalanorum:

adabilem, Citrina;

ad melancholiam

Inda; ad phlegma

Cepula & Empe-

litica. Quintum ge-

nus Beletzicorum ad

densanda tantum

coria usurpari ait

Garcias ab Horto.

Vetat tamen omitti

sincera sedulitas in

Compositionibus in

quibus prescribun-

tur.

Colocynthis.

Lauri

Myrti

Juniperi, in

vino rubro

generoso

præparatz.

Grana Kermes.

Rotū- al-

dum.

ni-

Lon-

gum.

SHCCI INSPISSATI.

Absinthii latifolii.

Græco-
rū, seu
Agri-
moniæ.
Mesuæ,
Eupatorii { seu A-
gerati.
Avicē-
næ, seu
Canna-
binæ.

Glycyrrhizæ.

Chelidonii majoris.

Exfoliis, caule, radi-
ce, exprimatur suc-
cus in eunte estate: in
areo vase cum melle
prunis decoquatur.
Servetur ad ocula-
ria remedies.

Cremot Tartari.

Sapa.

Ladanum..

Asa fœtida.

Opium.

Aloë.

Manna Arabum, sive

Mel aërium.

Scam-

D d 7

Scammonium.

Mel.

Saccharum

Cera.

S U C C E R L I Q U I D I,

Superfuso Oleo.

Lupulorum

Rosarum

Cydoniorum

Beiberis

Ribes.

Cichorii.

Citri, seu Limonū.

V I N A.

Absinthites.

Euphrasiatum.

Passulatum.

G U M M I E T R E S I N A E.

Tragacanthum.

Arabicum.

Caphura.

Sandaracha Arabum.

Ebellium.

Galbanum.

Myrrha.

Mastiche.

Thus.

Styrax { Solida.

Liquida.

Benzoinum.

Ammoniacum.

Terebinthina.

Euphorbium.

Sagapenum.

Opopanax.

Pix.

A N I M A L I A,

*& eorum partes ac ex-
crementa.*

Cantharides.

Pulmo Vulpis.

Hepar lupinum.

Gallinæ.

Adeps { Ansetis.

Anatis.

Castorium.

Dens apri.

Unicornu.

Ebur.

Genitale.

Cornu.

Sebum.

Medulla.

Oscordis { Bovis.

Cervi.

Cra-

Cranium hominis non sepulti.	Vngula { Alcis. Asini.
Hirci { Sanguis. Sebum.	Moschus. Zibettum.
Sericum { Crudum. Intinctū succo Ker-	Reliqua sedula diligē- tia comparabunt Phar- macopæi in disp̄satione singularū Cōpositionum: mes. Sericū in quibus conficiendis vulgatū Cra ad vocabunt Medicos. mesinum ve- que (ut vocant) viridia nenatū est colliguntur, at refrigeran- tia atque humectan- Coagulū tia fere omnia, ea ex Leporis { Pili è vē- tempore, prouisū acne- tre. cessitate parabuntur.

COMPOSITA.

Decocta, quæ vulgo à Medicis
nominetenus indicantur.

Decoctio Clysteris carminativa.

R. Seminum Anisi Fœniculi
Cumini ana ʒ β.
Baccarum Lauri contularum ʒ iij.
Florum Chamæmeli & Anethi ana M. β.
Coque in aqua communi addimidiás.
De-

*Decomio communis Clysterum
remollientium.*

R. Malvæ Violariæ Parietariæ
Betæ Mercurialis ana manip. j.
Foliorum Liliorum alborum M. β.
Seminis Fœniculi ʒ β.
Coque in aqua sufficiente.

Decoctum pectorale simplex.

R. Hordei mundati ʒ j.
Capilli Veneris Scabiosæ Tussilaginis
ana M. j.
Hyssopi M. β.
Passularum mundatarum ʒ vi.
Sebesten, Iuiubarum ana num. xv.
Daçtylorum num. vj.
Caricarum pinguium num. iiiij.
Glycyrrhizæ ʒ β.
Fiat decoctio ex arte in ℥. iiij. Aquæ flu-
viæ, ad consumptionem libræ unius.

*Decoctum pectorale compositum,
cum Sena.*

R. Foliorum Senæ mundatæ ʒ ij. β.
Parum bulliant in Decocti superioris
colati libra una & dimidia. Infundantur
sex horas: postea exprimantur leviter.

Deco-

*Decoctum commune medicina,
cum & sine Sena.*

R. Radicum Polypodii quercini ʒ f.
Passularum mundatarum ʒ ij.
Sebesterum Prunorum ana num. xij.
Florum Boraginis Violarum Rosarum ru-
brarum ana ʒ ij.

Fiat decoctio secundum artem.

Vt fiat compositum,

R. Foliorum Senæ mundatorum ʒ ij f.
Patum bulliant in decocti superioris
lib. j. β. addita Caryophyllorum ʒ j. In-
fundantur sex horas: postea leviter expri-
mantur.

Lac Virgineum, ut est apud Weckerum.

R. Aluminis erudi ʒ iiiij.

Aqua fluviae lib. ij.

Decoquantur ad tertias. Postea

R. Lithargyrii lib. f.

Aceti optimi lib. j. β.

Coquantur, donec remaneat libra una.
Ambæ aquæ colatae misceantur, & agi-
tentur, donec lactis colore adipiscantur.

Potio vulneraria, sive Decoctum

Sclopetarium, ut vulgo paratur.

R. Cancrorum fluviatilium ustorum, &
sub-

subtilissime pulverisatorum ʒ ij.
 Radicum Aristolochiae rotundæ, & Con-
 solidæ maioris
 Foliorum Prunellæ
 Baccarum Lauii ana ʒ ij.
 Contundantur crasso modo: includan-
 tur linteo raro, & bulliant in Vini albili-
 bris tribus, donec tertia pars consumpta
 sit: addendo circa medium decoctionis
 Vincæ Pervincæ pugillum unum.
 Fiat colatura.

ALIA COMPOSITA.

Saccharum Rosatum tabulatum.

Saccharum Penidiatū, ex aqua Hordei.

Bacilli Bechici, vulgo
 Rebecha dicti.

Pz. Pulveris Dia'reos, Diatragacanthi fri-
 gidi ana ʒ ij.
 Pulveris Glycyrrhizæ ʒ β.
 Sacchari canditi ʒ iij.
 Sacchari Tabazeth, hoc est albissimi,
 lib. j. β.

Cum Gummi Tragacanthi aqua Rosa-
 rum soluto fiat pasta, ex qua parentur Ba-
 culi, ad usum reponendi.

Mel

Rosatum.

Violatum.

Mel } Anthosatum.

Mercuriale, ex succo non decocto para-
tum: quod quidam pessime faciunt.

CONSERVÆ.

Rosarum { Liquida

Solida

Violarum.

Nymphæ

Cichorii.

Boraginis.

Anthos.

Inulæ.

Symphyti.

Eryngii.

Surculorum tenerorum Absinthii latifo-
lii exconicatorum.

Diacynorthodō cū paucō Saccharo paratū

Cydoniatum.

Corticū { Arantiorum.

Citriorum.

Fructuum { Cerasorum, Berberis, Ribes,

Omphacii, Cornorum,

Mororum semimaturorum.

SYR VPI.

Rosarū pallidarū, novem { Simplex &
ad minimum infusionū { Cōpositus cum

Agarico.

Rosa-

Rosarum rubrarum siccaram, ex libra una
Rosarum, horis viginti quatuor infusa-
rum in aqua rapide lib. iiiij: & expre-
sione cocta cū Sacchari albissimi lib. ij.

Violatum { Violatus,
Violatum { Laxativus, ex novem infu-
sionibus.

Floribus arborum Persicarum.

De Symphyto.

Florum Nymphæ simplex, ex duabus in-
fusionibus, apud Ioubertum.

Cydoniorum { Cum Saccharo.

{ Sine Saccharo excoctus.

Malorum granatorum acido-dulcium: vel ex
aquis partibus acidorum dulcium.

Berberis.

Aciditatis Citri.

Syrupus è Corticibus Mali Citrii.

¶. Corticum Malorum Citriorum re-
centium, in aqua maceratorum & præ-
paratorum lib. j.

Coquantur in aqua lib. vij. donec lib. ij.
supersint: & cum lib. iij. Sacchari albi-
fati Syrupus.

Condiatur pars una Syrupi Moschi gra-
nis duobus, Ambrae griseæ grano uno.

De Pomis Simplex, & Compositus, Sa-
boris Regis. Isque duplex: scilicet cum
simplici Senna, & cum triplicata Senna.

Iij-

Iuiubinus.

De Tussilagine

De Glycyrrhiza. Sed pro aqua Rosarum acci-
pe aquam infusionis Rosarum pallidarum, ex
Fractum Minorum consilio.

Adiāthinus { Communis.
{ Monspesulensis, prout ha-
beri poterit.

De Althæa.

*Syrupus de Stœchade, descriptionis
Fernelii.*

2. Florum Stœchados 3 iiiij.

Thymi Calaminthes Origani an. 3 j. f.

Salviæ Betonicæ Florum Rorismarini
ana 3 f.

Sem. Rutæ Paeoniae Fœniculi ana 3 iiiij.

Coquantur in aquæ libris decem ad di-
midias. In colatura adde Sacchari & Mel-
lis ana lib. ij. Fiat Syrupus, aromatizatus
Cinnamomi, Zingiberis & Calami aro-
matici ana 3 ij. raro liateo ligatis, & in
Syrupo appensis.

De Absinthio Melsuæ. Ex Absinthio nostra-
te latifolio, prius seorsim in aqua tepida ma-
cerato.

De Artemisia. In quo cur pro Buglossa nece-
sario substituendum sit Albugilissa, ut vo-
luit Ioubertus, non video : cum Buglossum
verum, quæ nostra Borago est, vel solo flore

menses potenter moveat, & succo etiam secundinas deiiciat. Attamen Anchusa primæ radix (qua Arabum Albugilissa est) apud Dioscoridem vulva indita etiam fœtus mortuos extrahere dicitur. Ita ut parum referat, utram ponas, Anchusam aut Boraginem. Verum correctior multo est & melior descriptio Syrupi de Artemisia apud Fernelium: eamque sequendam puto.

Syrupus de Artemisia Fernelii.

R. Artemisiae manipulos ij.

Rad. Helenii Rubiæ Pæoniæ

Levisticæ Fœniculi ana 3 R.

Pulegii Origani Calaminthæ

Nepitæ Melissophylli Sabinæ

Sampsuchi Hyssopi Prassii

Chamædryos Chamæpityos

Hyperici Parthenii Betonicæ ana
manip. j.

Seminis Anisi Petroselini Fœniculi

Ocymi Dauci Rutæ Nigellæ ana 3 iij.

Contusa maceretur horis viginti quatuor
in Hydromelitis libris octo.

Coquantur ad lib. v. & cum Sacchari
lib. v. percoquantur in Syrupum, conditum
Cinnamomi uncia una, Spicæ drach-
mis tribus.

De Mentha simplex, cum Saccharopara- tus.

De

Simplex, ex succo Cichorii,
& Sacchari dimidio.
De Cichorio } Compositus, Nicolai Flo-
rentini, (non Prepositi, qui
Rheum octuplum ponit.)

Ex capitibus utriusque Papaveris.

Papaveris Rhœadis.

Diamoron Mesuæ.

Oxysaccharum simplex.

Oxymel simplex dilutum.

Oxymel Scilliticum merum, & sine aqua,
aut saltem

Acetum Scilliticum, ex quo in rem praesentem
posset Oxymel parari.

Syrupus Diachelonæ, seu de Te-
studinibus.

R. Carnis Testudinum ʒ iiiij.

Hordei mundati ʒ ij.

Carnis Dactylorum ʒ j.

Passularum Damascenarum

Glycyrrhizæ rafæ ana ʒ vj.

Sebesten Iuiubas ana num. xij.

Seminis Bombacis Melonum

Cucumeris Citrulli ana ʒ iiij.

Sem Lactucæ Papaveris albi ana ʒ ij.

Vngulæ caballinæ Pulmonariæ an. man. j.

Florum Violatum Nenupharis ana ʒ β.

Fiat decoctio, ut decer.

In colatura clarificata, ad lib. iiiij. adde
Sac-

Sacchari albissimi lib. ij. Sacchari Rosati & Diatragacanthi frigidi ana 3 v.
Fiat Syrupus perfecte coctus.

Testudinum caro (amputatis collo, cauda & pedibus) à sordibus repurgetur · incidatur in frusta simul cum reliquis conquatur. Deinde colaturæ adde Saccharum Rosatum , & Diatragacanthum. Loco Diatragacanthi quidam subiiciunt Saccharum Penidiatum. Vtrumque non male.

PVLVERES.

Lumbricorum.

Diamargaritum frigidum	Cum Ambra
apud Silvium	& Moscho.
	Sine Ambra
	& Moscho.

Triasantali Nicolai.

Diarrhodon Abbatis, apud Nicolaum.

Aromaticum Rosatum Gabrielis, apud Mesuem.

Diambra.

Diatragacanthum frigidum Nicolai.

Diafris simplex Mesuæ.

Diacarthami Arnaldi de Villa nova apud Silvium.

E L E.

ELECTVARIA

PURGANTIA MOLLIA.

Diacassia Nicolai Præpositi, additis aquæ
partibus Casiae & Mellis, ac non decocta
Cassia.

Catholicum { Ex pulveribus

{ Ex infusione pulverum,
Sena & Rheo duplicatis
sic parandum, ut sequitur,

*Catholicum ex infusione pulverum,
Sena & Rheo.*

Rz. Rad. Polypodii semisiccatae
Foliorum Senæ mundatorum ana 3 vj.
Violarum 3 iiiij.
Sem. Anisi & Fœniculi dulcis ana 3 ij.
Glycyrrhizæ rasæ
Quatuor Sem. frigidorum maiorum mun-
datorum ana 3 j.

Contusa omnia (exceptis Sena, Semi-
nibus frigidis maioribus, & Floribus Vio-
larum) macerentur horis xxiiij. in aquæ
fluviaæ quâtitate sufficiente (vel f. b. v.) po-
stea coquantur leniter in balneo Mariæ.
Paulo antequam ab igne removeantur, ad-
de Senam, Semina frigida maiora, & Vio-
larum

Ke

larum

latum Flores. Macerentur calide aliquot horas in balneo. Vbi refrixerint, linteolo colentur, & exprimantur leviter. Collatur pars una servetur pro infusione Rhabarbari : Altera iterum coquatur, donec in consistentiam Mellis crassescat adiecitis Sacchari albi lib. viij. & addendo in fine decoctionis infusionem unciarum viij Rhei electi, seorsim factam in parte reservata decoctionis Polypodii. Iterum coquatur, sed lento igne.

Postea ab igne remotis adde Florum Cassiae (extracta ad vaporem decocti praescripti) & Tamarindorum an. ȝ viij. Sacchari Candi, & Penidiorum ana ȝ s.

Fiat Electuarium.

Tryphera Persica Mesuæ, ex correctione Frumentum Minorum, apud Ioubertum.

Diaprunis Simplex.

Nicolai. Solutivus. Et quia brevi acescit, quo tempore Pruna recentia desunt, paretur ex Pulpa decoctionis Prunorum, potius quam ut acidum in usum recipiatur.

Confectio Hamech maior, apud Messum. Huic cur minorem, minus efficacem, praeferat Ioubertus, non video. Ingrata est: sed non detur delicatis. Neque reprobandum puto Serum lactis, quod longis infusionibus acescat (parcant mihi docti viri.) Nam Serum non ideo reiiculum, quod acidum. Tale enim & tec-

ninus

nuius est, & magis refrigerat; ideoque magis do-
mata acrum acrimoniam, & felicius corum que
infunduntur vires elicit. Denique cur in hac Com-
positione improbabitur Serum acidum, cum in
Tryphera Persica & Diaphœnico feratur Ace-
cum? Verumtamen, si displicet quod in hac Com-
positione multa sine arte & confuse traduntur:
Nam cur Rhabarbarum coquitur? (coquitur qui-
dem Mesue; sed recens, puta, compactum ac validum;
at nostrum inveteratum, laxum, propterea
que evanidum, constat coctione vim catharticanam
amittere. An non Cassia & Manna cum Tam-
rindis coctæ corrumpuntur? An non Dacrydii vi-
res coctione exsolvuntur? præterquam quod sic alius
non facile Dacrydium commiscetur, ita ut in om-
nibus Compositionis partibus pars facultas non
reperiatur?) sic cui, inquam, hac displicant, prefe-
rature ea, que ex Fernelii censura & artificiosior &
efficacior est; cuius descriptio sequitur.

*Confection Hamech, ex censura
Fernelii.*

R. Corticum Myrobalanorum citrina-
rum ʒ ij.

Myrobal. Cepularum Myrob. Indarum
Violatum Colocynthidis

Polypodii querni ana ʒ j. β.

Absinthii Thymi ana ʒ β.

Seminum Anisi Fœniculi

Rosatum rubrarum ana 3 iij.

Tusa omnia macerentur per diem in lib. ij. Seri lactis: deinde coquuntur ad libram unam. Fricentur manibus, & exprimantur.

Colaturæ adde

Succi Fumariæ Pulpæ Prunorum, &
Vvarum Passarum ana lib. β.

Sacchari albi Mellis despumati an. lib. j.
Coquuntur ad consistentiam Mellis: in-
spergendo sub finem

Agarici & Senæ pulveratorum ana 3 ij.

Rhabarbari triti 3 j. β. Epithymi 3 j.

Diacrydii 3 vi.

Cinnamomi 3 β. Zingiberis 3 ij.

Sem. Fumariæ Anisi Spicæ Nardi an. 3 j.

Fiat Electuarium.

Benedicta laxativa Nicolai Alexandrini.
Hiera picra simplex, mellita, Ga'eni.

Hiera diacolocynthidos Pachii, ex Scribo-
nio Largo, bono medico, in usum revocata.

Hiera Lagodii, Nicolai Myrepfi.

Caryocostinum Garyoponti, apud Louber-
tum capite de Benedicta.

Hydragogum Fernelii { Maius.
Minus.

Nullum vulgo extat Hydragogum in Officinis.
Ideo duo hæc hic addenda existimavi. Minus mi-
tius est, ita ut gravidis etiam dari possit: Maius
validius, & non nisi paulo robustioribus idoneum.

Hy-

Hydragogum minus Fernelii.

Rz. Succi Rosarum pallidarum lib. β .
 Sacchari albi Mellis optimi ana ξ xv.
 Coquantur dum expumaverint & crasse-
 scant. Tum adde
 Succi radicum Eboli lib. j.
 Prassii siccii Sem. Foeniculi tritorum
 ana ξ ij.
 Acinorum Eboli & Sambuci ana ξ ij.
 Cinnamomi ξ vj.
 Macis Galangæ ana ξ iiij.
 Coquantur igne lento, in Mellis cras-
 fitionem.

Hydragogum maius Fernelii.

Rz. Seri lactis lib. vij.
 Sacchari albi Carnis Cydoniorum ex
 acetato coctorum ana ξ x.
 Mannæ Calabrinæ ξ v.
 Coquantur igne lento, ad Mellis consi-
 stentiam. Sub finem adde
 Foliorum Laureolæ præparatae ex Oleo
 Amygdalarum dulcium & Aceto ξ ij.
 Præparatio Laureola sic facienda: Folia
 Laureolæ macerentur horis xxiiij. in Ace-
 to & Succo Portulacæ, vel Mali Granati:
 modice coquantur: exprimantur, siccen-
 tur, terantur. Deinde affunde Aquæ Ro-
 Ee ξ satum

654 F. R. D I S S A L D E I
sarū lib. β. Olei Amygdalatū dulciū ʒ j. β.
Bulliant rursus ad consumptionem aque.
Pulvis cum superfite Oleo addatur in
Compositionem.

ELECTVARIA PVRGANTIA, SOLIDA.

Diacarthami Arnaldi de Villa Nova,
apud Silvium. Hoc Electuario nullum in usū
frequentior; nullius descriptio in Dispensariis mi-
nus confiant.

De Succo Rosarum Nicolai Præpositi,
cum suo Scammonio toto, contra sententiam
Silvii; ut vere sit Calcar medicinarum.

De Citro solutivum Guidonis, apud Louber-
tum. Nam in aliis fere Sena omittitur.

ELECTVARIA VOMITORIA.

Electuaria vomi- { Mitius.
toria. { Validius.

Nulla extant in Officinis & Dispensariis
vulgaribus vomitoria composita. Ideo & hac
hic addere, optimum putavi. Scio parari posse in
rem presentem, sed qui careant beneficio fermenta-
tionis.

Mitius, Diasarou dictum Fernelio, sic
paratur.

Dia-

Diasaron Fernelii, vomitivum mitius.

R. Syruporum Menthae & Violarum
ana 3 viij.

Coquuntur ad consistentiam Mellis. Sub
finem, subducto igne, insperge

Rad. Peponis arefactae

Sem. Raphani & Vriticæ, maceratorum in
aqua Rosarum, arefactorum & trite-
rum ana 3 j.

Radicis Asari tritæ & cretae 3 ij.

Cinnamomi Sem. Fœniculi ana 3 iiij.

Fiat Electuarium.

Validius, imo validissimum Dielleborou,
in morbis contumacibus, robustis corporibus, ac
thoracis ampli, facile vomentibus, atque corpore
rite preparato usurpandum.

*Dielleboron Fernelii, vomitivum
validum.*

R. Caryophyllorum 3 ij.

Fibratum Ellebori albi siccatum & incisa-
rum lib. j.

Aqua lib. xiiij.

Fiat infusio per tres dies. Hinc fiat deco-
ctio ad consumptionem mediae partis:
& facta diligenti expressione, abiicia-
tur Elleborum. Tum adde
Mellis lib. vij.

Syrupi de Nymphæa lib. j.

Succi Raphani ʒ iii.

Reperatur coctio, donec reducatur ad
consistentiam Mellis.

Electuarium vitro vase excipiatur; &
condatur ad usus.

ELECTVARIA ALTERANTIA.

Electuarium contra vermes.

Rz. Farinæ Lupinorum ʒ ii.

Corallinæ Dictamni albi ana ʒ i. f.

Cornu Cervi, Sem. Caulium, ana ʒ i.

Rhabarbari ʒ β.

Fiat pulvis, dividendus in duas partes.

Vtræque pars coquatur seorsim, cum Sacchari in aqua Graminiis dissoluti ʒ iiij.

Sed uni parti adde Diacrydii ʒ ij. Trochisorum Alhandal gr. vij.

Diacodium solidum.

Rz. Capitum Papaveris albi cum suis seminibus, quantum voles: Coque: fortiter expime. Decocti expressi libra una coquatur cum altera libra Sacchari, ad consistentiam Confectionis Manus Christi, rudicula aliquamdiu agitando.

Ser-

Servetur ad distillationes ferinas.

Potest parari canadivus & suavius ex solo semi-
ne, sed minus efficax.

Philonium Persicum Mesuæ.

Pilonium Romanum Nicolai.

De Baccis Lauri Rasis.

Diasatyrium. (Nam & huius usus sapientia
le necessarius est.) Ex tribus autem eius descri-
ptionibus, sequens refertur Fernelio.

Diasatyrium Fernelii.

℞. Radicis Satyrii, recentis ac solidæ
Radicis Pastinacæ sativæ Rad. Eryogii
Nucis Indicæ Strobilorum
Pistaciæ ana ʒ j. ℥.
Caryophyllorum Zingiberis Anisi
Sem. Erucæ Sem. Fraxini ana ʒ vj.
Liquamomi Caudarum Scincorum
Seminis Buiti ana ʒ ij. ℥.
Moschi gr. vi.
Mellis optimi despumati l. iij.

Radices tusæ coquantur ex melle, &
subigantur: Deinde Nux Indica, Strobili
& Pistaciæ tusæ similiter adiiciantur. Po-
stremo etiam reliqua exquisite trita.

Theriaca trium ætatum.

Mithridatium Damocratis.

Alkermes Mesuæ, ex infusione Serici crudæ,
& Syrupo Kermesino, cum Ambra tota. Ne
cum illis erres, qui falsis ducti rationibus, di-
midia.

E e s

midia.

midiatam tantum ponunt, & Compositionem reddunt minus efficacem; & ut ita dicam, minus spiritualem. Calor Ambra, inquit, in regionibus Septentrionalibus & frigidioribus metuendus est, quia in his interna magis calent. Ridicule. Certe interna magis calent, sed calido innato, hoc est, temperato & humido; non acri & fisco. Quod si hac Ambra quantitas in regionibus Meridionalibus, ubi calor & acrior & fiscior est, calore non nocuit, multo minus in nostris, ubi minor calor est, & humido temperatior, ac quantitate tantum excedens, non qualitate. Ne hac vera sint, & state quam hyeme calida convenientiora; & male Hippocrates libro De diata idiotarum dixerit, Hyeme parcus & mercurius bibendum; & state largius, sed dilutius. Eadem enim ratio regionum, quae temporum.

De Hyacintho, descriptione Iouberti, quahac est.

*Electuarium de Hyacintho Iouberti,
ad obstruktiones hepatis & lienis.*

¶. Limaturæ Chalybis ustæ in crucibulo donec rubeat, & diligenter in mortario tritæ, sine extincione, ʒ iiiij.

Diarrhoden Abbatis

Aromatici Rosati ana ʒ j.

Thymi Epithymi Cinnamomi ana ʒ β.

Ex una parte, additis pulveris Hieræ pīcræ ʒ vj. cū Syrupo de Artemisia sat massa

Pilu-

Pilularum: ex altera, cum octuplo Saccharo fiant tabellæ ponderis drachmarum duarum aut trium. Saccharum coquatur cum parcissima aqua. Vbi optime despumatum fuerit, pulveres indantur, & continue agitentur, ne Chalybs in imum resideat. Mediocriter cocta, & paulo minus quam Saccharum Rosatum, defundantur supra marmor aut chartam: manibus subigantur, aut spathula agitentur; & fermentur tabellæ; ne, si immotæ refixerint, cavæ reperiantur.

Restat Electuarium unum, Resumptivum dictum, ad restorationem virium, in iis quidamturno morbo contabuere. Sic autem descriptum à Fernelio.

Electuarium Resumptivum Fernelii.

R. Rosarum rubrarum

Glycyrrhizæ ana 3 ij. gr. v.

Gummi Arabiei

Tragacanthi ana 3 ij. 3 ij.

Santali rubri & albi ana 3 iiiij.

Succi Glycyrrhizæ Amyli

Seminis Papaveris albi

Portulacæ Lactucæ Scariolæ ana 3 iiij.

Quatuor seminum frigidorum maiorum

Sem. Cydoniorum Malvæ Bombacis

Violatum Strobilorum

Pistaciorum recentium

Ee 6

Amy-

660 F.R. DISSALDEI

Amygdalarum dulcium

Pulpæ Sebesten ana 3 ij.

Caryophyllorum Spodii

Cinnamomi ana 3 j.

Croci gr. v.

Penidiorum 3 β.

Terantur: excipiantur triplo Syrupo

Violaceo. Fiat Electuarium molle.

TROCHISCI.

De Agarico.

Alhandal, sive de Colocynthide.

De Karabe.

De Myrrha Nicolai.

Albi Rasis { cum Opio.

{ sine Opio.

Gordonis apud Bauderonem.

Trochisci Andronis.

R. Cytinorum 3 x.

Gallarum 3 j.

Myrræ Aristolochiae rotundæ ana 3 β.

Chalcanthi Aluminis scissilis

Mysios Cyprii ana 3 ij.

Excipiantur passo. Antiballomenon, sive
succedaneum Mysios sit Vitriolum vetustum,
usatum.

p L.

PILVLAE.

*Iliace Rasis, nono ad Almansorem,
capite de Colico dolore.*

R. Colocynthidis & Sagapeni ana 3 x.
Scammoniae 3 ii. (aliis 3 iii. & tertiam, ut
sint 3 iii. & j. Sed certe delendum est [&
tertiam,] & Arculanus Rasis Commentator
non agnoscit.)

Forma Pilulas.

Sagapenum vino dissolvendum, colan-
dum; & eo reliqua excipienda. Eorum usus
nonnunquam necessarius in colica biliosa, Pitta-
viensi dicta, ubi alius lemoribus Cathart: cis sur-
da non respondet, & vi paulo validiore metastasis
in brachia per album revocanda.

Indæ Haly, apud Meluem. In quibus Lapis
Lazuli diligenter lavetur, sed non uratur.

Ex Pulvere Hieræ Pachii, incorporato cum
Syrupo Rosato solutivo.

Aureæ Nicolai, non diminuto Scammonio.

Coccia Rasis, cum suo Scammonio toto: que
prima descriptio est apud Silvium, contra
sententiam Iouberti: ut habeas quas desio-
bus tioribus, & minore quantitate.

De Agarico, Mesuæ.

Lucis maiores, Mesuæ.

Fœtidæ maiores, Mesuæ.

De Hermodactylis maiores, Mefuæ.
De Thymelæa, Mefuæ, *vel potius* De Esula
Fernelii; quarum descriptio sequitur.

Pilula de Esula Fernelii.

Rz. Corticum Radicum Esulæ minoris, ma-
ceratæ horis vigintiquatuor in Aceto
& Succo Portulacæ, 3 ij.
Grana Ricini expurgata & torrefacta
num. xl.

Myrobalanorum citrinorum 3 j. R.
Chamædryos Chamæpityos
Spicæ Nardi Cinnamomi ana 3 ij.
Omnia tenuissime trita excipiantur uncia
una Tragacanthi Aqua Rosarum soluti:
& fiat massa. Esula menses octo ante sit
collecta, non recens.

Valde turbant: sed sunt efficaces in corporibus
robustis. Minus exsiccabuntur, sed & minus effi-
caces erunt, si excipiantur Syrupo Rosariorum soluti-
vo, non mucagine Tragacanthi.

Aggregativæ Mefuæ; in quibus par quantitas
Scammonii, Turbith, & Aloës, scilicet ana 3 vj.
De Hiera, cum Agarico.
Ruffi, seu cōmunes, Melle Rosato comprehensa.

Pilula Scaligeri.

Rz. Aloës (bis Succo Endivie, & bis Succo
Rosa-

Rosarum lotæ, & iterum bis imbutæ
expressione drachmarū sex Rhei electi
infusi in Aqua Endivie, cum tertia parte
Vini albi, & ♂. Spicæ Nardi) ʒ ij. β.
Galangæ ʒ ij.

Succi Absinthii latifolii inspissati, &
Salis Gemmæ ana ʒ f.

Fiat massa.

Mercuriales (si quando usus venerit) parande
in modum sequentem, ut sunt apud Renodau.

Pilula Mercuriales.

R. Hydrargyri in Succo Limonum pri-
mum extincti, & postea in Succo Salviæ
nutriti ʒ v.

Aloës optimæ ʒ v. Rhabarbari ʒ iij.

Diacrydii ʒ ij. Agarici ʒ j.

Styracis calamitæ Cinnamomi Macis

Santali citrini Salsæ Parilliæ

Sassafras Moschi ana ʒ β.

Mellis in decocto Guaiaci despumati, &
ad aquæ consumptionem cocti, quod
sufficit. Fiat massa, digitis paucō O-
leo Terebinthinæ imbutis tractanda
aliquamdiu, ac postea usui reponenda.

Pilula ex Aristolochia Fernelii.

R. Radicum Aristolochiæ rotundæ ʒ j.
Radi.

Radicum Gentianæ

Myrrhæ electæ ana 3 iij.

Aloës Cinnamomi ana 3 ss.

Zingiberis ana 3 j.

Omnia exquisitissime trita excipientur

Oleo Amygdalorum dulcium recenti.

Parandæ in rem presentem.

De Cynoglosso, Mesoœ, addendo Styracis
3 iij. Reliqua que à quibusdam adicta fuerunt,
humores attenuant, quos incrassare con-
sillum est; ideoque omittenda. Nostrum Cyno-
glossum non est malum veri Cynoglossi anti-
ballomenon.

A QVÆ DISTILLATÆ.

Tartari.	Nymphææ.	Euphragiæ.
Vitrioli.	Papaveris	Salviæ.
Sulphuris.	rubri.	Maioranæ.
Vitæ.	Graminis,	Melissæ.
Scabiosæ.	Solani.	Scordii.
Endiviae.	Plantaginis.	Cardui bene.
Acetosæ.	Herniariae.	dici.
Cichorii.	Buglossi.	Vlmariæ.
Violarum.	Botaginis.	Cuciatæ.
Rosarum.	Tessilaginis.	Aluminosa.
Lactucæ.	Betonicae.	Cinnamomi.
Pimpinellæ.	Absinthii.	
Portulacæ.	Fœniculi.	

Aqua

Aqua Theriacalis optima.

& Radicum Gentianæ Enulæ Campanæ
 Tormentillæ Angelicæ
 Imperatoriæ ana 3 j.
 Cyperi Ireos Florentinæ ana 3 vj.
 Zedoariæ
 Corticis Citri fisci, & Arantiorum
 Cinnamomi Caryophyllorum
 Seminis Cardui benedicti
 Corymborum Hederæ
 Granorum Iuniperi ana 3 β.
 Dictamni Scordii Melissæ
 Calendulæ ana manip. β.

Macerentur diem integrum super cines-
res calidos, in vase oris sticti, optime ob-
turati, cum Vini albi lib. vi.

Die sequente adde decoctionis Ulma-
riæ, Betonicæ & Nenupharis libras ij.
 Deinde bulliant parum, lento igne. Postea
 fiat expressio: in qua dissolve & infunde-
 pet noctem Theriacæ optimæ 3 iiiij. Po-
 nantur in alembico vitro, & fiat distilla-
 tio in balneo Mariæ.

Aqua distillata servetur.

Facultates omnes recreat: qualitates
 pestilentes & venenatas domat: syncope,
 cordis palpitationi, vertigini, lethar-
 go, epilepsia, apoplexiæ, & paralysi suc-
 currit.

Aqua

Aqua vitæ aurea, magna & uere Empirica
compositionis (Thomæ Erasti:) quam nos, re-
bus non immutatis, in paucō meliorem ordinem
redēgimus.

Aqua vitæ aurea Thome Erasti.

R. Rosarum 3 j. β.
Caryophyllatæ Baccarum Juniperi
Florum Lavendulæ ana 3 j.
Salviæ minoris Origani Bistortæ
Rutæ Radicum Petroselini ana 3 vj.
Betonicæ Rorismarini Maioranæ
Pulegii Bismalvæ Valerianæ
Pimpinellæ Succisæ Menthae crispa
(an *Mentha hortensis?* Certe non errabit qui
eam accipiet)

Menthae silvestris Verbenæ Kæri
Radicum Levisticæ Tormentillæ
Polypodii ana 3 β.
Absinthii Hyssopi ana 3 ii.
Magistratiæ (hoc est Mei, seu Imperatricis) 3 j.

Contusa omnia crassiuscule, macerentur
in tribus mensuris spiritus Vini (accipi
pe quantitatem sufficientem, ad iam prescriptorum
& sequentium infusionem rite peragendā) quin-
quies distillati in vase bene obturato, per
dies tres. Postea diligenter distilleantur.

Aqua huic distillatæ infunde
Anisi Glycyrrhizæ
Conservæ Rosarum ana 3 j. β.

Cinc

Cinnamomi Garyophyllorum Malorum Granatorum (*corticis scilicet*)

Zingiberis albi

Nucis moschatae Macis

Galangae Calami aromatiae

Zedoariae Aristolochiae rotundae

Mechoacae Foliorum Lauri

Seminis Coriandri Cardamomi

Nigellae Romanae Sacchari Candi

Manus Christi Perlatae ana 3 β.

Cubebarum Baccarum Lauri excorticatarum

Cumini (*seminis scilicet*)

Rhapontici (*radicis*) Corticis Arantiorum

Theriacae ana 3 ij.

Granorum Paradisi Rhabarbari

Croci ana 3 j.

Piperis longi Piperis nigri ana 3 f.

Mellis optimi despumati lib. j.

Contusa omnia crassiore modo in vase
stansneo obturato relinquuntur per dies
decem. Singulis diebus agitentur bene.
Postea distillentur denuo: & huic aquae
distillatae adde

Sacchari albissimi, tenuissime pulvera-
ti 3 j.

Moschi Alexandrini

Ambrae griseae an. 3 j.

Caphuræ 3 β.

Relinquantur ita per triduum aut qua-
triduum. Postea colentur per pannum ra-
rum, & in loco frigido, vase argenteo aut
stam-

stanneo purissimo (nam vitrea uasa aquæ
eximia frangit) usu reservetur.

Mire confortat partes principes: Prae-
stantissima ad apoplexiā, epilepsiam,
convulsionem. Præservat à peste Venenis
adversatur. Syncopæ præsentissimum re-
medium.

Aqua divina, ad ulcera, Fernelii.

R. Sublimati optimi (ex Mercurio scilicet)
gr. xiij.

Aquæ Plantaginis ʒ vi.

Coque super calidos cineres in phiala
vitrea ad dimidias.

O L E A.

Philosophorum	Tartari
Sulphuris	Caryophyllorē
Terebinthinæ	E Nucibus moschatis
Cerè	Laurinum Mesuæ.

Oleum contra vermes, præstantissimum.

R. Myrrhæ electæ ʒ viij.

Masticæ ʒ ix.

Aloës hepaticæ ʒ xiiij.

Salis communis flb. j.

Contusa omnia per retortam igne len-
to

to diligentissime distillentur. Exhibit pri-
mo Aqua, deinde Oleum admirandum.

Gutculâ arteriæ in carpis manuum, &
regio umbilici irrigantur. Etiam præstan-
tissimum Balsamum est ad vulnera recen-
tia. Manavit hoc Oleum ab Italîs.

E Spica Lavendulæ.

Gagatinum.

Keitinum.

Chamælinum.

Anethinum.

Liliorum, simplex.

Perforatæ, compositum.

Absinthii.

Rutaceum, cum Oleo simplici, non omphacino
contrasententiam Silvii sic enim επωγέλματος
melius respondebit.

Castorei simplex, Nicolai Prepositi.

Irinum Mesuę.

Lumbricorum.

Scorpiorum simplex, Mesuę.

Capparinum compositum.

Masticinum Mesuę, apud Ioubertum.

Myrtillorum.

E floribus & capitibus utriusque Papave-
ris, oleo infusis.

Violatum.

Rosatum { Simplex
Completem
Omphacinum.

Om-

CERATA & VNGVENTA.

Santalimum Mesuæ.

Stomachicum Galeni, apud Ioubertum

Rosatum { cum Opio.

Mesuæ { sine Opio.

Populeum Nicolai.

De Tutia, pro oculis.

Desiccativum rubrum.

Nicolai Præ positi, duplicito Oleo Rosaceo omphacino, & omisso Oleo Violato.

Resumptivūm primæ descriptionis apud Ioubertum.

Comitissæ.

Album, Rasis, sine additamentis.

Diapompholygos, ex Silvii castigatione.

Citrinum: ubi pro Amentho repone Lapidem Amiantum; pro Gersa Serpentaria, Cerussam Serpentariam, seu Amylum Serpentariae, ex Silvii consilio.

Cerussam autem Serpentariam sic parabis: R. Radices Ari, initio Veris, antequam folia mittant, collectas, ablutas, & exteriore cortice mundatas. Coniunde in mortario Lapideo. Succus per expressionem extrahatur: linteo tectus, sole exsiccatur, aqua Rosacea lavetur.

R. 187-

Rursum exsiccetur & reponatur. Verum satius est
huius Vnguenti pulverem paratum habere, ut
possit ex tempore Vnguentum conficere in usus ne-
cessarios. Inveteratum enim minus idoneum est.

Aureum Mesuæ.

Nutritum, seu Triapharmacum simplex,
Mesuæ.

Basilicum, seu Tetrapharmacum minus,
Mesuæ.

Mundificativum de Resina, Iouberti.

Mariatum Nicolai, excensura Iouberti.

De Althæa, Nicolai.

Cum Mercurio.

Enulatum { Sine Mercurio.

Ægyptiacum Mesuæ.

De Arthanita maius Mesuæ, vel potius

De Lathyride, Fernelii, eni:us descriptio se-
quitur.

Vnguentum de Lathyride Fernelii.

¶, Succi Lathyridis lib. ƒ.

Succi Esulæ ʒ iiiij.

In quibus dissolve

Radicum Cyclaminis ʒ ij.

Scammoniæ ʒ ƒ.

Granorum Ricini & Lathyridis expurga-
torum ana ʒ j. ƒ.

Sem. Fœniculi Rutæ & Anethi

Baccarum Lauri ana ʒ j.

Trita

Trita omnia macerentur in succis diem unum. Postea Axungiaæ vii Ceræ 3 iiiij. liquefiant. & in his sensim omnia dissolvantur, & coquuntur igne non icri, donec totus humor absimus sit, & omnia in Vnguentum coéant.

EMPLASTRA.

De Mastiche, apud Ioubertum.

De Cerussa, ex equis partibus Olei Rosacei &
Cerussa, prout emendata est a Iouberto.

Contra rupturam, Nicolai.

Album.

Diachylum { Ireatum, ex Oleo Irino.

Magnum.

Cum Gummis.

De Mucilaginibus, Nicolai Præpositi.

Diapalma Galeni, agitando cum baculo Quercino recenti, pro Palmeo.

De Meliloto, Mesuæ.

Oxycroceum, Nicolai.

De Ianua, Nicolai

Apostolicum, Nicolai.

De Ranis, { cum Mercurio.

Vigonis { sine Mercurio.

Pro matrice, Nicolai.

Duo sunt Emplastrorum genera apud Galenum libro quarto de Comp. medicam general. quo

vum sapientiæ mentionem facimus Commentario
nostro in Librum Hippocratis De vulneribus capi-
tis, à paucis annis, magno medicina commodo ab
Italis in usum revocata; Emplastrum Isis, & Em-
plastrum Barbarum.

Isis Emplastrum vide apud Galenum libro 5.
medicamentorum generalium, cap. 2. & 3. &
apud eundem, per paucis immutatis, libro 4. secun-
dum locos, ex Asclepiade, ubi dicitur *Isis cepha-
lica*. Sic autem descriptum est ab Aetio.

*Emplastrum, Isis cephalica Galeno
dictum, ex descriptione Aetii.*

Vitide, quod *Isis* appellatur, à qui-
busdam Hermoni-sacerdoti *Isidis* tribui-
tur.

R. Cerae ȝ xij. ȝ.

Terebinthinæ ȝ xxv. (al. xij. ȝ.)

Ammoniaci Æris usti

Aristolochiæ longæ

Squamæ Æris usti Æruginis

Thuris Salis Ammoniaci ana ȝ j.

Myrræ Aloës

Galbani ana ȝ j. ȝ. [al. ȝ ȝ.]

Aluminis scissilis (vel Aluminis Rochæ) ȝ vi.

Olei antiqui ȝ x. Aceri quod sufficit.

Emplastrum hoc Polychrestum est, ad
omnia vulnera, præcipue capitum, cum
ossium fractura; Item ad puncturas & acu-
leos infixos extrahendos: Ad hominum
Ff &

& canum morsus, item viperæ, ac scorpionis: Ad artuum fracturas cum vulnere, quiacitius callum obducit: Ad fistulas recentes & inveteratas: Ad mammorum & axillarum abscessos, tum ne fiant, tum ut facti curentur: Ad strumas: Ad fistulas oculorum fluxiones, fronti impo-
sitem: Ad ecchymoses, gangrenas, & putredines carnium arcendas.

*Hoc Emplastrum, inquit Aëtius, absolute Isis appellatur (vel Isis Hermonis:) sed aliud est Emplastrum Isis, quod Epigono tribuitur; quod etiam recipit radicis Dracunculi unciam unam. Eoque Galenus se usum dicit; quia sola Dracunculi radix, per se tusa, ac probe trita in pulverem, malig-
na ulcera curat. Ad ulceras sordidae adhibentur Emplastri pars una, Cerati Rosacei liquidi par-
tes duae: Ad ulcera vero qua medica extersione opus habent, Emplastri pars una, Cerati Rosati partes tres. Hoc autem Ceratum Rosaceum sic paratur: Rz. Olei Rosacei 3 xij. Cera candida
3 iv. Fiat Ceratum. Ceratum Rosaceum & Em-
plastrum proportione dicta liquantur, miscentur,
rudicula lignea agitantur; sed non diu, ne coloris gratia pereat. Loco Cerati Rosacei potest sumi Vn-
guenti Rosati Mesua tantumdem.*

*Vt formeretur Emplastrum Isis, Cera, Ter-
ebinthina, & Oleum simul liquefiant:
dein addantur Galbanum & Ammonia-
cum, Aceto soluta: atque ad ignem com-
mixtis addantur ceteri pulveres. Vel me-
tal-*

tallica cum Aceto in mortario terito; deinde reliqua trita & cibrata adiicitur: liquabilia liquata in mortarium affundito, subigit, unito; & forma magdaleones.

Neptunes (inquit Galenus) Emplastrum variare, pro varia inscriptione, cum scilicet inscribitur I^e ιη^gε^g εν Τ^o αδύτων, vel ί H^oρμον^o ιερογεραμματίον^o, vel ί E^oπιγόνων. Nam idem est. Certe Epigoni Emplastrum ab Hermonis Emplastro variat sola radice Dracunculi, quam accipit. Itaque male Londinenses eius radicis adiectionem tribuunt Fallopio: & male quoque Istim sine Dracunculi radice Istim Epigoni vocant, quoniam Hermanni sit potius. Addit Galenus, quibusdam putari hoc Emplastrum ex adiutus templi Vulcano in Ægypto dicati desumptum. Disces ab eodem Galeno, Epigonium, cui postrema Isidis Emplasti de scriptio tribuitur, carcere conclusum, cum hoc Emplastro quendam divitiae curasset, fuisse dimissum.

Alud etiam est Isis Emplastrum apud Galenum lib. 4. Compositionis medicamentorum per genera, κυππάρι, hoc est, flavum dictum, cum superius viride dicatur Aetio.

Emplastrum Isis, flavum dictum,
Galen.

R. Argenti Spumæ ʒ c.

Minii Synopici ʒ viij.

Diphrygis Ceræ Chalcitidis combuta
stæ ana ʒ j. (al. ʒ β.)

Ff 2

Chal-

676 F.R. DISSALDEI

Chalcitidis crudæ 3 i).

Olei heminas, seu corylas duas.

Argenti Spuma & Oleum coquuntur donec bis ac tertio effervescent: postea Aquæ modicum digitis adsperrgitur: mox Diphryges, Chalcitis tosta, pulverata inspergantur, sub manu aquam instillando, donec non amplius medicamentum inter coquendum strepat. Vbi cōstiterit, Ceram indito. Chalcitis cruda, & Minium ex Oleo modico conterantur, & sub finem immittantur, continue movendo. Tandem in mortarium coniicito, atque subigit. Reponē, ac utere.

Molle conficiendum est, quia indurescit repositum.

Valet ad ulcerā diurna fluentia, maligna, ac vix curabilia, maxime in tibiis & partibus extremis.

Barbara Emplastrum dicuntur Galeno, quecumque Bitumen recipiunt pro basi. Sed inter alia duo potissimum commemorat, quibus usi solitus erat: Primo quidem ad maxima vulnera; Altero ad minora. Ideo primum Maius dictum, alterum Minus.

Emplastrum Barbarum maius,
Galeni.

R. Picis lib. viij.

Ce

Ceras lib. vj. 3 viij.

Resinæ Pini lib. v. 3 iiiij.

Bituminis ib. iiij.

Olei puri ib. j. 3 vj..

Spumæ Argenti Cerussæ

Æruginis ana 3 ij. β.

Thuriis 3 vj.

Aluminis liquidi 3 j. β.

Aluminis scissilis 3 iiiij.

Opopanacis Squamae Æris

Galbani ang. 3 j. β.

Aloës Opii Myrrhæ an. 3 β.

Terebinthinæ 3 xxij.

Succi Mandragoræ 3 vj.

Aceti heminas vj. Fiat Ceratum.

Tempus conficiendi Emplastri Barbari
maioris, est cum viger Mandragora; circa
meensem Augustum scilicet.

Bitumen pulveratum, & cribro trans-
actum, ponatur super chartam. Postea
Thus, Squamma Æris, Aloë, & Myrrha
trita per stamen excutiantur, & seorsim
seponantur. Squamima autem super mar-
mone accurate lævigelur.

Opopanax & Galbanum, Aceto soluta,
ita ut parte Aceti combibita, lentore suo
adhuc cohærent, per linteum expriman-
tur.

Alumen tum liquidum tum scissile in
pulverem tenuissimum lævigentur.

His ita præparatis, Pix, Cera, Resina
Ff 3 Pini

Pini ad ignem liquecant: & si quæ sordes sunt, per pannum exprimendo colentur.

Oleum cum Cerussa & Lithargyro ad consistentiam Vnguenti excoquatur.

Mox indantur Resina, Pix, & Cera, ac super igne non acri commisceantur.

Calentibus adhuc Bitumen iniicito, & spathula diligentè subigitur.

Post hæc Terebinthina, cum Lachrymis, non nimis calida addatur.

Tandem Alumen, & post hoc reliqui pulveres inspersi, accurate cōmīceantur. Fiant magdalones.

Ærugum Oleo, Lithargyro & Cerusa coquenda est, ut color Emplastri magis gratus sit. Coctione enim Ærugini coloris gratia augeatur potius, quam minuitur.

Valet, ut ait Galenus, ad solidanda vulnera ciuenta & recentia: ad ulcera antiqua & sinuosa: ad canum & hominum morsus; & ad podagram incipientem.

*Emplastrum Barbarum minus
Galeni.*

Rz. Picis Resinæ Pini
Resinæ coctæ, Bituminis ana lib. j.
Spumæ Argentii ʒ x.
Cerussæ Æruginis, ana ʒ vj.
Opopanacis ʒ iij.

Olei,

Olei, tempore hyberno, ʒ ix; aestivo ʒ vij.

Liquanda liquefiant: & tritis terendis,
confice in mortario, cum Aceto.

[Eadem præstat quæ maius, sed non
tam efficaciter.]

Quod si mitius, & magis anodynum
desideras, adde Succi Hyoscyami ʒ β.
Opii tantundem.

Fiat Ceratum.

Cæterum Pharmacopæi, ad dispensationem &
confectionem Compositionum tum purgantium,
tum alterantium, itemque Vnguentorum & Em-
plastrorum, aliorumque magni nominis medica-
mentorum, que in Officinis asservari debent, Me-
dicos advocabunt; ut eos sua fidei & diligentia
testes oculatos habeant, & operis directores.

TYPOGRAPHVS
Lectori S.

UT scias, lector, quid in hac no-
va expertissimi Cordi nostri su-
pra priores editiones præstium sit,
ante omnia Indicem adire te velim.
Obiter hec illic eñ lustrans hanc cōplu-
ribus titulis præfixam notam invenies,
qua significat, ista recepta, (utii appelle-
lant,) qua in suorum numerorum pa-
gellis reprehendes, nunc modo editioni
addita, neque antehac typis evulgata
fuisse. Descriptiones eas, ceu hodie in
officinis usitatissimas, à præstantissimis
pharmacopœis, doctorum non neglecto
consilio, collegi, atque suis singulas inseri
locis curavi. Hoc unū est. Deinde calci
prioris editionis nunc in hac accedunt
sequentes tractatus. I. Venenorum,
eorumdemque antidotorū seu ale-
xipharmacorum, è regione opposi-
torū, tabula alphabetica. II. Fran-
cisci Ioëlis de generali methodo
medendi, & remediis usitatoribus
liber. Hisce vale.

DE VENENIS,

Eorumdemque Antidotis seu

ALEXIPHARMACIS.

Et mithridatum atque theriaca generalia pellendis quibusvis venenis, eorumque noxis, antidota inventa sint: venenorū tamen varietas, & eorum diversa vel natura, vel conditio, peculiaria quædā cuiuslibet toxicī alexipharmacā expetere fecit, pro ut quodlibet antipathia sua alterius noxæ reluctaretur. Nam non uno modo omnia obsunt, sed venenum hoc adurendo, alterum frigefaciendo & stupefaciendo, aliud constipando gravandoque, plurima vero erōdendo nocent. Quædam etiam primis qualitatibus solum, alia secundis qualitatibus, nonnulla occulta proprietate agunt, nunc his, nunc illis animantibus vel membris noxia. Quædam analogā quadam vim inferunt. Aliqua non alter quam certa dosi venena sunt. Vnde colligitur, cuique veneno suum alexipharmacum debita dosi, modo, temperamento, ac qualitate præditum opponendum esse. Quapropter hæc subiicienda esse arbitrati sumus, ut si quis sive per incutiam sui ipsius, sive per malitiam alter-

rius intoxicatus fuerit, cognita veneni specie alexiterium confessim hinc peti queat cum pleraque venenorum præsens, promptum ac festinum protinus remedium flagitent, ac medicus non semper ad manum sit, cuius consilio intoxicatus confessim uti possit. Vulgarium igitur venenorum alexiteria hæc fere esse traduntur.

V E N E N O R U M

A L E X I P H A R M A C A .

Anacardiorum, flā-
mulæ, urticæ se-
minis.

Argenti vivi.

Æris squammæ &
æuginis.

Aranei puncturæ.

Auripigmenti.

Adamantis scobis.

Seminis cydonio-
rū, psylli aut mal-
væ mucilago; vel
hordei tremor po-
rus, vel pini semen
torrefactum.

Costus, myrrha, ru-
ta.

Mulsa copiose pota
ac vomitu reddita,
menthæ succus sū-
pritus, terra Lemnia,
corallium rubrum,
acori succus.

Endivia epota & su-
perposita.

Oleum è nucleis
pini.

Radicula agrestis.

Aco-

Aconiti.	Aristolochia longa.
Æluri cerebri.	Moschus.
Apii r̄sus.	Melissæ succus.
Bryoniæ.	Piper nigrum.
Canis rabidi mor- sus.	Cynorthodi ra- dix.
Chamælæx.	Oriiganum.
Cantharidum.	Semina halicacabi, lac amygdalinum, vel emulsiō seminis cucumeris, aut se- min. frig mai. cum aqua hordei para- ta. Decoctum sem. malvæ, lini, ac fæ- nugræci clystere infusum; butyrum crudum recens lin- ctum, aut ius escu- lentum idque adi- posum crebro hau- stum; vel etiam lac quodvis ab ubere recens eporum.
Cerebrifelis v. cæti.	Moschi optimi 3 fl.
Cerasifæ.	Nuclei persicorum ex ptisana poti. Vinum bonū ma- gna quātitate hau- stum; & clysmata ex decocto cauliū
	Ff 6 Cicu-

	rubrorum & largo Oleo.
Cicutæ.	Gentiana.
Coriandri succi.	Vince toxicum.
Crabronum ictus.	Ferrum frigidum impositum.
Cinnabari & minii.	Spodium ex ebore.
Cucumeris asinini.	Menthæ succus.
Cyclaminis.	Terra Lemnia, Gen- tiana.
Ephemeris Colchici.	Lac bubulum copio- se haustum, succus rubi potus, allium & origanum cum lixivio bibitum.
Ellebori.	Castoreum, Nym- phæ flos cum vi- no, nec non mala cydonia, itemque mulsa cum butyro pota.
Euphorbiæ.	Semen citri cum vi- no enulæ, Pinguia omnia, oleum amygd. butyrum, lac acidum, Emul- fio sem. frig. muc- cilag. ex sem. cy- donior. parata, ite- que ex ptisana.
Excoriationis à Ve-	Iuniperi foliorum mem-

nenatis, & rutæ. succus, vel endiviæ.

Extremitatis caudæ Theriaca.

cervi.

Fellis leopardi.

Fellis viperæ.

Ficus Pharaonis.

Fungorum.

Mus Napelli.

Theriaca.

Cucumeris semina;

Diatrion pipereon;

Allium crudum;
calamintha; ster-
cus Gallinæ suc-
cum ex melle &
vino, quia vomit-
um provocat, quo
item nomine gra-
na aliquot anti-
monii vitrificati
commendantur.

Gypsi;
Cinis fruticum fa-
barum 3 ij. ponde-
re cum vine deco-
ctionis hyssopi;
oleum epotum, &
origanum ex passo
sumptum; muris
stercus.

Hyoscyami ac sola-
ni somniferi.

Nasturtium agreste,
Allium; Cardamo-
mum, Ruta, aut pi-
per longum ex vi-
no sumptum; Pi-

Ff 7

Her.

Herculei lapidis.

Leporis marini.

**Lythargyrii & sco-
bis plumbi.**

Mandragoræ.

Menstrui sanguinis.

Mezereonis.

Napelli.

stacia; cancri mari-
ni, & locustæ.

Smaragdus.

Humanus aut anse-
rinus sanguis cali-
de haustus; lacasi-
ninum, aut deco-
ctum radicum mal-
væ potum, vel can-
cri fluviales cum
seo iure elixi &
devorati. Rubetæ
cinis; caro vul-
pis assata, & o-
strea.

Semen apii, ac myr-
ra ex vino absin-
thite aut decocto
eius hausta; Ricci-
ni semen.

Raphanus; Casto-
reum; Ruta & si-
napi ex aceto olfa-
cta; radicula agre-
stis.

Viperarū caro, Tro-
chisei de viperis;
margaritæ ponde-
re 3 j.

Origanum.

Diamoschu; diam-
Nu.

Nucis vomicæ.	bra; lapis bezoar;
Odoris venenati.	Smaragdus; semen napi.
Opii.	Cortex citii.
Putrefactorum.	Vrinæ cervi suffi- tus.
Sanguinis & lactis in ventriculo con- creti.	Castoreum; Piper; crocus; vinum generosum; Am- bra.
Scammonæ.	Scordium.
Scorpionis ictus.	Coagulum omne, maxime vero le- porinum, quin & oculi cancri; Mumia aut ni- trum ex thymi & calaminthæ, vel cerefolii decocto haustum; itemque sperma ceri cum consimili liquore sumptum; atque in- super pulvis ad ca- sum inscriptus.
Rhododaphnæ. Ricini.	Succus ripes, cydo- niorum, acetosæ, Scorpio superposi- tus.
	Iuniperi succus, Hypericon.

Rutu-

Rutulæ, seu Tarantulæ.

Thoræ.

Tithymali.

Viperæ morsus.

Vulneris venenati.

Umbræ taxi & thododaphnæ.

ALEXIPHARMACA.

Melanthion, & salatio ex musica.

Anthora.

Mumiæ 3 j. cum vi-

no, aut theriaca cum decocto di-

ctamni & Enulæ.

Theriaca epota.

Mustela imposita,

& sterlus huma-

nun.

Iuniperi suffumi-

gium.

SE-

SECTIO I.

DE CVRATIONE MOR-
BORVM IN GENERE.

1. *Quæ est quinta Artis Medica pars?*

QUINTA & postrema artis medice pars, quam Græci ~~διαγνώσκου~~, id est, Medicatricem vocant, ea est quæ medendi optimam & legitimam rationem, id est morborum ac symptomatum, causarumque morbificatum per convenientia remedia sublationem & sanitatis labefactatae restaurationem præscribit ac docet. Quæ præclarissima artis pars, finis est totius artis. Propter hanc enim solum expeditur ars medica.

2. *Curatio seu Medicatio quid est?*

Θεραπεία. Curatio seu Medicatio est recta atque conveniens remediiorum in profligandis morbis usurpatio. Eorum autem recta usurpatio est, cum recta ratione, idonea quantitate, & legitimo modo corpori adhibentur.

3. *Qualia debent esse Morborum remidia?*

Remedia omnia ea dicuntur quæcunque morbum sive affectum corporis præternaturalem depellunt. Morbus autem omnis contrariis profligandus est. Contraria enim sunt Morborum remidia.

N.

Nugatur igitur Philippus Bombastus, qui se Theophrastum Paracelsum appellat, & ut totius philosophiae principia, ita & hoc certissimum *άξιωμα* Medicum e-vertere conatur, & non contrariis contraria sed similia similibus curari contendit. Rara enim & constans est Medicationis Lex, Moxbos omnes contrariis curari. Quod enim quidam morbi aliquando per sibi similia carentur, & febres ardentes per calidam radicem Rhabarbari, aut succum Scammonii, id contingit non propter similitudinem febris & Rhabarbari, sed per contrarias actiones, auferendo causam febris. Est itaque Rhabarbarū febris causæ contrarium, & curat causam morbi per se, morbum autem ipsum per accidens. Sic lassitudine curatur per exercitium, quia causa lassitudinis, quæ est humor per musculos diffusus, per exercitium discutitur.

4. *Quæ qualitates Morborum & Medicamentorum sunt ad invicem contraria?*

Contraria vel contrarietas in arte Medica, non tantum de qualitatibus, sed & quantitate & actionibus dicuntur.

Præcipuae autem contrarietas morborum & remediiorum in sequenti tabella comprehenduntur.

Tabella

Tabella contrariorum morbis Re-
mediorum.

Frigidis		Calefacentia
Calidis		Refrigerantia
Humidis		Exiccantia
Siccis		Humequantia
Crassitici		Extenuantia
Tenuitatis		Incrassantia
Duriciei		Emollientia
Mollieci	Con-	Indurantia
Lenitatis	tra-	Exasperantia
Coacta-	reme-	Dilatantia
tionis	dia-	
Occlusionis	sunt	Aperientia
Plenitudinis		Evacuantia
Vacuitatis		Replentia
Humorū ex-		Sedantia
agitationis		
Humorū de-		Inhibentia
fluxionis		
Humorum		Incidentia
lentoris		
Humorum		Lenientia
acrimoniae		
Humorum		Alexipharma-
putredinis		ca.

5. Quotuplex est morborum Curatio?

Medicorum celeberrimi quique negotiis seu curatriecem Medicinam sumptis differentiis à materia Medica, qua in curandis morbis utuntur, in tres partes
sive

sive in tres curandi species diviserunt,
~~χειρουργικό~~ quæ manuali operatione fo-
 ris remedia applicat, ~~διαιθητικό~~ quæ vi-
 etus ratione morbo contraria medetur, &
 in ~~φαρμακούχῳ~~ quæ contraria morbo
 medicamenta & intus & foris adhi-
 bet.

6. *Quæ Medicatio est laudatissima?*

Ea curatio salutaris, & laudatissima
 est, quæ cito, tuto & iucunde perficitur.
 Oportet itaque medicum cito curare
 quantum fieri potest. Longa enim dilata-
 tio & molesta est & periculosa ægrotan-
 ti. Debet & tuto curare, aut saltem
 non noceat & periculosa excitet sympto-
 mata. Iucunde autem is curat, qui non
 excarnificat, sed blande, benigne, & mi-
 tissime ægrotantem tractat. Id præstare
 est insigne Dei donum in medico.

7. *Quarum rerum noticia instrutus esse
 debet Medicus ad curationem mor-
 borum accedens?*

Sex sunt Medico morbos feliciter cu-
 ratur scitu necessaria.

I. Noticia ponderum ac mensurarum
 medicinalium & characterum quibus ea
 in Medicorum libris depinguntur.

II. Noticia remediorū usitatorū quibus
 cum ad concoquendos humores vitiosos,
 tum ad expurgandos utimur, & quæ cu-
 ius-

iustilibet remedii sit dōens sive exhibendi
quantitas.

III. Noticia remediorum cum simpli-
cium tum compositorum, quæ principali-
oribus corporis partibus tota sua sub-
stantia medentur.

IV. Viæ ac meatus corporis, per quos
ex partibus principalioribus, vitiosi hu-
mores commode per medicamenta éva-
cuandi sunt.

V. Noticia formæ remediorū compoſito-
rum in qua medicamenta usurpari solent
in curatione morborum.

VI. Generalissima axiomata & regulæ
in omni curatione observandæ.

SECTIO II.

DE MEDICAMENTORVM PONDERIBVS ET MENSURIS.

I. Quæ & quot sunt pondera ac mensurae medi-
cinales, & quibus characteribus notulisque
in Medicorum libris adnotantur?

VETERIBUS Medicis longe plu-
res fuerunt ponderum ac mensu-
rarū species & notulæ quibus bre-
vitas causa in suis scriptis utebantur.
Hoc autem seculo 14. tantum notulis &
literis

694 ERAN. IOBLIS
literis brevitatis causa utimur, quibus &
pondera & mensuræ, & abbreviationes
omnes significantur, quæ in sequenti ta-
bella comprehenduntur.

Tabella characteres & nomenclaturas
ponderum & abbreviationum
Medicinalium com-
pletens.

1. Gr.	Signifi- cant	Gramum
2. ℥.		Scrupulum
3. ⠃.		Drachmam
4. ⠄.		Vunciam
5. qr.		Quadrantem
6. lib.		Libram
7. M.		Manipulum
8. P.		Pugillum
9. s.		Semissum
10. n.		Numerum
11. R.		Recipe
12. an.		Ana.
13. q. s.		Quantitatem suffi- cientem.
14. p. æ.		artes seu portiones æquales.

2. Quæ sunt significations harum notularum, &
quantum quodlibet pondus Medicinale
pendet?

Gr. gr. ~~λεπτὸν~~ Granum, est pondus Medi-
cinale omnium minūm, & quamquam
grano

grano hordei in officinis asti metur: tamē proprie granum numerarium quo utuntur aut fabri, significat, Ein Esz.

3. Scrupulus γράμμα der dritte theil von einem Quintlein, est tertia pars drachmæ, & est pondus continens in se 24. granorum nummariorum quantitatem vel mensuram.

3. Drachma δραχμὴ ein Quintlein est octava pars unciae, & pèdet tres scrupulos.

3. Uncia ψυνία ein Untze oder zwue lodi. & est duodecima pars libræ medicinalis, & continet in se 8. drachmas.

lb. Libra sive pondo λίτρα ein Pfundt. Libra quidem Medicinalis ex 12, mercatorum vero ex 16. uncis constat: & hoc tempore in pharmacopoliis in conficiendis medicamentis & mensurandis liquidibus libra medicinali, id est 12. uncias pro libra utuntur. In dividendis vero rebus aridis & aromatibus 16 uncias pro lb sumunt, quæ duplicitæ 32. semiuncias, quæ mercatoribus en Lodi dicitur, pendent.

qr. Quadrans τετρατόμος ein Viertel est quarta pars libræ quæ constat in pondere medicinali ex tribus, in mercatorum ex 4. uncis.

M. Manipulus χειρολαβής ein Handvoll. Herbæ & flores non pondere, sed manipulo seu fasciculo mensurantur:
&

696 FRAN. IOELIS
& est tanta mensura, quantum manu complecti possumus.

P. Pugillus $\alpha\mu\zeta$ est quantum quatuor summis, digitis comprehendere possumus.

S. Semi vel media pars. Hæc notula omnibus ponderibus vel per se, vel cum aliis numeris adiici potest, & medietatem eius ponderis, cui additur significat ut exempli gratia $\beta\beta.$ $zj.$ $\beta.$ id est, scrupulus dimidius, dragma una semis.

R. Recipe. In schedulis medicatoriis quas & receptas vocant semper est principalis litera, & significat Recipe, accipe, sume, videlicet rerum subsequentium.

an. Ana est vox Arabica, cuius notula semper post duorum aut plurium medicamentorum enumerationem ante characteres seu notulas ponderum inscribitur. Significat autem ana æquales omnium præscriptarum rerum partes, & tantam portionem, quantam subsequens ponders numerus indicat.

Q. s. Quantitatem sufficientem. Hæc duæ literæ reperiuntur interdū in schedulis medicatoriis & libris Medicorum ubi certum pondus aut mensura non exprimitur, sed pharmacopæi arbitrio permititur, convenientem mensuram, quantum artificiosa coniectura satis esse iudicaverit, accipiendi.

p. x.

P.æ. Partes æquales cuiusque supra
scripti sumendas indicat. Hæc omnia
exemplis illustriora fiunt.

1. *Potio crassos humores extenuans & con-
coquens, obstructosque meatus
aperiens.*

R. Rad. Fœniculi.

Petroselini.

Apii ana 3 iij.

Afari.

Semi. Sileris montani.

Pastinacæ.

Anisi an. 3 ij.

Herb. Scordii.

Cardui benedictæ.

Centaurei minoris an. M. j.

Conf. Boraginis.

Buglossæ an. 3 l.

Vvatum passarum qr. l.

Concidenda concidantur, & contun-
denda contundantur, & decoquantur in
aqua puræ q. l. ad tertias, colentur, co-
laturæ admisceantur

Syruporum de calamintia.

De Eupatorio.

Oxymellis simplicis an. 3 iij.

Fiat potio.

2. *Hæstus bilem & Pittuitam purgans.*

R. Fol. Senes Alex. 3 ij.

Gg

Rha-

Rhabar. 3 j.

Cinnam.

Spiceæ Indicæ an. 3 f.

Contusa macerentur in aquæ Cicho-
rei 3 iij. per noctem.

Mane ebulliant leni ebullitione, & ex-
pressa colentur, ac colato jusculo admi-
scantur

Elect. Lenitivi

Diacatholici an. 3 j.

Fiat haustus, exhibeatur tepidus in au-
rora 6. horis ante prandium.

3. Pulvis ad corroborandum ventriculam.

Magen Pulver.

R. Cinnamomi

Zinziberis

Galaṅgæ an. 3 ij. f.

Margaritarum præparatarum

Corallium tubeorum præparatorum

3 iiij.

Saccari albi 3 iiiij. pulverisata misce-
antur, fiat tragea.4. Haustus sudorificus venenatos halitus è
corpore discutiens.

R. Theriacæ Andromachi

Mithridatii optimi an. 3 f.

Pul. Zedoriae

Angelicæ

Scordii an. 3 f.

Aqua Scordii 3 iij.

Aceti

Aceti rosacei 3 j. Misceantur,
fiat hauftus.

5. Pilula capitis excrementa purgantes.

R. Maf. pil. Aurearum

Cochiarum

Aggregativarum 3 j.

Trochisorum de Agarico 3 f. cum
aqua Maioranæ, fermentur pilulæ
n. quindecim, deglutiantur in aurora.

6. Vnguentum ad inflammationem & pun-
ctiones hepatis.

R. Oleorum Rosacei

Cytoniorum

Masticæ

Nymphaeæ an. 3 ij.

Ceræ albæ q. s. Fiat linimentum, quod
eluatur cum aceto rosaceo, deinde admi-
scantur pul. Masticæ 3 j.

Camphoræ gr. ij.

SECTIO III.

DE VSITATIORIBVS
REMEDIORUM FORMU-
lis ad concoquendos & evacuan-
dos humores morbificos.

- I. *Quae sunt usitatoria remediorum genera ad concoquendos, preparandos, & evacuando vitiosos humores accommodata? & quæ est cuiuslibet dæcis?*

SINGULIS 4. vitiosis humoribus
peculiaria remedia sunt inventa cum
ad extenuandos & præparandos, tum
ad evacuandos, quæ non tantum sua qua-
litate, sed & specificis virtutibus humo-
res vitiosos concoquere & evacuare pos-
sunt, quorum catalogus & exhibendi
mensura in sequentibus tabellis com-
prehenduntur.

Tabella

*Tabella remediorum sanguinem vi-
tiosum emendantium.*

Sanguinem pu-
rificant

Fumaria finstern.
Lupuli asparagi junger Hopfē.
Radic. cichoreæ Hindloves- wurzel.
Fruct. Thamarindi
Pruna Vngarica.
Manna.
Pulpa cassiæ, cocta in seto la- ctis caprini; cuius dōsis est 3j. s.

Potio sanguinem purificans.

R. Fumar iæ viridis M. j.

Rad. Cichoreæ 3j. contusa coquantur
in q. s seri lactis caprini, exhibeantur ma-
ne ac vesperi 3. v.

Sanguis in corpore verno tempore re-
dundat, qui si quantitate peccet, nun-
quam per medicamenta, sed per venæ se-
ctionem detrahendus est. Mala vero eius
qualitas præscriptis remediis commode
corrigi potest.

*Tabula Medicamentorum bilem
flavam præparantium &
evacuantium.*

Syr. Violarum	$\Delta\ddot{\sigma}\tau s$ syru-	Hordei
Syr. Rosarum	porum pro	Endiviæ
Syr. de Cichor.	una vice est	Cichor.
Syr. de Endivia	\tilde{z} ij. cū du-	Lactucæ
Syr. Acetosita- tis citrii	plici men-	Boraginis
Syr. Granatorū	sura aquæ	Buglossæ
Syr. de Ompha- ciis	aut deco- ctionis	Acetosæ Nymphaeæ

Hauſtus fervore bilis mitigans.

R. Syr. violarum

Acetositatis citrii an. \tilde{z} j.

Aq. Cichoreæ

Endiviæ an. \tilde{z} ij. misceantur, fiat
hauſtus.

Exhibitentur syrupi cum aquis stillati-
ziis aut præscriptarum herbarum deco-
ctis, simul commixtis, ita ut dupla sit a-
quarum mensura ad syrups, per tres aut
quatuor dies mane ac vesperi, donec co-
lor urinæ immutetur. Semper autem tales
potiones tepidas exhiberi convenient.

Fla-

Pulpa cassiae		3 j. s.
Rhabarbarum		3 ij.
Hiera simplex		3 j.
Diaprunum foliutivum	quatuor	3 viij.
Flavam bilem evacuant	Electu. de succo rosarum	valida <i>oflosis</i> est
	Electu: Leniti. vum	3 j.
	Pil. aggregati. vae	3 j.
	Pil. de Rhabar. baro.	3 j.

Hæc pharmaca bilem evacuantia ut plurimum in triplici forma exhibentur, haustus, boli, & pilularum, semperque exhibenda sunt diluculo sex ante prandium horis.

Haustus biliosus humores evacuans.

R. Hieræ simplicis 3 j.

Elect. lenitivi 3 f.

Aq. Cichoreæ 3 iv. misceantur, fiat haustus.

Bolus bilem evacuans.

Cassiae recenter extractæ 3 j.

Pul. Rhabarbari 3 j. f. misceantur, fiat bolus.

Pillule bilem flavam eductentes.

R. Mastæ pil. Aggregatior.

de Hiera simplici

de Rhabarbaro an 3 j.

Gg 4 Dia-

Diagriidii gr. iij.

Cum aqua absinthii formen-
tur pillulæ n. quindecim.

*Tabula medicamentorum pituitam
concoquentium & eva-
chantium.*

Pitui- tā con- coquunt & ex- tenuāt	Mel Rosarum Oxymel simp. Syr. de cala- mentho Syr. de Stoech. Syr. de Menta Syr. de Radici- bus. Syr. de Absin- thio.	quorum <i>dōns</i> est 3 ij. cum aquis stillatitiis aut deco- cto	Fœniculi Hyssopi Betonicae Salviae Rutæ Absinthii Origani Mentæ Cardonis benedi- ctæ Scordii.
---	--	---	--

In concoquendis & extenuandis hu-
moribus pituitosis eousque exhibentur
Syrupi tepidi diluculo & hora una ante
Cœnam donec in urina signum conco-
ctionis apparuerit. signū vero concoctio-
nis perfectæ est aureus urinæ color, & hy-
postasis alba: imperfectæ autem suppalli-
da & turbida urina. *Δōns* Syruporum
pro

M E T H O D . M E D E N D I . 705
pro uno haustu est ʒ ij. cum dupli ci men-
sura aquarum aut decocti.

H a u s t u s p i t u i t a m c o q u e n s .

R. O x y m e l l i s s i m p l .

M e l l i s R o s a r u m

S y r . è c a l a m i n t h a a n . ʒ i j .

A q u a r u m H y s s o p i

F e n i c u l i

C a l a m i n t a e a n . ʒ i i j . m i s c e a n -
t u r , f i a t p o t i o d e q u a é x h a u r i a n t u r ʒ v j .
p r o u n a v i c e .

P i t u i t à	F o l i a s e n x	ʒ v j .
e v a c u -	A g a r i e u s	ʒ i j .
a n t	T u r b i t h	ʒ j .
	D i a t u r b i t h	ʒ i v .
	D i a p h e n i c o n	ʒ j .
	D i a c a r t h a m u m	ʒ j .
	E l e c t u . I n d i c u m	ʒ v i j .
	B e n e d i c t . l a x a t i v a	ʒ v i j .
	P i l u . a u r e æ	ʒ j .
	P i l . d e A g a r i c o	ʒ i v .
	T r o c h i s c i d e A g a .	ʒ j . f .
	T r o c h . A l h a n d a l i	ʒ f .

P i t u i t a m e v a c u a n t i a p h a r m a c a , u t p l u -
t i m u m s u b t r i p l i c i f o r m a e x h i b e n t u r , p o -
t i o n i s , b o l i & p i l u r a m , i d q u e p e r -
t u o i n a u r o r a , s e x a d m i n i m u m h o r i s a n t e
p r a n d i u m .

H a u s t u s p i t u i t a m e v a c u a n s .

R. D i a p h e n i c o n i s ʒ v .

G g s

D i a .

Diaturbith 3 β.

Electuarii Indici Maioris 3 ij.

Aq. Hyssopi

Betonicæ an. 3 ij. misceantur, fiat
haustus.

A L I U S H A U S T U S ex infusione pa-
ratus pituitam evacuans.

R. Folia senæ 3 ij.

Agarici trochiscati 3 j.

Zinziberis 3 f. contusa macerentur
per noctem in

Aq. Absinthii

Mentæ an. 3 iij. mane ebulliant le-
niter & expressa colentur, colatoque ius-
culo admisceantur

Diaphæniconis

Elect. Ind. Maioris an. 3 j. f. fiat
haustus.

B O L U S pituitam expellens.

R. Diacarthami 3 iij.

Diaphæniconis 3 ij.

Phl. Turbith. 3 f.

Zinziberis

Masticæ

Anisi an. 3. f. misceantur, fiat bo-
lus, & conspergatur saccaro albissimo.

P I L L U L A E pituitam detrahentes.

R. Maf. pil. Aurearum

de Agarico an. 3 j.

Trochiscorum alhandali 3 f. cum mel-
le rosaceo conformatur pillulae n. quin-
decim,

METHOD. MEDENDI. 707
decim, conspergantur pul. cinnamomi, &
deglutiantur in aurora.

Tabella Medicamentorum atram-
bilem coquentium & eva-
cuantium.

Atrā	Syr. de Thymo	quo-	Fumariæ
bilē	Syr. de Epithymo	rum	Melissæ
con-	Syr. de Fumoter- ræ	ðō̄is	Scolopen- driæ
co-	Syr. de Boragine	est	Boraginis
quē-	Syr. de Buglossa	zij.	Buglossæ
tia.	Oxymel scylliti- cum	cū a-	Cetrach
	Syr. de stœchade	quis	
	Syr. de Lupulis	aut	Cuscuteæ
		deco	Origani
		&o	Hyssopi

Et hi syrapi mane & ante cænam ante
evacuationem tam diu sunt exhibendi,
donec signum concoctionis in urina ap-
paruerit; quod ut plutimum quarto aut
sesto die contingit.

HAUSTUS melancholicum humorem
concoquens & ad evacuationem
preparans.

R. Syr. de Epithymo.

de Fumo terræ

de Lúpulo an zij.

Aq. Boraginis.

Gg 6 - On

Origani an $\frac{3}{2}$ iv. misceantur, fiat potio,
cuius exhibeantur pro uno haustu $\frac{3}{2}$ vj. Ta-
les potiones aliquoties reiterandæ sunt
propter lentorem & contumaciam melan-
cholici humoris.

Melan-	Veratrū nigrum	$\frac{3}{2}$ ij.
cholicū	Folia senæ	$\frac{3}{2}$ vj.
humorē	Polypodii radix	$\frac{3}{2}$ f.
evacuāt	Epithymi	$\frac{3}{2}$ vj.
	Diasernæ	$\frac{3}{2}$ vj.
	Elect. Hamech.	$\frac{3}{2}$ lida
	Pil. de fumo terre	$\frac{3}{2}$ wois
	Pil. de lapide La-	$\frac{3}{2}$ est
	fuli.	$\frac{3}{2}$ j.

Atram bilem evacuantia remedia ut
plurimum sub triplici forma administra-
ri solent, haustus, pulveris & pilula-
rum.

HAUSTUS melancholicos humores evacuans.

R. Elect. Hamech. $\frac{3}{2}$ iij.

Diacatholici $\frac{3}{2}$ f.

Diasenæ $\frac{3}{2}$ j.

Aq. Fumariæ

Boraginis

Hyslopi

Scolopendriæ an. $\frac{3}{2}$ j. aut loco
aquarum decocti earum herbarum $\frac{3}{2}$ iv.
Misceantur, fiat bolus.

PULVIS Melancholiæ expurgans.

R. Pul. Foliorum senæ præparatæ $\frac{3}{2}$ j.

Rad.

Rad. Ellebori nigri præparati

Cinnamomi 3 s. commisceantur, fiat
pulvis subtilissimus, & exhibeatur in hau-
stu seri laetis aut juscule carnis pinguio-
ris.

P I L U L A Melancholiam detrahentes.

R. Mas. pil. è fumo terræ

è lapide Lazuli an. 3 j.

Pulveris Ellebori nigri 3 s.
cum syrupo de fumo terræ, fermentur
pilulæ n. quindecim, degluçiantur in-
tegræ cum aliquo liquore.

Medicamenta melancholicos humores
præparantia & evacuantia crebrius sunt
repetenda. Melancholicus enim humor
non facile extenuatur, abstergitur, aut
una vice evacuat, propter crassitatem &
lentorem. Est enim liquidæ pici persi-
milis, quæ non facile ablui, abstergire
potest.

2. Suntne præter hac & alia medicamenta
præparantia & evacuantia vitiosos hu-
mores?

Præscripta quidem medicamenta sunt
usitatissima quæ per alvum vitiosos hu-
mores evacuant, sed præter hæc plurima
sunt medicamentorum genera, sub di-
versis formis præparata, quæ ex diversis
partibus, & per diversas vias evacuant,
veluti sunt decocta, glandes, clysteres,
gargarismata, potiones vomitum elicien-

3. Δῶσις sive mensura purgantium medica-
mentorum debet ne ea semper exhiberi que
in tabellis est proposita?

Etsi est cuilibet medicamento purgan-
ti sua definita mensura seu quantitas vali-
da expressa, quam Græci δῶσιν vocant,
minime tamen promiscue omnibus cor-
poribus ea est offerenda. Nam ut Galenus
3. Methodi medendi scribit, nihil artem Me-
dicam & que coniecturalem efficit in agendo, quam
eniusque remedii quantitas. Ideo non nisi con-
iectura quadam vera δῶσις exhibendi con-
sequi potest, & ea nec dici, nec scribi
nec percipi potest. Eodem Galeno de cu-
randis per venæ sectionem teste.

Coniecturare itaque oportet, Primum
quantitatem exhibendi remedii ex humo-
rum evacuandorum natura. Biliosis enim
& serosis humoribus evacuandis minor δῶσις,
pituita autem & melancholia maior est exhiben-
da. Secundo ex corporum purgandorum
constitutione. Corpora enim robusta,
firma atque densa, non nisi valida δῶσι
purgantur. Et è contra quibus ex con-
suetudine liquida est alvus, non tanta in-
digenit medicamenti quantitate. Semper
itaque interrogandi sunt egroti qualēm
habeant constitutionem alij. Tertio ex
virium

virium robore. Integris enim adhuc viribus maiorem dāση, ægri facilius ferunt: qui autem viribus sunt destituti, à purgantibus pharmacis facile resolvuntur. Quarto ex ætate & sexu. Pueri enim & senes & fæminæ tantam purgantis pharmaci quantitatē ferre non possunt quam tam viri, hique iuniores ac ætate consitentes. His recte atque prudenter consideratis facilimum est artificiosa coniectura, vel augere vel minuere dāση purgantium remediorum.

SECTIO IV.

DE MEDICAMENTIS
SINGVLIS PARTIBVS
FAMILIARIBUS.

I. *Vitiosi humores peculiaribus partibus inhabentes, debentne omnes per alium evacuari?*

NON. Quælibet enim pars principali peculiarem à natura nacta est canalem, per quem sua excrementsa deicit. In evacuandis itaque partium vitiosis humoribus debet Medicus naturam sequi, & per proxim

proximos canales evacuare. Purganda itaque sunt excrementa cerebri, aut per nares *epiphysis* seu *nasaliis*, aut per palatum *gargarismis* & *apophlegmatismis*, aut per alvum *pilulis*, potionibusque: *Pectoris* & *pulmonis* per asperam arteriam, *bechicis* medicamentis, *tussiendo* & *exscreando*: *Iecinoris* quæ in gibba vel superiori parte hærent, item *renum* & *vesicæ*, per meatus *urinæ* diureticis, id est *urinam moventibus* medicamentis: Quæ autem in cava hepatis parte continentur, ea per alvum *commodius* detrahuntur: *Lienis* per alvum: *Ventriculi* ea quæ in orificio eius hærent per vomitū vomitorii phar-macis, quæ vero in fundum subsiderunt, per alvum *commodius* subducuntur: *Intestinorum* per alvum purgantibus *remediis* aut *Clysteriis*: *Subcutanei humores* *evacuandi* sunt per poros *remediis sudorificis*.

2. *Que sunt usitatoria remediorum genera singulari principibus partibus accommodata?*

Remedia omnia agunt in corporibus nostris, excitata à calore nativo viscerum, aut suis qualitatibus, aut occultis ac specificis virtutibus, quibus etiam cum partibus corporis nostri aut humoribus *operantur* habent. Quæ autem medicamenta usitatoria simplicia ex quibus tandem in variis formis composita extrahuntur,

sua

sua specifica proprietate singulis partibus conducunt, sequentes tabellæ ostendent.

*Tabella usitatorum remediorum,
capiti seu cerebro accommodatorum.*

Salvia		Succinum
Betonica		Thus
Maiorana		Myrrha
Rosmarinus		
Stœchas	medetur	Rosæ
Ruta		Violæ
Pæonia		Nymphæa
Serpillum	Fri-	Lactuca
Lavendula	gida	Solanum
Cubebæ		Hyoscy-
Carvi semen		mos
Styrax		Papaver
Calamintha		Sempervi-
		vum
		Mandragora

Tabella

*Tabella remediorum simplicium pul-
moni opitulantium.*

Hysopus		Symphitum
Prassium	Prassiu-	Pulmo vulpis
Origanum		Violariū flores
Calamintha		Papaveris albi femen
Abrotanum		Iuiubæ fructus
Scordion		Sebesten fru.
Anisi semen		Ficus
Vrticæ semē		Cremor hordei
Carthami se- men		Lac amygdali- num
Polypodii rad.	Ca- lida	Capillus Vene- ris
Iridis Illyri- cæ rad.		Glycyrrhiza
Helenii ra- dix	Fri- gida	Gummi Ara- bicum
Angelicæ ra- dix		Tragacanthum
Arum		Tussilago
Squilla		Pinearum nu- clei
Aristolochia		Pistaciæ
utraque		Vvæ passæ.
Gentiana		Saccarum can- didum.
Pimpinella		Tabella

*Tabella remediorum simplicium
cordi familiarium.*

Mεθοδόφυλ-	Moscus
λογ Doronicī radix	Ambra
Zeduarīæ radix	Aurum
Dictamni. radix	Margari- tæ
Tomentil. lx rad.	Smara- gdus
Carduus be- ned.	Sigillata terra
Scabiosa	Fri- gida
Ocymi se- men	Bolus Ar- menius
Xiloaloës	Campho- ra
Cortices ci- trii	Succus mali citrii
Cariophylli	Succus granatorū
Crocus	Semen a- cetosæ
Amomum	Borago
	Buglossa.

Ca-
lida

Corcoro.

Tæ.

*Tabella remediorum ventri-
culo accommodato-
rum.*

Ca- lida	Menta	conveniente	Lignum aloës
	Betonica		Spica In- dica
	Absynthium		Mastiche
	Sisimbrium		Succinum bernsteins
	Coriandri semen		Frigi da
	Crocus		Rosæ
	Galanga		Myrti baccæ
	Maces		Cydonia
	Nuces mu- scaræ		Olivæ fru- ctus
	Zinziber		Coralli rubet
Ventriculo	Caryophylli		Pira mo- scatellina.
	Cinnamo- mum		Ta-

METHOD. MEDENDI. 717
 Tabella medicamentorum iecori
 medentium.

Eupato-		Graminis
rium		radix
Fumaria	medentur	Cichorea
Lupulus		Endivia
Asparagus		Taraxicon
Apium		Flores hepatici
Petroseli-		Capillus Veneris
num		Cucurbitæ semen
Fœnicu-		Cucumeris sem.
lus		Melonum sem.
Absyn-	Fri-	Citrulli semen
thium	gida	Lactuca
Chamæ-		Plantago
drys		
Carduus		Acetosa
bened.		Corallium
Scordion		Ebur
Centau-		
reū minus		Spodium
Veronica		Sandali 3.
Schœnan-		species.
thus		
Rosæ		

Tabella

Tabella Medicamentorum lieni auxiliantium.

Lupulus	A Sarum
Cassuta	Rutæ
Cetrach	Lacca
Raphanus	
Apii radix	
Capparum rad.	Violæ puræ
Agnicastisē.	da Buglossa
Chamædrys	Scopolæ drión
Squilla	Tamarisci cortex
Aristolochia rotunda	Cappari fructus.

Lieni

Ca-
lida

auxiliatur.

Tabella

Tabella medicamentorum Renum ac
vesicæ affectionibus inventantium.

Petroselini	Cicer
sem. & radix	chamæmelō
Fæniculi se- men	Therebinti- na
Daucus Cre- ticus	Oleū vitrio- li
Asari radix	Glycyrrhiza
Seselion	Eryngion
Phu sive valeriana	Ruscus
Asparagus	Sabina
Genistæ sem.	Althæ sem.
Vrticæ semē	Miliū Solis
Raphani se- mē & radix	4. Semina frig. maiora
Allium	Hordeum
Liguistici semen	Graminis radix
Baccæ Iuni- peri	Parietariæ semen
Pimpinella	Lapilli can- crorum
Baccæ lauri	Lapis Iudai- cus
Petonica	Alcekengi
Capillus	Portulacæ
Veneris	semen
Amygdalæ amaræ	Acetosæ se- men.

Ca-
lida

vesicæ profusa

Fri-
gida

Renibus

*Tabella medicamentorum uteri vivi
tis accommodatorum.*

Chamæmelum		Aristolochia utraque
Betonica		Gentiana
Parthenion		Myrrha
Pœoniæ radix		Castoreū
Sampsuchus		Sagapenū
Origanum		Baccæ
Melisso-phylum		lauri
Praffium		Costi radix
Calida menes provo- cando	conferrunt	
Scordium		Nymphaeæ
Artemisia		radix
Pulegium		Balaustia
Ruta		Rhus cu- linaria
Calamintha		Cornu cer- vi ustum
Sabina		Portulacæ
Valerianæ radix		semen
Asari radix		Plantagi- nis semē
Rubeær radix		Bis torta
Dauci Creti- ci radix		Coralliu
Seselii semen		Succinum
Vtero		Weiß bernestein.
		Tabella

Tabella remediiorū vitiis articulorū succurrentiū.

Helenii ra-		Heimo-
dix		dactylus
Itidis radix	emendat	Lac. vac-
.		cinum
Chamæpi-		Stercus
tys		vaccinū
Herba para-		Oesipus
lysis		
Calamin-		Thus
tha		
Centaureum		Viticæ se-
minus		men
Nasturtii	Fri-	Solatri
semen	gida	aqua
Opopanax	do-	Acetum
Bdellium	lore	Pfillii se-
	miti	men
Ammonia-	gan-	Cotonii
cum	do	semen
Sagapenum		Althææ
Euphorbiū		semen
Castoreum		Hyoscy- mi folia
		Cicutæ
		folia
Rosarū aqua		Semper
Plantaginis		viva
aqua		Caphora
	H h	Ovi can-
		didum

Catalida

SECTIO V.

DE SIMPLICIBVS ME-
DICAMENTIS IN OMNIBVS
officinis usitatis.

*Tabella generalis nomenclaturas om-
nium simplicium usitatorum, que in
Officinis prostant, compre-
hendens.*

SIMPLICIUM Medicamentorum
Salia sumuntur ex stirpibus, veluti sunt,
folia, flores, fructus, radices, succi,
resinæ, gummata, cortices, ligna: Alia ab
animantibus, veluti sunt, Sanguis, adeps,
pinguedo, lac, coagulum, excrementa,
pili, cornua: Alia ex terræ visceribus, ut
sunt metalla, lapides, gemmæ, terre species:
Alia ex mari & aquis, ut sunt salia,
spuma, &c.

HERBÆ VSITATÆ.

Abrotanum	Apium	Beta
Absynthium	Atriplex	Brancha ursina
Acetosa	Artemisia	Borago
Althea	Asplenion	Buglosson
Agimonia	Betonica	Calamintha
		Car-

Carduus Be-	Perfoliata	Buglossæ
nedictus	Plantago	Boraginis
Cassula	Pulegium	Chamæmeli
Chamædrys	Portulaca	Croci
Chamæpitys	Rosmarinus	Epithymi
Cicoriuum	Ruta	Genistæ
Chelidoniū	Sabina	Lavendulæ
Carduus Ma-	Squinnantū	Liliorū albo-
riæ	Sanicula	rum
Ebulus	Satureia	Lilii cōvallii
Eupatorium	Scabiosa	Meliloti
Endivia	Scolopen-	Nymphæ
Euphragia	dria	Prunellæ
Fæniculus	Scordion	Rosarum
Fumariæ	Serpillum	Sambuci
Folia senæ	Sisymbriū	Verbasci
Lauri folia	Semper vivū	Violarum.
Lactuca	Solatrum	SEMINA
Lupulus	Stæchas	ustitatoria.
Malva	Tussilago	Sc. Ammios
Marrubiuū	Verbascus	Amomi
Maiorana	Verbena	Acetosæ
Melilotum	Violaria.	Anethi
Melissa	FLORES	Anisi
Menta	ustati.	Apii
Mentastrum	Flores Ane-	Aquilegii
Mercurialis	thi	Asparagi
Nepeta	Anthos	Alcakengi
Ocymon	Balaustrium	Basiliconis
Origanum	mali puni-	Caruc
Parietaria	ci flos	Carthami

Ciceris	Pastinacæ	Cassia fistula-
Citriji	Plantaginis	ris
Citrulli	Portulacæ	Cydonia
Coriandri	Raphani	Dactyli
Cotoniorum	Sumach	Colocynththis
Cucurbitæ	Rusci	Galla
Cucumeris	Rutæ	Iuiubæ
Cymini	Santonici	Glandes
Dauci	Saxifragiæ	Malum Puni-
Eruçæ	Seselii	cum.
Fæniculi	Staphys agriq	Myrobalani.
Fœnu Græci	Milii solis	quotū quin-
Fabarum	Vrticæ	que sunt ge-
Hordei	FRUCTUS nera.	
Hyoscyami	ustati.	Flavi
Lactucæ	Amygdalæ	Kebuli
Lentium	dulces	Emblici
Ligustici	Amygdalæ	Bellirici &
Linguæ avis, amaræ		Indi.
id est; fraxini	Anacardi	Myrtilli
Lini	Baccæ Iuni-	Sebesten
Maivæ	peri	Nuces Cu-
Maioranæ	Baccæ Lauti	pressi
Melonum	Berberis	Nux Indica
Nasturtii	Caricæ, id est,	Nux moscata
Nigellæ	ficcæ ficus	Nux vomica
Orobi	Capparis	Nuces pineæ
Pæoniæ	Cubebæ	Olivæ
Papaveris	Carpobalsamum	Tamarindi
albi		Pistachiæ
Petroselini	Caryophyllæ	Prunæ

Vvæ

Vvæ	passæ.	Doronici	Philipendulæ
R A D I C E S	Eboli	Pæoniæ	
uſitata.	Elenii	Pentaphylli	
Acoti	Eryngii	Petroselinæ	
Agarici	Hellebori	Peucedani	
Althææ	utriusque	Polypodii	
Angelicæ	Eſulæ	Polygonati	
Apii	Endivie	Pimpinellæ	
Aristolochiaæ	Filicis	Pyretti	
utriusque	Fæniculi	Phupontici	
Asari	Galangæ	Rhapontici	
Asparagi	Caryophyl-	Rhabatbari	
Asphodeli	latæ	Raphani	
Been	Gentianæ	Rubeæ	
Bis tortæ	Glycyrrhiza	Rusci	
Bryoniae	Hermodacty-	Satyrrii	
Borraginis	li	Scyllæ	
Capparis	Iridis Illyricæ	Scrophulariæ	
Cardopatii	Lapathi	Sympyti	
Cichorei	Laserpitii	Turbith	
Costi	Liliorum	T tormentillæ	
Cyclaminis	Mandrago-	Zinziberis	
Dictamni	re	Zeduariae	
	Nymphæ		

SVCCI VSITATIORES.

Succus χύλος est liquor ex stirpibus recentibus contusis expressus, qui si len-torem habuerit, non succus, sed mucago seu mucilago nominatur. Succorum alii liquidi, alii indurati conservantur. Li-quidi sunt succus

Citri mali	Ladanum	bicum
Cytoniorum	Licium	Gummi he-
Granatorum	Opium	deræ
Endiviaz	Saccarum	Myrrha
Mel	Sanguis Dra.	Mastiche
Oleum	conis.	Opopanax
Omphacium	GUMMATA	Olibanum
Rosaceus	usitatoria.	Sagapenum
Violaceus	Ad succorū	Terebinthina
Vinum & a-	induratorum	Sarcocolla
que omnes	genera refer-	Styrax
stillatitez.	ri possunt	& Calamintha
Succi indura-gummata,	Sandaraca	
ti habentur qualia sunt	Succinum	
Acacia	Afa fætida	Camphora.
Aloë	Ammoniacū	CORTICES
Afa fætida	Bdellium	usitatores.
Cera	Benzoi	Cortex Aran-
Scamonia	Colophonia	tiarum
Euphorbium	Euphorbium	Granatorum
Glycyrrhiza	Galbanum	Mandragoræ
Hypocistis	Gummi Ara.	Tamarisci
		Me-

METHOD. MEDENDI. 727

Mediana sam-	lapilli	Caprinum
buci	Cranium ho-	Hircinum
Cinnamo-	minis su-	Medulla Cer-
mum	spensi	vina
Cassia aroma	Castoreum	Vitulina
tica.	Coagulum	Pulmo vulpis
LIGNA usi-	leporis	Scincus
tatoria.	Corna cervi	Sanguis hir-
Lignum A-	num	ci
loës	Cornu uui	Serum laetis
Lignum Gua-	cornis	caprini
iaci	Ebur	Vipera
Lignum san-	Fel tauri	Zibetum
da i. cuius	Fel leporis	Moscus
Tres sunt	Genitale cer-	Cantharides.
species, al-	vi & tauri	Gottes Worme.
bum, ru-	Iecur lupi	METALLICK
brum &	Mumia	remedia
flavum.	Os è corde	ustatoria.
Xylobalsa-	cervi	Aurum
mum	Os sepiæ	Argentum
Viscus quer-	Pinguedo	Auripigmen-
cinus	Anatina	tum
Eichen kinster.	Amferina	Ærugo
SIMPLICIA	Canis	Æs ustum
ustataque	Gallinacea	Æris squa-
ex anima-	Humana	ma
lib. sumun-	Vrsina,	Alumen
tur.	Vulpina	Cadmia
Cancer	Sevum cervi	Chalcan-
Cancrorum	num	thum

H h 4 Chal-

728	FRAN. IOELIS
Chalcitis	Lapis Arme- Remedias usi-
Calx	nus tatoria ex
Cerussa	Lapis Lazu- mari su-
Chrysocolla	li muntur
Cinabaris	Lap. Hema- Asphaltus
Ferrum	tites Succinum
Gypsum	Lap. Magues Bernstein.
Lithargyriō	Pumex Sperma ceti.
Minium	Bolus Arme Margaritae
Nitrum	nus Corallium
Plumbum	Lemnia terra. Spongia.
Pompholix	GEMMAE usi- Sal; cuius tres
Thutia	tatores. sunt species;
Spodium	Rubinus Factitius Ma-
Stibium si- ve Anti- monium	Granatus rinus & Sapphirus Gemmeus.
Sulphur	Smaragdus

Se-

SECTIO VI.

DE COMPOSITIS ME-
DICAMENTIS IN
officinis usitatis.

1. Possuntne omnes morbi simplicibus reme-
diis curari?

Non omnes morbi simplicibus re-
mediis curari possunt: Ut enim
morborum, ita & medicamentorum
duplex genus statuitur, simplex unum,
compositum alterum: & simplices qui-
dem morbi, simplicibus, vel uno pluribus
que eiusdem facultatis remedii curan-
tur, compositi vero composita requirunt
pharmacæ,

2. Composita medicamenta quibus in formis ex-
hibenda? & quæ sunt formarum genera?

Compositorum remediorum genera
alia intra corpus assumuntur, alia extra
corpus forisque applicantur. Formarum
autem quas composita medicamenta reci-
piunt, varia sunt genera, & magni refert,
qua forma quodvis medicamentum ad-
ministretur. Alios enim aliæ formæ déle-
ctant: & aliæ formæ ad partes affectas, aliæ
ad morborum naturas accommodatores
sunt: & in aliis formis alia medicamenta
sunt magis minusque efficacia. Visitatio-

H. h. 5 res.

730 FRAN. IOELIS
res autem remediiorum hoc tempore for-
mæ, quæ in officinis extant, & quæ à Me-
dicis præscribuntur, in sequenti tabella
comprehenduntur.

	Pulveres mixti seu species
	Rotulæ
	Eleætuaria
	Pilulæ
	Trochisci
	Decoctæ
Intra corpus sumen- dorum	Syrupi
	Loch
	Conservæ
	Tragemata
	Collyria
Formæ re- mediorū composi- torum	Errhina
	Gargatismata
	Glysteria
	Pessi
	Glandes
Extra cor- pus ap- plicando- rum	Epithemata
	Olea
	Linimenta
	Voguenta
	Cataplasmata
	Emplasmata
	Cerota
	Sacculi
	Horum

Horum remediorum omnium confi-
ciendorum rationē partim ex libris Me-
dicatoriis, quos in officinis Dispensatoria
vocant, partim ex curandorum morborum
methodo addiscere possumus.

3. Pulveres compositi sive species usitatores
que sunt?

Species hodie Medicis vocantur omnes
pulveres compositi & inter se commixti.
Extant autem in mytopoliis, sp. Aroma-
tici rosati, sp. Diacymini, sp. Diacala-
minthes, sp. Diatrimon piperion, sp. Dia-
galangæ, sp. Diambræ, sp. Electuarii de
Geminis, sp. Diamargariti frigidi, sp.
Diamoschi dulcis, sp. Læticia Galeni,
sp. Diathodon abbatis, sp. Diapenidii,
sp. Diacurcumæ, sp. Dialaccæ, sp. pliis
arcoticon, sp. Lithontribon, sp. Diamar-
ton, sp. pro Epithemate cordis, sp. pro
epithemate Epatis, Pulvis ad præcipita-
tos, pulvis lumbricorum, pulvis contra
pestem.

4. Rotularum seu tabellarum que
sunt genera?

Rotulæ seu tabellæ conficiuntur ex spe-
ciebus seu pulveribus mixtis, & saccaro
in aliquo liquore resoluto, & rursus ad li-
quoris absumptionem cocto. Et tot Ro-
tularum genera, quot & specierum : Et
medici hoc modo distinguunt à specie-
bus, quod addant vocabulum Rotulæ, ut

R. Aromatici rosati in rotulis. Vbi vero pulveribus uti volunt, prescribunt,
R. sp. Aromatici rosati.

s. Que Electuaria usitata prostant in
Myropolis?

Electuaria dicuntur omnia medicamenta composita, quæ habent formam crassioris mellis. Conficiuntur autem ex variis speciebus ac pulveribus melle defecato, aut saccaro liquefacto mixtis. Elecuariorum autem alia sunt *antidota*, quæ veneno adversantur, alia narcotica sive opiate, quæ somnum conciliant & dolores mitigant; alia laxativa, quæ humores vitiosos è corpore pellunt: alia quæ robur corpori inferunt, quæ electuaria confortativa dicuntur.

Antidota sive Electuaria veneno adversantia usitatoria sunt,

Theriaca Andromachi

Theriaca Djateffaron

Mithridatii Antidotum

Autea Alexandrina

Elect. Liberantis

Elect. de baccis lauri

Diacastoreum.

Narcotica sive Opiata somniferaque usitatoria sunt,

Philonium maius

Requies Nicolai

Triphera magna.

Ele.

Electuaria Laxativa usitatoria sunt

Diacatholicon

Confectio hamech

Elect. de succo rosarum

Elect. Indum maius

Benedicta laxativa

Diacarthamum

Diaturbith

Diaprunum simplex

Diasena

Electuarium

Hiera picra Galeni.

Electuaria confortantia usitatoria sunt

Diasatyrion

Acorus conditus sive diacorum.

Diacytonitum & omnes fructus
& radices conditæ & conservarū genera-

6. Quæ pilula usitatores prestant in

Myropoliis?

Pilulæ sive catapotia conficiantur ex pulveribus simplicium rerum, qui interventu Aloës & alicuius liquoris contundendo formantur in massam duriusculā, ex qua tandem, ubi usus postulat, certum pondus reformatur in exiguos globulos, ad deglutiendum idoneos, qui pilulæ dicuntur. Utimur autem pilulis, ut electuariis laxativis, ut plurimum ad evacuandos humores vitiosos. Sunt autem pilulæ usitatores.

	Alephan ginæ	De fumo ter- ræ
	Affäjereth	Sine quibus
Pi-	De agarico	Stomachicæ
lulæ	Aureæ	Lucis maiores
	Aggregativæ	De Rhabaiba- ro
	Arabicæ	De Eupatoria
	Masticinæ	De Hermo- daëtis
	Cochiæ	De lapide La- suli
	Fœtidæ	Arthriticæ

7. *Quisunt Trochisci usitatores?*

Trochisci sive pastilli veluti pillula-
rum massæ ex pulveribus cum aliquo li-
quore contusis conficiuntur, & exsiccantur,
quibus forma additur rotunda &
compressa instar exiguarum rotularum,
nec eis ut pilolis Aloë admiscetur : Eo-
rum usus per se est rarissimus, sed ut plu-
rimum aliis compositis remediis ad-
miseretur. Sunt vero usitatores Tro-
chisci.

Tro-

De Absynthio	De violis
De Rharbar- baro	De Eupatoria
De Gallia moschata	De Berberis
Tro- chis.	Tro- chis.
Aliptæ mo- schatae	De cappati- bus
De spedio	Alhandal
De Myrrha	De Alcakengi
De carabe	De Agarico
De terra sigil- lata	Bechici nigris & albi.
Diarhodon	

8. Quæ decocta habentur in Myropoliis?

Decocta dicuntur liquores in quibus aliqua simplicia, veluti radices, herbæ, flores, semina, & fructus aut aromata sunt artificialiter incocta. Sed prostāt nulla in Myropoliis decocta, propterea quod facile corrumpantur. Sed Medicus ubi necessitas urget, ex tempore præscribit. Communissima autem decocta sunt,

Decoctum commune.

Decoctum florum ac fructuum.

Aqua hordei.

Cremor ptisanæ.

Hydromeli.

9. Quisunt Syrupi usitatores?

Syrupi Arabibus, Græcis ορεγάται, for-
mam

mam habent liquidioris mellis. Consi-
ciuntur autem ex decoctis aut succis ex-
pressis & defecatis, ac melle vel saccaro.
Eis utimur ad præparandos vitiosos hu-
mores ante purgationem. Raro autem
solos merosque Sytupos exhibemus, sed
dilutos cum aliquo liquore. Sunt autem
usitatiores syrupi qui in officinis extant

Mel rosarum	tosæ	teria
Oxymel sim de scolopen	Decupatorio	
plex	drio	de Epithymo
Oxymel scyl.	de Strehade	de lupulo
liticum	de Iuiubis	de cichorio
S. acetosus	de capillis	de s. Radici-
simplex	Veneris	bus
Syr. Rosarum	de hyssopo	de Arthemis-
Violarum	de prassio	sia
è pomis	dé papavere	Bysanthinus
de granatis	de Menta	de Endivia
è citreisaci-	de Absynthiode	Nym-
dis	de calamin-	pha
de agrestis	tha	de Cydoneis..
de succo ace-	de fumo	

10. Quæ Loch siue lambilia Electuaria
sunt usitatiora?

Loch Græcis ἡλέγουσα sunt medica-
menta quæ lingendo assumuntur, liqui-
ditate ab Electuariis differunt. Formam
enim liquidi mellis paulo crassiorem
quam

quam syrapi habent. Conficiuntur vero ex decoctis saccaro & pulveribus. Sunt vero usitatoria *é nleýymate*

Loch sanum &	è Scylla
expertum .	Diacodion
è pulmone Vulpis	Diamoron
è pino	Loch nucum seu
è papavere	diacaryon.

11. *Conseruae usitatores que?*

Conseruae sive flores conditi , formam habent electuationorum, & constant ex concisis minutissime recentibus floribus , & saccaro simul commixtis; sunt autem usitatores conservæ

Rosarum	Roris marini
Violarum	Salviæ
Boraginis	Melissæ
Buglossæ	Nymphæ. Et cuiusvis herbae in usum medicum receptæ.

Ad conservarum ordinem referuntur & fructus radicesque saccaro conditæ , veluti sunt Zinziber conditum , E-nula condita , calamus aromaticus conditus , pyra muscatellina condita , iuglandes conditæ , cidonia condita , nubes moscatæ conditæ , cortices & flores arantiorum conditi , rad. pimpinellæ conditæ .

12. *Tragemata usitatoria qua?*

Tragemata sunt pulveres ex aromatis
bus vel speciebus & saccaro commixti
ad corroboranda viscera principaliora ce-
rebri, cordis, ventriculi & hepatis compo-
siti: non prostant patati præterquam Tra-
gea Imperatoris ex cinnamomo, zinzi-
bere & saccaro albissimo parata. Vbi au-
tem usus postulat medicus pro arbitrio
ea ordinat ac præscribit.

13. *Collyria usitatoria qua sunt?*

Collyria Latinis dicuntur medicamen-
ta ocularia, quæ videlicet oculis indu-
tur, quorum formæ tres sunt. Alia enim
sunt liquida, quæ ex liquoribus sive suc-
cis & simplicium rerum pulvisculis te-
nuissimis constant. Alia sunt arida ex so-
lis pulveribus unius aut plurimum. Alia
instar unguenti ex pulveribus, oleis aut
succo aliquo conficiuntur. Materia arido-
rum collyriorum ut plurimum Metalli-
cæ sive mineralia sunt.

Raro in Myropoliis parata habentur
collyria, excepto unguento ex pompholy-
ge, sed pro ocularium affectionum varie-
tate, ut res expostulat, varie præscribun-
tur à Medicis.

14. *Errhina usitatoria qua sunt?*

Errhina dicuntur medicamenta, quæ
nari-

natibus inseruntur quæ & ipsa aut arida sunt, ut pulveres & radices, aut liquida ut succi & decocta. Eorum usus est ad affectionem meatuum ex cerebro ad narēs prodeuntium, ad excitandam sternutacionem & pergandum cerebrum per narēs. Errhina ut plurimum ex radice Gentianæ, Betæ, ex Maiorana eiusque succo aut decocto, & betæ succo, pulveribus quorundam simplicium, fiunt.

15. *Gargarismata usitatoria quæ sunt?*

Vt Errhinis per narēs, ita Gargarismata per palatum detrahuntur vitiosi humores ex cerebro. Vtimur eis & in exultationibus faucium. Conficiuntur autem Gargarismata ex decoctis aut aquis stillaticiis, aut succis herbarum, quibus admiscentur mel rosarum aut Diamoron aut Loch mucum pro varietate affectionum fauciū; non prostant in Officinis, sed à medicis pro varietate morbi extempore præscribuntur.

16. *Clysteria quæ sunt usitatoria?*

Kλυστηρ seu *Ενυπα* Latinis lavamen seu iniectum significat. sed huius temporis Medici & in Germanica lingua retinent appellationem Græcam, & *Clystier* nominant. Vtimur autem clysteribus in abluendis & abstergendis sordibus ac flabitibus, potissimum qui in intestinis continen-

natur, quanquam per consecutionem & ex longinquieribus partibus attrahat vitiros humores. Componuntur clysteria ex decoctis herbarum aut iuscule carniuum aut lacte, cui purgans aliquod medicamentum olea & modicum salis est admixtum. Non extant parata, sed ut necessitas postulat à Mediso prescribuntur.

17. Pessi quid & qui sunt infestationes?

Pessi sunt Medicamenta quæ uteris mulierum induntur instar glandis. Consciuntur autem pessi ex aridis pulveribus, fomentis & liquoribus simul mixtis, & ad iustum duritatem redactis, ac in pollicis figuram conformatis, qui sindone involuti oblongo filo adpenduntur: ac ubi necessitas urget, osculo matricis induntur. Veimur eis ut plurimum aut ad provocationem aut retensionem mensium: aut ad emolliendos matricis tumores, aliaque eiusdem vitia.

18. Glandes infestationes quæ sunt?

Glandes Græcis βάλανοι vulgus & officina suppositoria vocat, & sunt medicamenta quæ podici aut ano inseruntur. Consciuntur suppositoria ex melle ad iustum duritatem cocto, cui, antequam indurescat mel, admiscentur pulvis colo-
cyn.

cynthidos aut Hieræ simplicis & salis
momentum, & confunduntur in massu-
lam digitæ longitudinem & calami ma-
iusculi crassitatem æquantem. Utimur his in
infantibus & aliis agrotantibus, ubi fa-
ces in intestino vehementius indurue-
rint, & excerni nequeunt, & semper ex-
tant venales in Myropoliis.

19. *Epithemata quæ sunt usitatoria?*

Epithemata medicamenta sunt liqui-
da, aut ex stillaticiis aquis, aut ex suc-
cis, aliisque liquoribus & speciebus si-
mul mixtis composita sunt, quæ aut pan-
no aut duplicatis linteolis excepta, affe-
ctis corporis partibus, fronti videlicet,
temporibus, cordi, hepati, carpo, pedi-
busque impoñuntur & alligantur. Nulla
autem prostant, sed ex tempore præpa-
rantur.

20. *Quæ olea prostant usitatoria?*

Olea chirurgiæ parti artis medicæ de-
dicata sunt. Extra enim corpus manibus
illinnuntur. Oleorum porro alia ex florib-
us & herbis, radicibusq; in oleo olivarū
maceratis, incoctisque parantur: alia ex
fructibus, seminibus, aliisque materiis vi-
gnis eliciuntur. Sunt autem usitatoria
quæ in Myropoliis habentur olea,

Ol. Absinthii Mentæ Amygdal. dul-
cium

Anethinum Rutaceū Amyg. amarū
Camæcelinum Nardinū ex baccis Iu-
niperi

Rosarum Mastichi Terebinthi-
" num næ

Violarum Hyperico- Tartari
nis

Ricinum Ex cappare Vitrioli
ex Euphor- Anisi
bio

Liliorum alborū ex piperi- Cinnamo-
bus mi

Irinum Vulpinū è nucibus
muscatis

Sampsuchinum Lumbri- Petroleum
corum

Nymphææ de casto Spicæ
reο

Cytoniorum Scorpio- Carvi
num

Myrtinum Laurinū Cymini &c.
21. Qualimenta que & unguenta
prostant usitatoria?

Linimenta & unguenta sola duritie ac
mollitie inter se differunt, utraque enim
componantur ex oleis, cera aut resinis &
pulveribus. Vnguenta paulo crassiora
sunt. Plus enim ceræ recipiunt, Lini-
menta vero molliora. Linimenta nulla
ha-

habentur in officinis parata, sed ex tempore conficiuntur. Vnguentum autem usitatora sunt

Vng.	Arreagon	Vng.	Diapophylogos
	Agrippæ		Pectorale
	Marciatum		ad Scabiem
	de Althæa		Apostolorum
	Populeum		Refrig. Galeni
	Aureum		Pediculorum
	Ægyptiacum		Rubeum potabile.
	de Cerussa		

22. Quæ cataplasma uisitata prostanti?

Cataplasma dicuntur quæ ex herbis, floribus, seminibus, farinis, aliarumque rerum pulveribus simul commixtis cum liquoribus & oleis ad pultis formam sunt cocta, quæ instar Emplastri per panum aut duplicata linteola extensa affecto loco applicantur. Nulla cataplasma extant, sed ex tempore parantur.

23. Quæ Emplastrum & cerota habentur in Myropoliis?

Emplastrorum ac cerotorum materia est oleum, cera, gummata, & pulveres mineralium, metallorum, aliarumque rerum, quibus utimur in tumoribus, inflammationibus, vulneribusque partium. Sunt autem usitati ora;

Empl.

744
Emplast.

FRAN. IOELIS

Diachylon

De Meliloto

Oxycroceum

Gratia Dei

Apostolicum

Contra rupturam.

de baccis lauri

de crusta panis

de lapide calaminari

Album coctum

Viride.

Cerota plus quam Emplastrum ceræ re-
cipiunt. usitatiōra sunt

Refrigerans Galeni

Stomachicum

Sandalinum.

24. *Sacculi qui usitatiōres?*

Nulli sacculi prostant in Myropoliis
parati, sed ex arbitrio Medici ex tempore
parantur. Utimur autem sacculis in ca-
pitis doloribus, in cordis affectionibus,
in ventris tumoribus ac doloribus, in
sphincterum prolapsu. Conficiuntur au-
tem sacculi ex herbis, floribus, radici-
bus, semenibus inter se mixtis, & minu-
tim concisis, atque in sacculum lineum
confutis.

SE-

SECTIO VII. & ULTIMA.

DE VNIVERSALIBVS
REGVLIS IN CVRATIONE
obſervandis.

I. In curandis morbis quæ axiomata
& regulæ generales ſunt
obſervande?

REGLÆ fere omnes, quæ in med-
icationibus morborum obſervandæ
ſunt, habentur in Aphorismis Hip-
pocratis, qui dignissimi ſunt, à tironibus
Medicinæ ad unguem ediscantur; Verum
præter eas ſequentia axiomata ſemper ob-
oculos ſunt habenda.

I. Contraria ſemper contrariis ſunt cu-
randa, & ſimilia ſimilibus conſervanda,
&c, ut Galen. inquit lib. 13. meth. med. cap. 6.
Omnis intemperantia ſemper contraria
requirit.

II. Quæcunque ſunt in corpore hu-
mano præternaturam, debent removeri,
quæ vero ſecundum naturam, conſervari.
Galen. lib. 8. meth. cap. 9.

III. Natura est curatrix morborum:
Medicus vero eſt minister naturæ. com. 5.
in 6. Epid. cap. 1.

II

IV. Af-

V. Affectiones & dispositiones magnas causas habent.

V. Causæ prius quam morbi semper debent præcidi ac removeri.

VI. Morbi semper prius sunt curandi quam symptomata, nisi talia sint symptomata, quæ vires prosternant: Tum enim curationem ad se convertunt.

VII. Viribus imbecillis, lenis lentaque curatio est necessaria: extremis autem morbis extrema remedia sunt adhibenda.

VIII. Bonæ constitutio partium, bonarum, mala malarum est actionum causa, atque illa sanitas, hæc morbus dicitur.

IX. Supervacanea quæ à valentioribus partibus expelluntur, semper ad partes imbecilliores procumbunt. Galenus com. Aph. 33. lib. 4.

X. Dolor & particulæ inflammatae calor, fluxionis sunt causæ. Quare tum purgandum est totum corpus, etiam si caret vitiosis humoribus, Galen. lib. 13. cap. 5. meth. med.

XI. Medicamenta primum oblata, si paululum conferant, tametsi tardius current, ea sunt usurpanda, nec temere protinus ad aliud transeundum: quæ autem noxia sunt, statim removenda. Aph.

METHOD. MEDEND.

XII. Digerentia medicamenta, redundantia humorum in toto corpore subest, si partibus affectis applicantur, implet potius quam vacuant. Iis itaque non nisi purgato corpore, aut parte illa, quæ excrementum ad locum affectum transmitit, utendum est. Gal. lib. 13. cap. ult. meth. medend.

XIII. Principibus partibus laborantibus nullum adferendum est remedium, quod immodice vel refrigereret, vel calefaciat, vel aliqua aliena qualitate sit imbutum, & semper ei aliquid est admiscendum, quod corroborandi facultatem habet.

XIV. Quoties vim medicamenti aliquius ad cerebrum exacte descendere velis, ad coronalem suturam in syncipite id applicabis. Tenuissimum enim & rarissimum eo in loco est cranium. Omnes itaque infusiones ad hanc maxime partem applicantur. Galen. lib. 13. cap. 12. meth. medend.

XV. Iecinori inflammatione laboranti, non debet imponi aut epithema aut fomentum aut cataplasma actu frigidum. Galen. lib. 13. cap. 12. meth. medend.

XVI. Iecinori & lieni inflammatis, quæ foris applicantur remedia, ea mixtæ facultatis, id est, astringentia simul &

Iaxantia esse debet. Gal. lib. 13. cap. 12. meth.
medend.

XVII. Gibba hepatis per renes diureticis remedii expurgari debet, cava vero eius pars per inferiorem ventrem. At lien nunquam per renes, sed per intestina evacuatur. Galen. lib. 13. cap. 6. meth. medend.

XVIII. Gula quæ propriæ stomachus vocatur, & spinæ cervici adiacet, ac per collum & pectus in ventriculum deorsum protenditur, extrema remedia, veluti sunt cataplasma & emplastra, super spinam cervicis imponi debent, & non parti anteriori, quemadmodum etiam ubi orificio ventriculi est inflammatum. Galen. lib. 13. cap. 16. meth. medend.

XIX. In quotidiana febri semper afficitur orificio ventriculi, in tertiana riecur, & in quartana lien, & ut plurimum ex eorum viscerum affectione generantur febres. Galen. lib. 1. cap. 5. de Art. curat. ad Glauco.

X X. De venæ sectione in phlegmone oris & palati, item iecinoris, pectoris & pulmonis atque cordis, semper interna cubiti vena est secanda: in angina autem primum interna cubiti, deinde hæ quæ sub lingua habentur. Qui vero circa occiput laborant, primo cubiti,

ti, deinde frontis est incidenda. Renibus vero, pudendo, vesicæ & utero affectis eam incidimus, quæ est sub directo loci affecti.

XXI. In iecinoris inflammatione dextræ manus, in lienis, sinistræ vena cubiti est aperienda. Galen. lib. 13. cap. 11. meth. medend.

XXII. Fluxionis motum semper ad contrarium trahere oportet. Partibus itaque superioribus inflammatis, per inferiora sanguis est educendus, & contra inferioribus inflammatis, per superiora. Galen. lib. 2. cap. 2. de arte curativa ad Glaucorum.

XXIII. De Cucurbitulis. Cucurbitulæ aut foras evocant aut eximunt, eruuntque aut provocant, aut avertunt: Ad mammas affixæ sanguinem ex utero fluentem repellunt: præcordiis applicatae sanguinis fluxum è naribus erumpentem cohibent: evocant autem & propliciunt menses pubi & inguini affixa: occipiiti applicatae oculorum fluxiones avertunt. Vacuari tamen prius corpora quibus applicantur oportet. Alias enim replent partem, cui applicantur, pravis humoribus. Galenus lib. 13. cap. 18. meth. medend.

750 FRAN. IOELIS METON. MED.

X X I V . De purgatione humorum.
Flavæ quidem bilis evacuatio est facili-
lis : pituitæ vero seu nigræ bilis diffi-
cilioꝝ . quo magis purgantis medica-
menti ope indigent . Galen lib. 12. cap. 17.
meth. medend.

*Francisci Ioëlis de generali me-
thodo medendi, & remediorum
usitatoribus libri*

F I N I S.

INDEX

INDEX IN VAL. CORDI

RECEPTARIUM.

A.	131, 208, 246, 259.	
ABIE TINA rufina	535	Amomum verum 87, 88
Abrotonum	213	Amomum falsum 87, 88, 131,
Absinthium Ponticum	146.	Amylum. 36
305.		Anchusa. 296
Absinthium Romanum	146	Angelica. 64, 125
Absinthium rusticum	305	Anguria. 193, 194
Acacia	112, 121, 406.	Animalium partium deleetus.
Acacie succedanea	112, 118,	405, 406
121, 368, 369, 541.		Anthera. 272
Acini	319	Antiballorena. 456
Acori loco quid	5392	* Antidota omnium venenorum
Acorus	125, 249, 539	681.
Acorus verus quid	68, 312	Antimonium, pro Artimon.
Adiantum nigrum	191	93
Adipum preparatio	366	Anthophylli. 22
Adulteria simplicium medicina-		Aphace. 516
mentorum 409, & seqq.		Apium. 537
Aëromeli.	239	Apparice. 325
Aerugo	333	Aqua Cinnamomi contra epilepsiam. 623
Agaricus Trochiscatus	257	Aqua divina ad ulcera, Ferne-
Ageratum	43	Agresta. 141 lii.
681		Aqua theriacalis optima. 665
* Alexiteria omnia venenorum	269	* Aqua vita, Matthioli. 570
Alexiterium contra pestem	567	Aqua vita aurea, Thomas Eras-
Alleluia	311	Aque marinæ loco quid. 288
Allium sativum	522	Archeutida, seu Arcuthis. 223
Aloe ablendi modus	259	
aromaticibus	359	Aristoloch. rotunda. 118, 119,
Aloes præparatio	359	277, 287, 542
Alum, aut Haluna	92	Aristol. tenuis. 113, 118, 542.
Alypias	96	Aromaticum Garyophyllatum. 17
eius loco quid	95	Aromaticum Rosatum Gab.
Alypum	95	19
Alzanaian, alchanach, alza-		Aromatum Indicorum libel-
nach, Ichthyocolla	349	lus Garcie. 19
Amaracus	144, 255, 256, 324.	Artanita 341
328, 520, 544.		Artimonium. 95
Amarena cerasa	181	Arum. 121
Ambra	277, 278	Astarum. 40
Ambra pomum	600	Alphalathi loco quid. 254, 255.
Amentum dulce	335	257, 259
Amomi loco quid	51, 70, 112,	Aspalathus. 254

li 4

Asphal-

I N D E X.

C.

Asphaltum.	103, 541.	C
Aspis.	517	
Asplenium.	153, 156, 289	Cachrys.
Aurea Alexand.	84	Calamintha campestris.
Auri & argenti limatura.	23	
Aurum aut argent. foliatum merum.	59	Calamintha domestica.
Aurum solidum.	86	Calamintha montana.
		Calamintha filv.
		Calami aromatici vero loco quid. 254, 255, 256, 259, 281
		Calamus arom.
		Calamus odoratus.
		Calamus unguentarius.
		Camphorata.
Bacilli Bechici, vulgo Re- becha.	642	Candela pro carunculis in meatu urinario natis.
Balanus Myrcpsica.	308	
Balaustium.	91, 132	Candela pro fusitu.
Balsami fructus.	116	Capillus Veneris verus.
Balsami loco quid.	84, 263	Carabe
Balsamita.	47, 48, 519.	Cardamomum.
Balsamum quid significet.	87,	Carduncellus.
	263, 525, 526	Carduus benedictus.
Bardana.	337	Carneola, aut Corneola.
Batega.	269	Carolina.
Baucia.	101	Carota.
Bedeguar.	162, 203	Carpesum.
Behen albi & rubri succedanea	508	Carpobalsami succedanea.
		540, 541
Benedicta laxativa.	208	Carpobalsamus.
Bistorta.	536	Caryocostinum.
Bitumen Iudaicum.	103, 541	Caryon myreplicon.
Blatta Byzantia.	259, 528	Carydion.
Bulus Armena.	538	Catia flos.
* Bulus bilem evacuans.	703	Catia, vel Cassia.
* pituitam.	705	215, 221, fi- stula, 47, 110, 535, extra- fus. flos. Cassia. 442, ex- tracta communis. 443, ex- tracta sine fol. Senz. 189, extrafus. cum fol. Senz. 190, extrafus. pro clisteribus 190, ligneal. 20, 21, 47, 523,
Boraginis succus clarificandus.	170	535.
Borax.	335	Cataputia maior.
Branca ursina.	95	309
Braifica silvestr.	95	Catharticum hydragogum.
Britannica.	536	
Buglossa domestica.	210	
Buglossa silvestr.	296	
Buglossa vulgaris.	170	
Bulbi sem. loco.	98	
Bunias.	110, 114	Catharticum Imperiale.
Buplhalmum.	321	221
Burungi.	33, 34.	Cathengit, seu Ebulus.
		341
		Catholicon.
		198
		Catholicum ex infusione pul- verum, Sena & Rheo.
		649

Cau-

I N D E X.

Caulis agrestis,	95	Hamech ex censura Fernelii
Cauterium potentiale,	616	651
Celtica, Spica,	221	Hamech major. 201
Centaurium maius, 528, 529.		Hamech minor. 203
tenue. 542		Liberans. 57
Centuminervia,	320	Anacardins. 23
Cera oleum,	603	Confectiones aromaticæ. 17
Cerastes,	517	Opiatæ. 70, & seq.
Cerata vel Cerota,	345	Conservarum faciendarum ra-
* Ceratum de Galbano,	614	tio. 133
* Gracia Dei,	613	Conservæ variz. 133, 134
Cerotum infrigidans Gal.	345	Conserua pro Mostarda. 589
* Martiale, vel de Galbano	614	Consolidæ maior. 92
Rosaceum.	674	Conyza. 316, 317
Santalimum.	345	Corallium rutilum. 91
Stomachale.	346	Cordumen, idem quod Car-
Cerotum ex Betonica.	611	damomum. 281
Diachalciteos, vel Diapalma		Corticū delectus. 403
611		Costus. 21, 23, 40, 532. horten-
pro Herniosis.	613	sis. 326
Cerussa serpentaria ut fiat.		Cotula maior. 437
670		Crassula. 320
Ceterach.	153, 192	Cremor Ptisanæ. 582
Chaleanthum,	538	Cremor Tartari. 622
Chalcitis.	122, 113, 533	Crethamus agrestis. 333
Chalcitidis affatio.	538	Crinon. 296
Chalcites caecumenu.	356	Crispula. 321
Chamædrys.	53, 54	Crithimum spinosum. 69
Chamælum.	348	Crocus Cilicus. 110
Chamæpitys.	111, 144, 203	Corycius. 117
Cherva.	309	Croton. 309
Cheyri.	263, 303	Cubeba. 258
Cholagogum rosatū clemens.		Cuminum preparatum quid.
434	26	
Chylisma Pilularum.	620	Cyanea glycyrrhiza. 117
Cicutæ.	521	Cyclamen. 341
Cinnamom.	523, 536	Cymbalaris. 337
Cinnamomum crassum.	27	Cymminum Carmenum. 232
tenue. 27, 28		Cyperis. 38
Cinnamom.	28, 296	Cyperus rotundus & longus.
Citri semen.	526	50, 51
Collyrium album,	Galen. 599	Collyrii trochisei. 120
Colocynthidis preparatio.	363	
Comæ.	25, 120	D.
in Compositionibus quid		Arseni. 27, 28
obseruandum.	547, 548	Dauci Cretici loco quid.
Condita varia.	132, 133	48, 73, 85, 112, 118.
Confidio cordialis,	58	Daucus Creticus quis. 48
Hamech,	447	Decoctionis Clysteris carminati-
	va.	639

I i 5

De-

I N D E X.

Decoctionis communis Clyste-	Dia solibanum,
rum remollientium.	79
Decodum commune medici-	Dia palma,
nx, cum, & sine Sena.	611
648	Dia papaver,
Decodum pectorale simplic.	184, 185
619, 640	Diapenidion
Decodum pectorale compo-	35
tum, cum Sena.	204, 441
Decodum sclopetarium, Potio	in forma solidas.
vulneraria.	206
Denarius.	Diasprisium,
220	45
Dentalium.	Diaprunum comp. laxat.
335	197
comp. non laxat.	195
Diacalamithoa Gal. 25. Me-	Diarhodon abbatis,
suz.	31
Diacameron.	Diasarum Fernelii,
22	591
Diacyron.	Diasarou aliud Fernelii,
582	655
Diacarthamum.	Diasatyrión Fernelii,
213	657
Diacatholicum.	Diasatyrión Mesuz,
198, 443	99
Diacatia cum Manna.	Nicolaí,
186	98
Diacatorium.	Diascordium Fracastorii,
92	566
Diachaleitis.	Diaehesten,
611	446
Diacinnamomum.	Diasena,
27	207
Diacitonum simplex.	Diasinapi,
134 è	588
succo cydoniorum.	Diatamaron,
136	22
compositum.	Diatragacanthum calid.
135	38
Dianemicum cum etiro.	Diatrion pipereon,
439	51
Discodium Auctarit 91. comp.	Diatton fantas.
Mesuz, 90 simpl. Mesuz, 29	49
solidum,	Diarurbitum cum rhabarb.
Diacorum.	212
minus,	213
Discostum.	maius,
40	213
Diacunium,	Diaxylaloes,
26	50
Diacurcumma maior.	Diazingiber,
44	52
Diadamascenum.	Dianthus Creticus,
196	110, 533
Dialalanga.	Dianthus vulgaris,
34	252
Dihydrop.	Dicelleboru Fernelii,
39	637
Dialis salomonis 36. simplex	Diploma,
36	280
Dialecca major.	Dosis Sacchari ad conservas,
42	134
Diamarenatum comp.	Dosis Specierum ad libram
182	unam sacchari in confect. so-
simpl.	lidis.
181	17
Diamargaritum calid. 30 fri-	Dosis Specierum ad libram
gidum.	unam mellis.
29	71
Diambra.	Drosmeli,
21	239
Diamoron.	Dulcis radix,
180	91
Valerii Cordi.	E.
180	
Dianoschum amarum.	E laterium.
33 dulce	235
32	✓ Electuarium Alkermes,
Dianisum Mesuz,	Mesuz,
20	568
Dianthus.	Electuarium Caryocostinū,
29	619
	contra vermes,
	656
	de baccis Lauri,
	97
	de

I N D

	E X.
de Hyacintho , Iouberti.	Diachylon parvum. 348.
658	Diachylon simpl. 346
de limatura Chalybis. 573	Griseum. 357
de oro , Maximil. Imp.	Iris cephalica dictum. 673
567	Iris flava dictum Galeno. 675
de pomo Citrio. 590	de Meliloto. 350
Diascordium. 566	v de Minio. 616
Diapænias. 65	de Mucilag. 317
Ducis. 52	Oxycoleum. 352
Eleschof.	de Ranis. 615
Episcop.	& pelle arietina, ad hernias.
Lætitia Gal.	625
de Gemmis.	ad tophos. 614
Indum.	Triapharmacum. 352
Indu-n maius.	Viride. 357
Indum minus.	Endivia vera. 352
Iustinum.	Entalium. 354
Lætitians Rasis.	Epatis lupini preparatio. 306
Lenitivum. 191, 446	Epitaphium Valerii Cordi.
Lenitivum de Manni.	397
Opiticum.	Fruce semen. 23, 84
concreta Pestem.	Eryun verum quid. 516
Plirisarcoticum.	Esbrium. 324
de Psyllio.	Esdre Antidotus Aduarii. 331
Purgans , de Pomo Citrio.	Aetii. 128
520	Fusa preparatio. 364
Resumptivum.	Eupatorii, eiusque succi succe-
Resumptivum Fernelli. 659	daneum. 43, 162
Rosatum Mefuse.	Eupatorium. 43, 210
de succo Rosatum. 211 ia	Extractiones purgantium me-
forma solida.	dicament, artificiosæ. 373,
de Schiste.	324, & seqq.
Elelisphacon.	Extracty catholicon. 597 me-
Fillebori nigri extractio.	ianagogum, sanguinem de-
Elops.	fecans. 436.
Emplastrum. 346, 347, & seqq.	
Emplastrum ad callos pedum.	F.
625	
ad hydroponem.	Felix.
album coctum.	Fisticum seu Phisticum. 52
Apostolicon.	101
Apostolicon aliud.	Flores Casix fistulæ solutivæ.
de Baccis Lauri.	187, 447
Barbarum Maius , Gal.	Florum delectus. 403
Barbarum minus Glени.	Flos aris. 315
Basilicon magnum.	Feniculus porcinus. 43, 64
de Cernua.	Folia Garyophyllorum. 207
de Crusta panis.	Folii succedanei. 17, 18, 50, 61,
de Lapide Calaminari.	66, 126, 127, 128, 161, 255.
Diachylon comp.	Folium. 18, 19
Diachylon magnum.	Indum. 172

I i 6

M 2r

I N D E X.

Malobathri.	112, 120	discutens.	698
Fornax quomodo facienda.	* Vide Potio.		
385			
Fraxinella.	252	Hedychroon magma.	510
Fructus Balsami.	116	Helemum.	296
Fructuum delectus.	403	Hepatis lupini preparatio.	
	366		
G.		Hepatica.	192
		Heptaphylon.	530, 531
		Herba crassula.	310
Alanga magna 17. rufa.	17.	Iudaica	320
Galbanum.	528	Sancte Marix.	320, 326
Gallæ cupresci.	272	Molchara.	321
Gallion. 127, 319, 320,	325	Paralytis.	134, 320
Gemma Populi.	307	Turca.	320
Gentiadis radix.	117	Venti.	324
Gersa serpentaria.	335	Herbarum delectus.	401
Gersam faciendi modus.	304	Hermela vel Harmala.	249
Glandes fine suppos.	224	Hiera Pachii.	219
Glands unguentaria.	308, 309	Aromatica.	454
Gleba Arimena.	538	picta composita.	216
Gluten Alchanach, alzanaham,		picta cum Agarico.	215
alzanach.	349	picta simpl.	215
Glycyrrhiza.	18	picta Rasis ad pilulas co-	
Glycyrrhiza cyanea.	117	chias.	231
Glycyrrhiza succus.	524	Hieralogodium.	217
Gnaphalion.	542	Hippocras, seu Potus Hippo-	
Grana Solis.	208, 228	craticus.	589
Granum Ben.	308, 309	Holippæ purgantes.	591
Gratiola.	43, 130	Hydragogum maius, Fernelii	
Gummi splendidum.	117,	Hydragogum minus, Fernelii.	
	118	653	
Arabicum.	112, 118	Hydromel simpl.	585
vermiculatum.	112,	Compositum.	525
		Purgans.	585
H.		Hyoscyamus Antidotis addi-	
Alus, aut Halum, sive A-		tur.	521
lum.	92	Hypocistis.	90, 537
Hausius fervorem bilis miti-		Hyssopus humida.	342
gans.	702	I.	
* biliosos humores eva-			
cians.	703	Arus.	316
* bilem & pituitam purgás.		Iafame.	303
697.		Iasmimi flos.	303
* melancholicum humorem		Indicorum aromatum libellus	
præparans.	707	Garciez.	19
* evacuans.	708	Imperatoria.	64
* pituitam coquens.	705	Infusio Rosarum.	147
* evacuans.	705, 706	Violarum.	148
* sudorificæ venenatos halit.		Interpretes bonos, etiam re-	

TURM

I N D E X.

rum pe.itos	oportet esse,	Lohoch ad asthmas.
non solum Latine, aut Gre-		è Caulibus seu Bras-
ce doctos,	542	584
Iris Illyrica.	77, 523	de Papavere.
Iva.	III, 144, 203	de Pino.
arthritica.	144	de pulmone Vulpis.
moschata.	203	fanum & expert.
Inlep rostatum.	171	de Scilla.
violatum.	171	Luph planum.
Iuncus Arabicus.	115	Luph crispum.
odoratus.	128, 131, 534.	
Juniperus magna.	259	

M.

L.

Laç Virgineum,	VVeckeri.	Mabathematicum.	95
641		Macedonicum.	25, 54, 63
Lacce ablutio.		Macropiper.	282
Lachryma Terebinthi.		Magma Hedychroum.	117,
Lachrymarum delefus.			
Lapathiolum.		127 Maiorana.	254, 324
Lapis Armenius.		405 Malabathrum, vel Malobathru	
cancerorum.		320 111, 537.	
philosphorum,		207 Malobathri folium.	115
Lapis septicus.		278 succedaneum.	111, 117,
Lappa maior.		617 256, 257	
Lauflata.		616 Malum terre.	220
“ Laudanum opiatum.		337 Mameræ loco quid.	132
Lavendula.		326 Mandragora.	521
Laureola.		598 Mandragoræ pomorum	fructi
eius preparatio.		310 pænuria quid.	284
Laurus & Laurinum oleum.		317 foliorum loco quid.	337
525, 526		653 Maona Orientalis.	239
Lemma terra.		Manus Christi perlata.	32
Lenitiva è Cassia.		525 Marathrum.	325
Lenitiva, & Solutiva.		538 Marum.	254, 521, 545
Lepidium majus.		442 Mari loco quid.	254, 256,
Lepis chalcu		187 520.	
Leucopiper.		235 Matricaria.	324
Libanonitis species.		356 Mafische.	21, 535
Libanum.		222 Maturella.	322
Libra medicinalis.		125 Medendi methodus.	689
Lichen.		353 Medulla Cerasorum.	88
Ligustrum.		17 Medulla prunorum.	194
Limatura auri, argenti,		392 Medulla prunorum acetos.	
Limatura ferri præparatio.		302 194	
361, 362		33 Medullarum præparatio.	367
Lingua avis.	80, 100	Mei loco quid.	62, 117
cervina.	157, 325	Mel Anacardinum.	196
Lithontrion.	62	> anthosatum.	584
Lohoch 182 & seqq.		Emblcorum.	176
		Odoratum aromaticum Dan-	
		tiscanum.	150, 151

I i 7

Ro-

I N D E X.

Euro ^{pt} atus.	173	Nardi Indice loco quid.
coſtitutum aliud efficacius.	125	Nardus Celtica, 77, 120, 127,
Erys 173		
Fragariae.	176	537
Pafifularum.	184	Galatica, 115
Tabarzet.	184	Indica, 125, 127, 536
Melanagogum extradum.	436	Nardus quid, 56, 65
Melanopiper.	282	Nafalia, 223
Mellis Attici loco quid.	124	Natfum album, 232
Melon Magnus Indus.	269	Nenuphar, 30, 165
Mentha aquatica, criſpa.	293	Nepita, vel Nepeta, 531
Grecia.	323	Neremilch, 61
Romana.	326	Nerion, 131
Saracenica.	320, 326	Nigra spina, 118
Menthastrum.	269	Nihil album, 318
Meu,	64, 86	Notz ponderum, 272
Meu loco quid.	71, 26, 111	Nucleus fenum quid, 30
Meum,	48, 64, 86	Nux Indica moschata, 258
Mezerei preparatio.	364	Myrrifica, 13
Michleria.	96	Vnguentaria, 193
Milium Solis.	208, 228	Nymphæa, alba & lutea, 30,
Mira folis, aut Mira Sole,	309	167.
Mithridates Rex.	514	O.
Mithridatum.	514	Bulus, 115 cius nota,
Andromachi.	126	125
Damocritis,	119	Oculi cancerorum, 278
ex Cleopatro & Antipatro	232	Ocydum citratum, 33
Miva cytoniorum arom.	171	Oeypus, 342, 349
Cytoniorum simp.	172	Oeypum faciendi modus,
Mofelli laxativi.	624	367
Moschocaryon,	298	Oleander, 131
Moschus,	18, 20, 521	Olea, 279
Mustarda seu Diazinapi.	582	Oleorum natura & vires,
Mucha ^r us.	148	380
Muria.	288	Oleorum distillatio artificiosa,
Musa Ennea, five Egetea, vel Zaze nesa.	71	377, 378 & seqq.
Muzus sifor.	149, 150	Oleum Abinthii, 305
Myrob. nigri,	232, 235	Amygd. amar, 308
Myrrha.	517	Amygd. dulcium, 308
Trogloidyтика.	110	Anethinum, 300
Myrrha.	325, 328	Balaninum, 308
Myrtus.	291, 328	Balsani, 602
N.		de Cappare, 209
Nabuch.	178	Castorei, 285
Napus.	26, 101, 110,	Ceræ, 603
522.		Chamzelinum, 301
Narcissus.	546	de Cherua, 309
		Cheyrinum, 303
		contra vernæ, 601
		aliud, 668

Co

I N D E X.

Costinum,	281	alitud.
* è croco, Mesuz.	605	Violaceam.
Cytoniorum.	291	Vitellorum ovorum.
de Euphorbio.	285	Vitrioli.
Formicarum.	287	Vulpinorum.
Hyoscyami.	310	Zanetinum.
Hyperici,	293	Olfatrum.
Ialmidum.	302, 303	Omphacinum Oleum.
Irinum 294. aliud 295.		Omphacium.
ex luneriperi baccis.	280	Onyx.
ex luneriperi ligno.	279	O ^v 15.
de Lasteribus,	289	
Laurinum.	311, 525	Opium.
Liguistrinum.	302	Opium in oleo dissolvi non
Lilium.	301	poteft.
Lumbicorum terr.	282	Opobalsamum succedaneum.
Mandragoræ.	283	Euricci Cordi.
Masticinum.	284	Opobalsamum succedaneum.
Mentha.	304	45, 63, 94, 102, 110, 119,
Moschelinum.	297	254, 524.
Myrtillorum.	303	Opobalsam.
Myrtinum.	304	87, 525
Narcisium.	301	Orchis.
Nardinum comp.	281	Orientalis.
Nardinum simp.	280	Origanum Persicum.
Nenupharis albi.	306	eius loco quid.
Citrini.	306	Oxymel comp.
ex Nymphæa citrina.		simp.
306		Elleboratum.
Nymphæatum album.	306	Scillit. comp.
Omphacinum.	292	Scillit. simpl.
Papaveris.	310	Oxytacchara comp.
de Piperibus.	281	simpl.
Populinum.	307	
Populinum aliud.	307	
Ranarum.	601	Paeonia.
Rosaceum.	305	Palma Christi.
Rosatum completem &		Pancratium.
omphacinum.	622	Panis porcinus.
Rutæ.	299	Papaver rubrum.
Sambucinum.	302	Paralyfis herba.
Sampuchinum.	292	Paricaria.
Scorpionum comp.	287	Passiflax latativæ.
Scorpionum simp.	286	purgantes cum Rhabarbaro.
Sesamium.	311	624
Spizæ.	310	Passilli Scillitici.
* è Styrace.	605	Theriaci. 101, 516, 517, 518.
Tartari.	290	Passinaca marina.
Terebinthine.	290	Pelecini pænuria quid.
* è Verbasci floribus.	606	Pentaphylon.
contra Vermes.	601	Pericaria.

Pe-

I N D E X.

symenum,	321	Foetidæ maiores,	234
aci flor. & fol. vapor &		Foetidæ Rhasis,	234
estillata aqua alvum sol-		de Fumo terra,	235
vunt.	188	de Hermodaëtis,	236
Petroleum clarum flavum,	31	de Hiera comp.	237
94		de Hiera simplex,	237
nigr. & crassum.	312	Ilicæ,	594. 661
Petrofelinum.	531	Imperiales.	246
Agrenæ,	47	Indæ,	256
Macedonicum.	25, 54, 63	de lapide Armenio,	239
Pharmacopœus qualis esse de-		de lapide Lazuli,	238
beat.	10, II	Lucis maiores,	240
Pharmacorum parand. tempus.	413	Lucis minores,	241
Philonium ex Gal. & Aegin.		Masticinæ,	241
74		Mercuriales,	663
maius, sive Romanum.		de Mezereo,	239
72		de Nitro,	594
Mesuræ.	73	de oculo rebus,	248
Perficum.	75	de Opopanace,	247
Phisticum.	52, 101	Pestilentiales 244. de quin-	
Phu.	26, II 7, 32, 540	que gen. Myrob.	248
Phyllitis.	157	de Rhababarbo.	243
Phylon.	130	Rufi,	244
Pilulae 224 & seqq.		de Serapino,	249
de Agarico.	228	de Sarcocolla,	244
aggregativæ.	230	de tribus, seu Rus.	244
alephanginæ.	224	ex Aristolochia, Fernelii.	663
alephang. Val. Cordi.	25 I	Sandæ, Italorum.	620
de Aloë & Mastiche.	242	Scaligeri.	662
de Aloë lota.	243	Sine quibus.	244
Arabicæ.	227	Stomachicæ Alkindi,	245
Arthriticæ.	227	Stomachicæ Mesue.	245
Affäeret.	226	pilularum masse extraæ.	
Aureæ.	229	Benedictæ.	231
de Bdellio.	250	pimpinella Germanica,	320
Bechicæ.	250	* biley flavam eduentes,	325
Beneditæ.	250	pimpinella Italica.	324, 325
* capit.	703	pinguindinum preparatio.	
* hydropticæ.	699	366	
* melancholiam detrahen-	595	Piper album.	521, 532, nigrum
tes.	709	25, 109, 521, 532	
* pituitam.	706	longum.	533
Cochiae Rhasis.	231	Pistacium.	51, 101
de Colocynthide.	232	Plantago maior.	310
de Cynoglossa.	250	Plumbi preparatio.	352
de Esula, Fernelii.	661	Polium montanum.	310
de Eupatoria.	233	Polytrichon.	320
de Euphorbia.	233	Pompholyx.	338

PO-

I N D E X.

Pomum Ambre.	600	* hystericus.	575
Ponderum ratio.	369	* melancholiam expurgans.	
* nomenclatura & characteres.	708		
372, 694			
* Potio cōtra crassos humores, & obstrūctos meatus.		* myobani.	576
697.		ad Partum, Helidei.	575
* sanguinem purificans.	701	contra Scabiem.	576
Potio vulneraria, seu Decocūtū		* solutivus de tribus.	592
Sclopetarium.	641	* ventriculi.	698
* Vide Hautius.		contra Vermes.	593
Potū Hippocraticus.	527	Violarum odoratus.	576
Préparationes quorundam		Punicis silvest. flos.	91, 132
simpl. 359 & seqq.		Purpureus color, pro intense	
Praesium viride.	356	splendido.	541, 542
Primula veris.	134		
Propolis.	354		
Prunorum silvest. vapor &			
aqua destill. alvum solvant.			
188			

Q.

Q Vid pro quo. 456. &
seqq.

R.

Prunus silvest.	339	Radicum delectus.	398
Pseudodiodianus.	252	Radix concava.	276
Prisanx cremon.	588	Ramich.	90
Pulegium.	533	Rape semen.	523
cervinum.	269	Raved.	267
Pulicaria.	316, 317	Raved. Seni.	162, 230, 233,
Pulmonis Vulpini præparatio.	366	240, 255	
Pulpa Casix fistulæ solut.	187,	Rebecha,	Bacilli Bechici.
188, 189		643	
Ceraforum.	181	Requies Nicolai.	76
Prunorum.	194	Resina Abietina.	535
Sem. Asparagi & Rusci.	208,	Terebinthina.	535
228		Rhabarbarum.	529
Thamarindorum.	189	Ponticum.	518, 529
Palvis ad Epithemata cordis.	69	Rha sive Rhen Pontici penum-	
ad Epithemata hepatis.	255	ria quid sumi posit.	22, 129
70		Rhabarb. extract.	375
ad Glandes vel Supposita.		Rha Ponticum verum.	22, 120,
ria.	224	113	
Pulvis aut Tragea laxat.		Rheopoticum.	22, 255,
212	322		
medicaminis Turbith.	222	Rhodostagmia.	263
Senæ præparatæ.	232	Rhus culinarium, obsoniorum.	
Sternutatorius.	223	92, 130	
Palvis Epilepticus.	574	Ricinus.	309
pro Gurturis ulceribus.	Rob.	179, 180, 181	
576		Rob de Berberis comp.	
contra Hydropeim, Erafli.	179	de Berberis simp.	179
592			

Cera-

INDEX.

Cerasiform.	18	Scolopendria.	157, 192, 289,
Nucum.	180, 582	325	
de Ribes comp.	179	Scolopendrian.	261
de Ribes simp.	179	Scordion.	109, 512
Rosa sinina.	61	Scoria ferri.	79
Rosa Hierichontis.	539	Scoriz ferri preparatio.	391
Rosata novella.	65	Secacul.	67, 68, 69, 80
Rosinarius.	125	Seitragi Indum.	80
Rubrica Lemnia loco quid.	235		
	123	Selinon.	531
Rubus Idaeus.	181	Semen rosarum.	272
Ruscus.	202	Seminum delectus.	422
		Semperviva minor.	337
		Sericum crudum.	34
		Seris.	119
		Serpentes.	517
Sacchari libra in confedatio-		Serpentaria.	100, 316
nibus quantum specierum		Serpentariae loco quid.	
requirat.	27	Serpentariae	
Saccharum Tabarzer.	27, 211	364	
Sagapenum.	97, 112	Sesamum.	311
Sal Hammabicum.	94	Seseli.	25, 86, 111
Salis Indi loco quid.	236, 239	Creticum.	48, 62, 64, 85,
Saliunca.	23, 77, 85	117	
Salpetrx.	315	tenui.	118
Salvia Romana.	326	Seta cruda.	34
Sampfuchus.	254, 282	Sextarius.	90, 314
Sanguiforba.	310	olei.	296
Sanguinis Hircini preparatio.	92		
	elius nota.		
Santalum Machoziri.	17	Sieff album.	50%
Moschatellinum.	29	Sigilli Lemnii loco quid.	102,
Sapa.	165, 229	Sigillum Lemnium.	111
Sapphiri loco quid.	58	Siler montanum.	25
Sapphirus.	55		
Sarda, gemma.	55	Simpl. absolute scriptum	
Satyrion.	98, 100, 101	quid denoter.	414 & seqq.
Saxifraga.	47, 56, 145	Simplicium delectus.	392
	221, 325, 325.	Simpl. Adulteria.	406
Scammonae preparatio.	362	Simplicium legendorum tem-	
Scariola.	42, 49, 166	pus.	423
Scaruncellum.	337	Sinapi album.	83, 84
Schœnanthum.	40, 43, 202,	innus.	87
	534	Sinon.	87
Schœnon.	119, 124, 256,	Sinonum.	47, 27, 38
	258	Siropi, seu Syrupi.	137, &
Scilla, & Pastilli scillitici.	515	seqq.	
		de Absinthio maior.	143
Scillæ mucilago quomodo		Acetositatis Cirti.	139
colligenda.	186	Acetositatis Limonum.	
Scilla preparatio.	363	140.	
Scincus.	98	Acetofus comp.	138

Acc-

I N D

E X.

Aetosas simp.	138	de Stoehade simp.	153	Fes-
* adiantinus.	583	nelli.	627	
de Agerfa.	141	de Succo Acetoſe.	169	
Althæa Fernelii.	577	de Succo Boraginis.	169	
Aranciorum acetosorum.		de Succo Bagloſſe.	170	
140		de Succo Endiviz simplex.		
de Artemisia.	144	151		
de Artemisia, Fernelii.	646	de Succo Endiviz comp.		
Augustini Nphi.	579	152		
* de Beronica.	581	de Suceo Fumiterre maior.		
Byzantinus comp.	142	148		
de Byzantiis simp.	143	de Succo Myrtillorum.		
de Calamintha.	150	162		
de Cichorio cum Rhabar.	153, 154	de Succo Violarum.	159	
de Cichorio Nicol. Floren-		de Testudinibus, seu Diache-		
tini.	154	lonon.	647	
de Cichorio, Val. Cordi.	177	è Rosis siccis.	577	
de corticibus mali Citrii.	644	Granatorum acetosorum.		
Dinarii.	142	142.		
de Duabus radicibus.	137	dulcium.	142	
de Endivia comp.	152	Infusionis Rosarum.	146	
de Epithymo.	164	Infusionis Violarum.	147	
de Eupatoria.	162	Myrtinus comp.	168	
* de Farfara.	581	Refectarius, Cordi.	177	
de Fumaria maior.	142	Violarum comp.	158	
de Glycyrrhiza.	160	Sifer.	62	
de Hyssopo.	161	Sifimbrium, vid. Sisym.		
de Hedera terrestri, sive pul-		Sifon.	87, 88, 132	
monarius.	623	Sifra.	64	
de Iuubis.	158	Silymbrium.	51, 292	
de Lupulo.	170	Smaragdi loco quid.	57	
de Melissa, Fernelii.	578	Smaragdus.	55	
de Mentha maior.	149	Solanum.	338	
de Mentha minor.	150	Sorba.	339	
de Nymphæa.	165	Spargula.	319, 320	
de Papavere comp.	167	vera.	325	
* de Papavere rheade.	581	Species ad suppositoria.	224	
de Papavere simp.		Spica Celtaica, 77, 78, 102.		
de Polypodio.	167	La-		
de Pomis.	520	vendula.	310	
* de Portulaca,	141	Romana.	77, 85, 121	
de Praesio.	160	Spina nigra vel cgrulea.	118	
de Piris, Val. Cordi.	176	Spodi loco quid.	67, 69, 268,	
de Quinque radicibus.		Stacte.	516, 527	
137		Styrax, seu Storax.	111, 115,	
* de Rhabarbaro.	583	284		
de Scopolendrio.	580	rubra.	94, 266	
de Stoehade comp.	163	Succedanea.	456	

Suc-

I N D E X.

Succed. Lobelii.	466	& seqq.
Suchaha.	162	
Succinum.	252, 278	
Succorum delect.	403	
Succus Borag.	169	
& Buglossæ.	170	
Eupatorii.	43, 230	
Scilla.	349, 348	
Violarum.	159	
Sumach.	92	
Suppositoria, seu Glandes	224	
Symp. petræum.	92	
Synodentes lap.	278	
Syrupi, vide Sirupi.		

T.

Tamariscus.	67
Therebinthina coquendi modus.	368
Terebinthus & Resina Tereb.	534, 535
Terebinthi loco quid.	368,
468	
Terra vel Rubrica Lemnia.	112
538	
Sigillata.	521, 533
Terra Cimoliz loco quid.	132
sigillatae loco quid.	57, 58,
75, 112	
Testiculi Vulpis, herba.	100,
101	
Te trahit.	320
Thamar.	22
Thereniabin, vel Tereniabin.	239, 246, 262, 271,
Theriaca.	101 & seqq. 512
eius descriptiones varix,	
512. preparatio.	553
unde dicta.	514
CUR <i>gallu</i> ». 514	
eius vires, quando recens	
danda, quando antiqua, qua	
dosi. 515, 559, 8 seqq.	
Theriaca Londinenium.	563,
564	
Theriaca Monspeliacis for-	
mula.	545

Scil-

Theriaces præparatio, ex Lo-	
blio.	562
Theriaca Rusticorum.	522
Theriaca Andr.	191
Andr. senioris.	214
Diateffaron.	218
Theriaca pauper.	565

Θηρία.	513, 517
Thlaspi.	111, 232, 536
Thymbra.	26, 39
Thymiana.	94, 267
Hammoniacum.	131

Thus, vide Tus.	
Tirus.	253
Tomentilla.	530, 531
Traga laxat.	22
Tribulus aquatic.	314
Trifolium aceto.	321
Trochisci.	253, & seqq.
Trochisci de Absinthio.	273
de Agarico.	267
Athaland.	273
AlkéKengi.	269
Alindaracaron.	117
Alipæ mosch.	266
Andronis	660
Bechii albi	274
Bechii nigri.	275
de Berberis.	265
de Camphora.	270
de Cappare.	261
de Charabe.	268
de Corallo.	520, 521
Cyphi.	257
Diavi.	263
Diaion.	263
Diarrhodon.	264
de Eupatorio.	262
Gallæ moschate.	266
Gordonii.	596
Hedychro.	253, 255, 256,
457.	
de Lacca.	264
de Lacea, Valerii Cordi.	
276	
de Myrrha.	268
Ramich	259
de Rhabarb.	265
de Rosis.	270
De Rosis simp.	595



I	N	D	P	X.
Seillitici.	253		de Arthanica mi.	
de Spadio.	272		de Arthanita mi.	
de Succino , Valerii Cordi.			Aureum.	
277			ad Carunculas in pene.	
de terra sigill.	277		Citrinum.	
Theriaci.	109		Comitiss.	
de Tiro.	253		De Lathyride, Fernelii. 67-	
de Violis purg.	596		Dialthra comp.	332
de Viperis.	253		Dialthra simp.	332
è Minio, corrodentes.	622		Diapomphol.	338
Tryphera magna.	77		Fuseum.	337
minor.	78		v hepaticum.	699
Perfisa.	81		de kynoglossa.	608
Sarracenia.	79		Martiatum.	317
Trypherarum differentiaz.	449		Martiatum magnum.	322
450			Martiatum parvum.	328
Tus album aut flavum.	71		Nicotianum.	607
masculum.	71		v nibili.	609
Tusilago.	166.		Pedorale.	343
			Pediculorum.	609
V.			Populeum.	335
Valeriana.	321, 540		Portabile.	342
Valerii Cordi epitaphii.			Rosat. Mesuz.	343
397			Rubeum caphuratum.	344
Vas duplex.	280		ex Succis, Arantii.	602
v Venenorū omnium anti-			de Tabaco.	607
dota.	681		Vngula caballina.	166
Venter Mergi.	131		Vomitivum mitius, Fernelii.	
Vermicularis.	337, 336		655	
Vestaria.	153		Vomitivum validum, Fernelii.	
Vicia.	516		655	
Vini Falerni loco quid.	462		Vva Lupina.	318
Viperz.	517, 518		X.	
Violia.	190, 263		X Yloaloes.	41
Violaria.	190		Xylobalsamum.	543, 544
Viperz.	109, 253, 513		Xylobalsami loco quid.	59, 62
Vitriol. 381 & seqq.			544	
Vlmus.	348		Xylocasia.	21, 232
Vmbilicus marinus.	278, 335		Xylocinnamomi loco quid.	298
Veneris.	337			
Vnguenta.	313 & seqq.		Z.	
Vnguent. Aegyptiacum.	333			
Agrippæ regis.	313		Z Ambach.	304
Alabaftrinum.	606		Zarnabum longum,	32
Album.	331		rotund.	312
Album caphur.	344		Zedoaria.	31, 55, 75, 312, 544
Anodynum.	611		Zurumbeth.	55, 312
Apostolorum.	314			
Aregos.	315			

F I N I S.

Succes.
Selma
Bacchus
Gaea
Sur

